Institutiones medicinae / [Johan van Heurne].

Contributors

Heurne, Johan van, 1543-1601

Publication/Creation

Leyden : S. Wagenaer, 1666.

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/fcnfy5u3

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org









28,592/A
18
A. XXIX. Heu

Ille Liber Emit 24 asses
Scholastici Med.

46531

JOANNIS HEURNII

ULTRAJECTINI INSTITUTIONES MEDICINÆ.

Editio Ultima, prioribus longe emendatior, & auctior.

N°. 6082.



LUGDUNI BATAVORUM,
Ex officinâ SALOMONIS WAGENAER
ANNO CIↃ IↃ C LXVI.

WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY

JOANNIS HEURNII
ULTRAJECTINI,

ORATIO,

De Medicinæ origine. Æsculapidum ac Hippocratu stirpe & scriptu.

RECTE dixit Pythagoras, duo omnium pulcherrima divinisque operibus consimilia nobis à S. Deo fuisse concessa, veritatem eloqui, & mortalibus facere benigne. Divini quid est, omnibus prodesse: certe boni viri est, prodesse: velle: prudentis, hoc ipsum certa ratione & via instituere: fortis, in labore perseverare. Hoc juvandi conatu ductum genus humanum, quamplurima stupenda, quæ etiam hominem ipsum sua mole superant, usibus humanis attulit: ut recte dixisse Sophocles in Antigone videatur.

Nihil æque stupendum ac hominem
Natura parens produxit unquam.

Hoc est illud juvandi studium, quod nullam mundi partem, quæ cœli circumflexu tegitur, intentata reliquit: quod homines docuit procellosum mare, dum atra etiam sub Arcturo hyems sævit, superare, ac ex imo mari merces & nutricatum humanæ commoditati inferre? Hoc, inquam, hoc ipsum studium. Tellurem, quam incorruptam Deam veteres vocabant, aratris scindere docuit, ac equis versare, quos etiam magnis primum laboribus subjugavit. Sed pedetentim ad elegantiora ornamenta se convertit hoc societatis humanæ studium: hinc sapientiæ & legum laudes, ut argute dirimi possint eæ querelæ, quæ alioquin diris vio-

larent hominum commercia injuriis. Sed ante omnia cum homine una exsplenduit Medicina, gravium morborum levamen. Ut autem corporis firma constitutione nullæ opes, nullæ fortunæ ampliores, sic labente illa nihil tædiosius, calamitiosus nihil. Quare viri illi, qui usibus humanis illam artem intulere, Medicinam dico, sine qua etiam externarum fortunarum usus jucundus ac dulcis haberi nequit, grata memoria celebrari omnibus bonis ingeniis merentur: nam, ut dicit Euripides,

Virtus etiam mortuis splendida lucere debet.

Dicam itaque jam ego de reverendo illo sene, qui certa oracula olim Medicæ scholæ intulit, & quidquid artis Medicæ ad nos devenit, excoluit: de Hippocrate, inquam, Coo, Asclepiadæ gentis sacrę coryphæo, dicam. Spero veniam vos mihi daturos esse, auditores ornatissimi, si non digne laudes dixero ei, qui omni laude major ab omnibus celebratur: quod quidem ut faciatis, vos pro eximio candore vestro, & meo erga vos studio & observantia vehementer oro.

Medicinam apud priscos Græcos tantum Principes exercuisse. Jason.

Ante Empiricam conditam sectam, Græci eos, qui hac arte excellebant, Deorum filios vocabant: qui profecto herbariam potius quandam experientiam habuisse videntur, quam artem medendi. Ejusmodi apud Græcos Chiron Centaurus, & ab eo eruditi Heroes, noverant. Nam principibus viris tantum Medicinam olim exercere licebat, eamque suis posteris per manus tradebant, ut scribit Ælianus de Hist. Animal. lib. 2. cap. 18. Ita apud Pindarum Pyth. 3. Jason dicit Chironem sibi nomen Jasonis imposuisse: ideo indubie quod inter condiscipulos doctrina & experientia medica

dica excelleret. Sic multa de Aristæo, Polydo, & Melampode scribuntur, qui quod Prœtidas, Thraciæ mulieres, elleboro ab insania vindicasset, Melampodium dictum Ellebori medicamen fuit. *Elleborus Melampodium dictus*

Empiricæ autem sectæ initium dedit Acron Agrigentinus, Empedoclis Physici (qui circa Hippocratis tempora floruit) autoritate commendatus, ut refert Plin lib. 29 cap. 1. Hic Acron ætate Hippocratem superavit, & celebritatem inde nactus est (teste Plutarcho in lib. De Iside & Osyr. & Aëtio, ac Paulo Ægineta) quod saviente atroci in Sicilia peste ignes passim accendi jusserit, unde pestis evanuit. Hinc mutuasse remedium Hippocratem, verisimile est, cum in magna illa Athenienſium peste (quę primum à Thucydide, deinde à Lucretio Latinis versibus est enarrata) odorata ligna & corollas ubique accendi jussit. Quod similiter refert Galenus in lib. de Antidotis. Post Acronē Empirica secta illustribus viris fulsit, quales fuere Crito, Philistion, Philinus, Menodotus, atque Serapion qui ὑπομνήματα scripsit. Hanc sectam Tereticen & Mnemoneuticen, id est, observatricē memoremq; Gręci vocare solebant. *Acro Agrigentinus Empiricæ sectæ auctor.* *Hippocrates peſtu remedium ab Acrone didicit.*

Empirica secta jam facta, cum homines rerum experientias causis firmare optarent, viderentque ignorie causis effectuum etiam observationem minime firmam esse, ad earum contemplationem inclinare cœperunt, atque ita sensim rationalis Medicina subnasci cœpit: quæ fuit ante Hippocratem penes Cnidios, Rhodios, & Coos: cui splendorem, incrementum & majestatem primus omnium afflavit Hippocrates, ac eam primus, dicit Galenus, apud Græcos in lucem protulit: qui, ut dicit *Nationalis Medicina.*

Celsus, vir arte & facundia clarus fuit : quique, ut ait Macrobius, tam fallere quam falli nesciebat. In hoc verborum pressa proprietas, sententiarum concisa subtilitas, sermonis veneranda antiquitas, & artificii commendabilis dignitas. Hæc genuina & propria sunt Hippocrati. Ejus certe si enumeres verba, breviter & abscisse scribere deprehendes : sensum si æstimes, copiose & valenter. Nam rei agendæ causa loquitur ; & verbis non ultra, quam ad intellectum satis est, utitur : ideoque ejus scriptorum dignitatem ab ulla hujus ævi multiloquentia non sustineri posse putem, non si quater totum hoc seculum reviviscat.

Hippocratis laus.

prosapia.

Hanc Hippocratem origine paterna ab Æsculapio, materna ab Hercule prognatum esse affirmant. Id mirum, quod artis Medicæ studium una Asclepiadum familia annos amplius mille conservavit, liberis in vestigia parentum succedentibus, & artis avitæ possessionem tuentibus. Ita apud illos ars adolescebat, & incorrupta ad posteros transmittebatur. Refert Pindarus in Nem. Ode. 3. de Æsculapio, cum post Jasonē ad Chiron. veniisse, ubi dicit quod Chir.

Æsculapius à Chirone institutus * *id est, Æsculapium docuit applicatione remediorum multifariorum, quæ fit molli manu.*

*------- Ἀσκλήπιον
Τὸν φαρμάκων δίδαξιν
Μαλακόχειρα νόμῳ.

Sed dubium non est eum apud Ægyptios, aut eorum apud magistros, Iudæos dico artem didicisse, & inde Græciæ intulisse. Est & nomen ipsum peregrinum, EZ & KELEPH factum, quorum illud capram, hoc canem significat: nam caprillum lacintus, & canis lingua ad ulcera foris, medelæ loco erant Et quæ de Æsculapio exposito, ac à capra lactato, à cane cu-

flodito, Græci fabulantur, omnibus nota sunt Tanto autem successu Æsculapius in Græcia Medicinam fecit, ut Hippolytum, Thesei filium, in vitam revocasse persuasione vulgi creditus sit, divinisque honoribus ideo cultus. Indubie à Chirone Centauro fuit educatus, in eadem cum præstantissimis Græciæ principibus schola, in qua fuere Peleus, Iason, Achilles, &c. Quod argumento est eum non obscuro loco natum fuisse: maxime cum posteros ejus in Peloponneso parti Messeniacæ imperasse constet ex Homero & Pausania Et seculo illo antiquo artibus elegantioribus illustres familiæ tantum vacabant, quæ jam ad tuguria vere relegantur musis cultoribusque fere tabescentibus.

Ex hoc Æsculapio nati Podalirius & Machaon, qui & suas duxere copias ad oppugnandam Troiam. Machaone ad Troiam ab Eurypylo Telephi filio occiso, posteri ejus tenuere paterna & avita regna in Messeniaca, usque ad reditum Heraclidarum in Peloponnesum: nam illi recuperata Peloponneso pepulerunt inde Pelopidas, Nelidas, & Asclepiadeos universos: ex quibus aliis alio ex fuga dilapsis, cum Tisamenes Orestis filius relictis Argis ad Achivos: Nelidæ, quorum erat à Nestore origo. Athenas sese reciperent: Machaonis nepotes ad Podalirii posteros fugisse non dubitandum est. Capta Troja Podalirius tempestate deletus ad Scyron Cariæ urbem, ibi, quod Græcia partim bellis flagraret, partim latrociniis pateret, deposita imperii cura, scholam aperuit, paternam artem docuit ac fecit. Ex hac schola coloniæ tres scholarum deductæ maximo Medicinæ cultu, cum toti Græciæ, Asiæ, & ad Persidem usque medicos pateret: Rhodia, nimirum, Cnidia, & Coa.

Machaon ejusque posteri.

Podalirius ubi medicinam fecerit.

A Podalirii posteris tres Medicæ scholæ institutæ: Rhodis, Cnidia.

Coa. Certarunt hæ scholę inter se æmulo studio amplificandæ artis: sicque his contendentibus de artis Asclepiadeæ possessione, reliquas tandem obscuravit Coa celebrium artificum numero & scriptorum splendore: quamvis & sua Cnidiis sententiis dignitas atque autoritas fuerit; nam etiam diu in medica schola viguerunt. Quæ autem in Coa extitit schola, ea genuit, aluit, & docuit Hippocratem decimum septimum Æsculapio. Hic absolutissimis artis avitæ cognitione inclaruit, ac emicuit felicissimo artis ejusdem successu: nec id mirum, nam nactus naturam beatissimam, mox artem veluti cum nutricis lacte sugebat. Tanta hujus fuit benignitas, nihil ut sciverit nos quod nescire voluerit: tanta autem solertia & sapientia, ut quod ipse ignoraverit, post ipsum sciverit nullus. Ejus paternæ stirpis hæc est series: Æsculapius, Podelirius, Hippolochus, Sostratus, Dardanus, Cleamitides, Crisamis, Theodorus, Sostratus secundus, Crisamis secundus, Theodorus secundus, Sostratus tertius, Nebrus, Gnosidicus, Hippocrates, Heraclides, Hippocrates Magnus, Thessalus filius Hippocratis in oratione ad Athenienses meminit Nebri tritavi patris sui. Amphictyones enim bellum gerentes adversus Cryseos Locrorum vicinos, repetituri ab illis templi Delphici opes, hunc Nebrum oraculi monitu accersiverunt ad pellendam ab exercitu pestem, quæ ejus magnam partem vastaverat. Hujus Nebri ex Gnosidico filio nepos fuit Hippocrates primus, cui tribuuntur libri de Fracturis, & de Articulis, qui inter Hippocraticos extant: ejusdem fuit abnepos Heraclides nostri Hippocratis pater, qui Amyntæ Macedonum regi charus & familiaris fuit. Ab hoc con-

Hippocratis indoles & stirps paterna.

Nebrus tritavus Hippocratis.

conscripti censentur à quibusdam Aphorismorum & Prognosticorum libri, qui inter monumenta Hippocratica soli fere principatum obtinent. Hoc patre natus est Hippocrates noster, & Phanareta Heraclidea matre, propter quam se etiam vicesimum ab Hercule numerat. Claruit maxime temporibus belli Peloponnesiaci, regnante apud Persas Dario Longimano. Hesteris forte filio, quæ nupserat Assuero, quē Græci Xerxem, Chaldæi Ariaxerxem appellant: quo tempore illustris erat Democritus Abderita philosophus: Protagoras Sophista, cujus libros decreto publico Athenienses exusserunt: & Phidias Athenensis statuariorum coryphæus, qui vivos Iovis vultus ex ebore duxit, qui omnis ætatis admirationem in se traxerunt, ut recte in laudem Phidiæ se effundens Plinius lib. 7. cap. 37 dicat: Phidiæ Jupiter Olympius cottidie testimonium perhibet. Tunc grassante celebri illa peste, à Thucydide descripta, ejus scientia toti profuit Græciæ, quæ ex Pannonia & Illyride in Græciam immani cum strage profecta ei vastitatem minabatur anno secundo Belli Peloponnesiaci: anni Mundi 3537. Fuit enim ea veneni in hoc malo truculentia, ut vel subito necaret, vel excussum in crura aut brachia malum illa una avelleret & solutis artubus conscinderet: alios

Hippocrates materna stirpe vicesimus ab Hercule.

Nobilissima Græciæ pestis ab Hippocrate curata.

Semianimes errare viis dum stare valebant
Aspiceres, flentes alios, terraque jacentes,
Hic, illic, ubi mors deprenderat exhalantes,
Atque etiam quosdam cepere oblivia rerum
Cunctarum, neque se possent agnoscere ut ipsi.

Ovid. 7. Met.

Lucret. lib. 6.

Ita horribiliter grassante lue, cum à Thessalis hoc contagium depulisset, ad Thermophylas profectus, à Dorienſibus & Phocensibus

Scilicet occultas rerum cognoscere causas
Hippocrates sacram sustulit igne lucem.

Hinc dictus Magnus servator, Macedoniæ, Thessaliæ, & Thraciæ. Thessalum filium revocatum ab Archelao Macedonum rege, qui hæredibus Perdiccæ fraude sublatis regnum vi rapuerat, concessit eum Athenienſibus petentibus anno secundo belli Peloponnesiaci Draconem alterum filium misit in Hellespontum. Polybo genero studiorum & scholæ curam commisit. Postea Athenienſibus in Siciliam trajecturis Thessalum rursus adjunxit. Horum beneficiorum memores Athenienses Hippocratem proximum Herculi in Eleusiniis sacris collocarunt donatum jure civitatis: & posteris ejus stipendia & victum in Prytaneo de publico decreverunt: quod fuit apud Athenienses summum. Hic Hippocrates, ut scribit Soranus, Perdiccæ regi Macedonum in honore & deliciis fuit, cum propter artis excellentiam, cum propter originis & familiæ Heraclideæ cognationem. Ob artem quidem, quia cum Perdiccas tabe ab omnibus laborare existimaretur, publicitus cum Euryphonte, qui ipso ætate major erat, ad eum curandum vocatus fuit, ac certis notis deprehendit ei animum, non corpus, in querela esse. Etenim Perdiccas, post mortem parentis Alexandri. Phylam parentis pellicem amare cœperat; ad quam cum Hippocrates rem detulisset, regem servavit. Quin & ob cognationem familiæ Heraclideæ regi amicissimus fuit; nam & Macedonum reges paternam originem ad Herculem referebant, ut maternam Hippocrates præceptorem in Philosophia habuit Democritum, quem cum Abderitani infanum fierent (nam totus natura contem-

Hippocrati ab Athenienſibus divinus honor exhibetur.

Hippocrates Perdiccæ Macedonum regi charus & familiaris. Ob artis excellentiam. Et affinitatem. Hippocratis præceptor Democritus ab ipso ab elleboro injuria liberatus.

templationi deditus, ab omni hominum consortio remotus solitarius degebat, reique familiaris curam prorsus negligebat) illum sanum deprehendit, & præceptorem suum ab elleboro (quod illi Abderitani propinare volebant) gravi sanis medicamento, quodque in sanis mortis aut insaniæ eventum habet, liberavit, illustris hic senex, felix gloriæ suæ spectator, qui vivus majore quam unquam ulli mortali honores sibi à suis delatos vidit: Regum ipse nepos, qui Asiæ & Africæ late dominantes reges, quasi tam insigni & illustri nomine tyrannos indignos, ad illius se amicitiam applicantes repudiavit: Denatus, inquam, hic est apud Lariſſæos, cum totidem, quot ipsius præceptor Democritus Abderita, vitæ annos expleviſſet, nimirum centum & novem, ut testatur Soranus. Admirandum quid ei defuncto contigit: namque ejus sepulchro diu post mortem apes insedere mellificantes, quo melle infantum oris ulcusculis juxta tumulum illito, nutrices ea persanabant: quasi natura clamante, hoc homine veram Medicinam Deum hominibus monstrasse.

Hippocratis mors. Portentum post mortem Hippocratis.

Inter plurimos discipulos quos reliquit clariſſimi fuere duo ejus filii, Thessalus Hippocrates & Draco Hippocrates. Thessalus Hippocrates quæ lacera pater reliquerat, tanquam novus quidam Æsculapius Virbii membra, collegit, iisque ordinem dedit. Consociati ab hoc putantur, liber Epidemicon secundus, quartus, quintus, & sextus. Sed procul à schola & studiis apud Macedonum regem, non scribendo, sed medendo consenuit. Polybus, gener Hippocratis Magni, post socerum scholæ & studiorum curam suscepit. Ab hoc scriptos li-

Hippocratis filij & successores.

Polybus gener.

Hippocratis. bros de Natura Humana, & Semine, erudita vetuſtas credidit. Dubitatum etiam fuit, num libri περὶ παθῶν etiam huic attribui debeant. Dra-

Draco filius Hippocratis. conem, alterũ filium, libros Prorrheticῶν incompoſuiſſe opinio fuit: quos quidam Theſſalo adſcripſere. Retinuere autem poſteri Hippocratis avitæ artis poſſeſſionem per annos pene ducentos. Theſſalus reliquit Hippocratem tertium: hic iterum Hippocratem quartum, qui Draconem ſecundum, ex quo natus Hippocrates quintus. Dioſcorides is qui ſub Hadriano Imperatore Hippocratica ſcripta collegit & in ordinem redegit, cenſuit Hippocratem tertium fuiſſe autorem ſcripti de Lienteria. Draconem ſecundum medicinam facientem apud Roxanen, Alexandri Magni conjugem, Caſſander cum illa carceri incluſum occidi juſſit. Commemorat Suidas alios Hippocrates ex eadem Hippocratis ortos ſtirpe, Coos omnes, ut ſextum Thymbræi filium, & ſeptimum Praxynactis filium: ſed certo non conſtat qua cognatione primus attigerint, nec qua nominis & artis celebritate exſplenduerint.

Diocles Cariſtius. Polybum in Hipporaticę ſcholę adminiſtratione ſecutus eſt Diocles Cariſtius, qui primus Anatomica ex profeſſo docuit & ſcripſit: fuit medicus Antigoni regis: exiſtimatur autor librorum de Morbis Mulierum Diocli ſucceſſit Praxagoras Cous Nicearchi filius, ex Aſclepiadeis ultimus. Apud hunc condiſcipuli fuere, Philotimus, Eudemus, & Herophilus. Philotimo attribuitur liber περὶ τροφῆς.

Aſclepiadum doctrina à quibus corrupta. Herophilus ab Hippocratica ſinceritate primus deflexit, moxque eum ſequuti Chryſippus & Eraſiſtratus probum vetuſtæ doctrinę vinum affuſa naſutiæ ſuæ aqua diluerunt: & ita priſti-

priſtinus Medicinæ decor periit, cum jam familiam Æſculapii deſeruiſſet. Innovata hæc Medicina diu floruit: nam Strabo, qui Auguſti ævo vixit: ſcribit in fine libri decimitertii, ætate ſua inter Laodiceã & Caruram fuiſſe celebrem ſcholam eorum Medicorum qui Herophilum ſectabatur: qualis etiam fuerat tempore patrum ſuorum Smyrnæ, Medicorum qui Eraſiſtrati dogmata amplectebantur. Poſtquam igitur Æſculapidum familiam deſeruiſſet Medicina, in tres factiones diſtracta fuit, aliis ſe profitentibus Rationales, aliis Methodicos, aliis Empiricos novos. Ita invaleſcentibus partium ſtudiis, & evincente novarum opinionum fœtu, preſſa fuit Hippocratica veritas, totaque ars fœde commentitiis nugis aſperſa fuit: ut fere fit, cum ignari ſententia eorum à quibus primo artes profectæ ſunt, in artes ſurrepunt; quibus fidus comes ambitio fere eſſe ſolet, quæ arrogantiam ex inſcitia parit: hinc ſuperbum faſtidium ad uſitata atque recepta, & ingens calcar ad novitatis ſtudium. Ita doctrina Medica pene projecta, & factionum contentionibus quaſi exoſſata jacuit. ad Galeni uſque tempora, qui Hippocraticam lucem à tenebris vindicavit, excuſſis Empiricorum & Methodicorum inſaniis, quæ nitore exſplendeſcentis veritatis, ex animis & memoria hominum evanuere.

Hippocratis ſcripta quid ambigua effecerit.

Quæ ſcripta nomen ejus præferunt: jurene an injuria, olim etiam dubitatum fuit, hoc inde enatum fuit. Cum Ptolemæus Philadelphus maximis ſumtibus veterum ſcripta coemeret in Bibliothecæ cultum, lucri ſpe multi alienis, ſcriptis nomen Hippocratis intulere: quin in genuinis multa pro libidine immutavere, ſicut Mne-

Mnemon Sidites tertium Epidemicon obtulit suo nomine, cum additione Β' διορθώτου. postea cum conflagrasset Bibliotheca Alexandrina, & quæ in privatorum manibus restibilla erant collegissent. Artemidorus Capito, & cognatus ejus Dioscorides, Alexandrini, Adriani Imperatoris temporibus, plus damni quam commodi Hippocratis rebus intulere depravando, Galeno igitur debemus quod genuina ab adulteriis dignoscimus, qui & menda scripturæ emendavit, & quæ fraude immissa & quæ Hippocrati consentanea demonstravit. Is 1. Epidem. & 3. Hippocrati Magno, 2. 4. 5. 6. ejus filio Thessalo adscribit; reliquos suppositicios censet. Προγνώσεων libros, & Aphorismos alibi Magno Hippocrati, quo potius inclinat, alibi ejus patri Heraclidi adjudicat. De Aphorismis Suidæ est elogium: βίβλος ἡ Ἀφορισμῶν ἀνθρωπίνῳ ὑπερβαίνουσα ζωήσιν. Hippocrates etiam Magno adscribit librum de Aëre, Aquis, & Locis; & de Victus Ratione in morbis Acutis; addens, ex quorundam tamen sententia censeri hos ex Cnidiis sententiis esse conglomeratos.

De ipso Hippocrate Galeni judicium est καλὸν μὲν ἀγαθὸν ἀνέρα αὐτὸν μεγιστεύειν, μὴ φιλοτιμίας, ἢ φιλοδοξίας ἀλλ' ἀληθείας ἐρωτικῶς. Et de scriptis ejus, ὅτι κακῶς ὧδε ἔγραψεν. sed esse quædam mutila, quædam concisa & in arctum contracta; nihil superfluum, ociosum nihil; sed arguta brevitate rotunda & significantia omnia; ita ut ubertas & amplitudo rerum verborum numerum longe vincat. Hic enim antiquus Medicæ scholæ fuit mos, in eoque Æsculapidum ingenium se ostentabat, quod

quod multa artis cote, ſummis laborum ærumnis, ab ipſis incunabulis uſque, erat ſubactum. Ideo & nunc, ut recte antiqua Æſculapidum ars diſcatur, Æſculapii ingenio eſt opus. Nam omnia veri medici inſignia, ab antiquitate, Æſculapio adſcribuntur, vere laborioſa omnia. Noctua, ut ſit vigil ac in ſtudiis perennet, ut ſciat caſus & eventus morborum prædicere. Galenus & nodoſus baculus, ut medicus ſtudioſe addiſcat vim remediorum & vires ægri, ut cognoſcat exacte quales remediorum ictus ſinguli homines opportune excipere poſſint. Serpens, ut callide ſummaque cautela remedia admoveat, & ad contortas ſedecim indicationes curativas collineet. Manu altera äplectebatur caput draconis, qui ἀπὸ τοῦ δέρκεσθαι, id eſt. acute videndo dicitur, juxta vigili cane adſiſtente, ut ſagacis ingenio morborum indolem & eventum perſpiciat, perſpectumque ſumma cura & minimo nocumento morbum auferat: ſanitatemque præſentem cuſtodiat, morbum imminentem fuget. Altera manu pini pomum geſtabat, innuens duriſſimum quidem eſſe artis medicæ corticem, ſed utiliſſimam ac ſuaviſſimam ejus medullam & fructum. Dextro lateri Sanitatis aligera effigies jungebatur: ut Medicus non ſordidi lucri, ſed valetudinis generis humani habeat rationem, utque ſanitatem præpeti penna fieri à dextra in lævam partem cognoſcat. Pullus, ut dictam ſummam cautela inſtituat in morbis, qui celeriter, vehementer & continenter, quaſi acuta & alta vulnera punctim corpori humano infligunt: utque cum opus eſt victum gratum præſcribat, & ſucco tenerum, hoc eſt, ut ægri vires perpetuo corroborat, & ita ſe ſtudiorum cultu com-

Æſculapius olim pingi conſueverit.

Medicus qualis eſſe debeat.

comparet, quo id arte recte agat. Barbam etiam demissam ac silvescentem Phœbi imberbis filius gerebat, ut nullus nisi ætate & scientia adultus morborum curationem aggrediatur.

Quare agite, juvenes Nobilissimi mecum ad laureta illa antiqua Asclepiadum pedem conferte: difficilis quidem via, sed brevis Hippocrates. at obscura brevitas. diligentia & labor facem præferant, & in clara luce Charites, Veneres, & Lepores, in his viridariis Naturæ saltantes videbitis. Nam totius naturæ nitor & elegantia in Medicina est corrivata. Vere profecto hoc dicam, si humana natura integra mansisset, nihil post Deum habuisset in quo se suavius & cupidius exercuisset ac oblectasset, quam in rerum ab ipso creatarum (quarum haud infima pars est homo) contemplatione. Quare natura Medicinæ est μυστικον. Quin hoc naturæ studio, in dura hac natura, ad pietatem animus mollescit, & rerum contemplatione ad S. Dei venerationem excitatur. Profecto in tam magna fabrica & œconomia humani corporis cum architecti sapientia perpetuo occurret, fieri non potest quin timor religiosus animos occupet. Quare authori Medicinæ S. Deo gratias agamus, quod hæc monumenta Asclepiadum, in quibus præcipuæ sapientiæ divinæ expressæ sunt imagines, inter tot temporum injurias defensa & ad nos propagata fuerint: & ab illo petamus, ut hoc beneficio nos & posteros uti sinat.

DIXI.

Nobilissimo & Magnifico Heroi

HENRICO RANZOVIO

PROREGI IN DUCATIBUS

SLESUICENSI, HOLZATIÆ, & DITHmarsiæ: Domino in Bredenbergk, Rantzou, Ranzovisholm, Nuschou, Melbeck, &c.

J. HEURNIUS DEDICAT.

MAGNIFICE *Nobilisque Heros, patrone venerande, vide quæso hunc embryonem meum. nam vix fætum dixero, quem quasi abortii, & immaturum & crudum tibi (veniam dabis temeritati) seni maturo, prudentia, virtute, eruditione, splendore gloriæ, opibus, plena auctoritatis & dignitatis senecta florenti asscribere & in tutelam tradere audeo. Quæ fiducia? quæ causa? virtus & humanitas tua, quæ persuasere. Adeone ille crudus? crudum vere dico, qui me fere nesciente prodiit in lucem, impolitus, subitarius, nullius que cunis fotus: sed è suggestu vere præcipitatus. Ego sane cum conceperam, & hactenus produxeram, sed me porro enixurientem non sentit, sed discipulos meos. Quorum parturiginem cum animadverti, & inter illos doctissimum professorem Medicinæ (collegam jam, & olim discipulum meum) D Petrum Pawium, qui editionem (quod illi Medicinam longe lateque diffusam & quasi incertis sedibus vagantem compone-*

re ha

re hæ Institutiones viderentur) urgebat, & jam ad prælum à se descriptas monstrabat; quare aliquid etiam has esse persuasus sum. Itaque ut lucem viderent annui: ne neglectu officium juvandi discipulos deseruisse viderer. Malui ergo vel famæ jactura studiosis consulere, quibus amplissimæ artis longeque diffusæ immensitates modico captu utiliter complexus videbar. Ego alioqui hæc publica fecissem? nunquam: & ne nunc quidem, quantum in me fuisset, ab aliis excepta typis subjici sivissem, ni doctissimi illius professoris stimulis, & assiduis discipulorum intercessionibus lenitus fuissem. Vide, potentissime Heros RANZOVI, quam mihi diffidem de ejus tutela. Clypeo tuæ doctrinæ, armisque tuæ illustris auctoritatis mihi hic opus, ne monstrum ab adversariis pro fœtu abortiisse dicar. Dicar? & forte, ut hoc in aurem dicam, merito: qui non, quod ursæ solent, lambendo, tergendo, poliendo informem hanc molam formare potui. Attamen furtim, dum hic fœtus in typorum matricibus hæret, quædam adjeci: si non (ut fit in subitario opere) ad venustatem; saltem ad operis metam quod faceret: pedesque addidi, ne mutilus plane prodiret. Hinc est quod eruditus lector fortasse deprehendet quædam hiulca, quædã inchoaca, quædã repetita, quædã loco alieniore dicta, hic ego Teucer, tu Ajax, me tuo clypeo condas splendido Nam cum hæc parari prælo á doctissimo Pavio sensi, (testis erit ille semper mihi) ut non meo) ut non meo. sed

suo

suo nomine hæc mea ederet, volui: noluit ille, qui ejus est candor, sed meo. Iam ego hæc tibi, Patrone magnifice, defendenda trado. Etsi vero splendore nobilitatis tuæ valde deterrebar ne hoc facerem, magnitudinis tuæ & exiguitatis meæ non nesciu; ut tamen hoc agerem, aliæ etiam graves causæ fuere. Primum, cum Institutiones hæ sint medicæ, omnium commodis dicatæ, tibi, qui omnium ex aquo utilitati ea quæ summi polles auctoritate atque prudentia consulis, jure defero. Tum quod observantiæ in te meæ illustre testimonium dare cupiebam ac monimentis testatam relinquere, ac satisfacere cupiditati meæ tui observandi atque colendi. Et hoc opus medicum non alteri quam ei debebatur, in quo universa secundum Regem (cui tu ob summas heroicasque virtutes, probatamque toti Regibus fidem, in rebus dubiis consilium, & in magnis gerendis prudentiam, charissimus es & semper fuisti) regni vis atque potestas sita sit. Talem cum te primus qui te finxit Promatheus & cælitum favor fecerit, an non merito cuncti celebrent fælicem fortunam familiæ tuæ, quæ semper istiusmodi virus fuit referta? Etenim quis nobili Heroë JOANNE RANZOVIO *patre tuo militia fortior, aut consilio prudentior? quis* HENRICO RANZOVIO *avo tuo, Bredoneve proavo, & Caio abavo tuo illustrius virtutis suæ testimonium posteris reliquit? Sed hæc inte solidata effulgescere videmus, ut omnes omnium virtutes,*

tutes, & pace & bello referas Sine quod olim Nestor Agamemnoni, id tu Christiano III, Frederico II, & Christiano IV, Daniæ Regibus ut haut injuria hi Reges te uno se beatos dum vixerunt prædicarint, suique Regni gubernacula tibi merito concesserint, & in tua fide securi conquieverint Hæ rationes impulere, Heros summe, ut Institutiones has medicas, una cum altero libello de Modo studendi Medicinæ, nuncupare tibi (à quo earum immaturitas & pudor meus me revocabat) sim ausus Si quid peccatum, quod tibi tanto viro hæc tenuia offero, spero me veniam apud te inventurum, qui indole illa tua haut minus læta fronte exigua ab infimis, quam magna á summis accipere soleas Patieris ergo Heros Nobilissime hæc tua gratia illustriora effecta, nominisque tui fulgore decorata, ad manus hominum ire. Ego interim omni officio, tuo nomini, laudi & honori, quantum potero, studebo semper. Vale Heros Magnifice, & tuo patrocinio ac gratia Heurnium tuum fovere ne intermittas Ex Lyceo Batavienſi,

ANNO CIↃ IC XCII.

PETRUS

PETRUS PAAW
LECTORI S.

AB eo tempore quo professionis medicæ munus in patria Academia susceпi, benigne Lector, hoc unum mihi in votis, tironum inceptis uti quantum fieri posset consulerem maxume. Quocirca ab Anatomicis lectionibus quoties respirare mihi datum, crebra ea de re cogitatio, repetiti aliquoties cum amicorum nonnullis sermones. Dumque (ut inter familiares fieri assolet) curiosius paulo in meorum studiorum incunabula prima, progressum profectumque aliquando inquirerem, iis me voti mei compotem factum comperi, quæ * Princeps ille medicus in eo requirit qui se Æsculapio devovitur requirit autem Naturam, Locum studiis aptum Industriam, Tempus, Doctrinam, Institutionem à puero Singula absque controversia in omnibus artibus (præcipue vero ob difficultatem, multijugamque quam in suis assectis exposcit, rerum variarum cognitionem, in Medicina) summe necessaria: inter quæ tamen posteriora duo primarium sibi vendicare locum mihi videbantur. Cum enim duo hæc velut obstacula omnibus iis perpetuo occurrant, qui eximii quid sibi addiscendum proponunt: humani dico ingenii imbecillitas; artiumque obscuræ nubes, densœque, quibus quotquot sunt

* *Hippocrates in Lege.*

sunt omnes circundantur, tenebræ, ni commoda docendi ratione, tenellula inprimis ingenia, sic excolantur, ut spinosa illa septa intrepide pervadant, splendidæque illius internæ lucis fulgore illecti strenue in incepto pergant; metus erit ne deterriti iis quas in ipso protinus vestibulo offendunt, difficultatibus animo deficiant, & desperabundi alia castra perant: sicque perpetuo incerto errabundoque ductu huc illuc tracti, nec sibi ipsis nec reipublicæ ulla tandem ex parte utiles fiant. Et sane si quis neglecta commoda fidaque institutione, peritoque itineris duce, vasto huic mari (medica arte mihi sermo) temere se nihilominus committat, hic si non ventis debeat ludibrium, certe vel à minutissima Remora in medio quoque curfu sistetur, qui possit aliter? cum ne exercitatis quidem labyrinthi has fraudes semel ingressis liceat absque Ariadnes ductu tutum relegere iter.

——— *ita Dædalus implet*
Innumeras errore vias, vixque ipse reverti
Ad limen potuit; tanta est fallacia tecti.

Ut optime de republicæ litteraria mereri ille videatur, qui methodica compendiosaque Institutione, tironum ingenia ita format, animosque firmat, ut alacriter nulloque fastidio stadium hoc decurrendo victores tandem ex animi sententia evadant. Talem aliquem mihi disquirenti, qui medicinæ

studio-

studiosis optimam hac in parte navasset operam, varii se quidem obtulere, attamen non omnes apti, ut aut publicum scanderent suggestum, aut à junioribus cum fructu legerentur: hic etenim pro lixitate, alter de industria excogitata obscuritate (ut de impropria loquendi ratione nihil dicam:) ille futili & gregario nimis stylo, rebusque via pervulgata tritis, fastidium potius quam appetitum lectori parere videbantur. Denuo itaque hic quid agerem incertus dum sum, en opportune mentem mihi subit, Clariss. Virum JOANNEM HEURNIUM, præceptorem meum, cum sub eo olim medicinæ fundamenta jacerem, universæ nostræ artis capita nobis auditoribus suis lectionibus publicis memoriter dictando proposuisse, schedas meas, licet jam laceras & disjectas, in unum collegio, avideque adhibito judicio lustro: mirum quam me confestim eorum lectio affecerit, tum quod jucunda existeret præteritorum studiorum recordatio; tum vel maxime quod commodissima esse viderem quæ publice proponerentur, idque præsertim in hac Academia, in qua nata, cujus genio accommodata. Elegantiore itaque charactere de scriptum ei fœtum suum jam ignotum defero, communis studii nomine orans & obtestans, luci ne invideret, sed extrema addita manu in publicum prodire permitteret. Renuit ille primum, ac meo

illa

illa nomine prodire voluit : ego contra, nulla id fronte fieri posse Quare tandem ille pro suo singulari in medicinam amore, raraque quam summæ eruditioni conjunctam habet humanitate non renuit, petitioni meæ se satisfacturnm promittens, simulac per studia magis seria otium ei cederetur. Quantum vero operæ iteratæ huic censuræ impenderit, illi probe norint qui è dictantis ejus ore excepta eadem hæc penes se servant : aliam plane induisse faciem videbunt ; plurima nova accessisse ; quædam apud omnes passim obvia ademta; breviter, adeo concinne apteque omnia composita, ut merito jure Academiæ nostræ (cui primitias studiorum suorum debent) gratulari debeant, quæ consecuta sit perpetuæ lectionis materiam Illa omne hoc quidquid est HEURNIO, quem suarum

Grande decus columenque rerum

lubens agnoscet. Qnid tu Lector? serta sat certo scio huic suspendes Bellerephonti; qui te vel triformi illigatum Chimæræ expedire potis est. Ita vale.

In Academia nostra, quæ est Lugduni Batavorum, ANNO cIↃ IↃ XCII.

IN

I. HEURNII
INSTITUTIONES MEDICINÆ.

LIBER I.
DE ELEMENTIS.

CAPUT I.

De Medicinæ natalitiis: ejus sectis, carumque placitis.

MEDICINÆ *nomen à medendo ductum, proprie curatricem partem quæ morbis medetur complectitur: Eo quod hæc sola diu viguerit primum, ut, quamvis aliæ partes accesserint, nomen tamen ars propterea non mutarit. Quod etiam in Geometria factum videmus, quæ nomen invenit, quod in Ægypto terrarum limites, Nili annua exundatione confusos, restitueret certa terrarum dimensione: Quæ rudior eo sæculo ars, quamvis auctior elegantissimus à demon-* Nominis ratio.

ſtrationibus ſenſuique abditiſſimis poſtea evaſerit, id tamen nomen numquam depoſuit.

Origo medicinæ.

Initium Medicinæ arti dedit experientia: experientiæ occaſionem præbuit quotidiana neceſſitas. Cum ægri in compita deferri & à prætereuntibus remedia ſciſcitari inciperent; inde Empirica ſecta enata fuit, quæ ab uſu artem ſolo petebat. Non aliter ac fabri ferrum ex certis præceptis cudere diſcunt, naturam tamen ferri, ac unde oriatur, non inveſtigant. Hi rationem rerum inutilem judicabant, quod aut idem traderet ratio quod uſus, aut diverſum: ſi idem, ſuperfluam; ſi contrarium, falſam eſſe habendam dicebant, ut quæ à certiſſima rerum magiſtra deflectat. Apud Ægyptios enatam aiunt: & ratio accinit, nam præcipua axiomata Medica ab his manarunt: quale eſt hoc à magno Hippocrate omnium primum monſtratum: * Πίσσα φαρμακεύειν καὶ κινέειν, μὴ δὲ ἐν ἀρχῇσιν, ὦ μὴ ἐργᾷ. *Quod enim Ægyptiorum Medici purgantia remedia ineuntibus morbis vitarent, abunde teſtatur Ariſtoteles tertii Politicorum undecimo, ubi hæc ſcribit:* Καὶ ἐν Αἰγύπτῳ μετὰ τὸν τετράμηνον κινεῖν ἔξεσι τοῖς ἰατροῖς· ἐὰν δὲ πρότερον, ὅτι τῷ ἀσθενοῦντι κινδυνώδες. *Dicit Ægyptios noluiſſe quicquam in ægrotis*

* 1. Aph. 22. hoc eſt, cum effera materia modo huc, modo illuc fertur, excludēda in principio, etiamſi pepaſmi expers fuerit: alioqui coquenda prius.

grotis innovari, non nisi peracta quarta die, alioqui medici id suo periculo agebant. Nam hi usu deprehenderant, ineunte morbo pharmaca esse nocua. Ita crevit Medicina in Ægypto. Quin Hippocratis coætaneus Herodotus refert, in hac gente singulos morbos suos habuisse medicos: ita caput, dentes, oculi suos. Experientia autem primum Diæteticam invenit, ut testatur Hippocrates in libro De veteri medicina. nam hunc librum citat Erotianus in Onomastico, & Galenus in expositione linguarum, & Hippocrati ascribunt. Dum homines per ægritudines cibos mutantes juvarentur, crevit illa. At Herodotus dicit hoc Ægyptios etiam fecisse; qui scribit, hos se singulis mensibus assuevisse per triduum purgare; putantes ex cibis omnem calamitatem morbiferam nasci. Nam aër his extra querelam erat, ut qui, Herodoto teste, nunquam mutetur ibi: nec ex fracta corporis œconomia morbi illis; nam refert hos omnium hominum saluberrima sortiri corpora. Igitur ab Ægyptiis nata fuit medicina, si fides Hippocrati, qui à Diætetica illam primordia sumpsisse prodidit. Acron Agrigentinus Empiricam sectam primus fecit. Hic ante Hippocratem vixit. Hunc secuti sunt Philinus,

In Euterpe

Plin. 29. lib. 1. & Diog. Laert. & Plutarchus de Iside & Osiride.

linus, Philistion, Crito, Serapion, & Menodotus. Etenim ante hãc conditam sectam, Græci qui medendo excellebant, Deorum filii vocabantur. Qui herbariam potius quandam experientiam, quam veram artem medendi calluisse videntur. Talia norat apud Græcos Chiron, & ab eo eruditi Heroës. Sic multa legimus de Aristæo Polyido, & Melampode, qui quod Prœtidas elleboro purgasset, Melampodium dictum elleborum fuit.

Empirica secta jam facta, cum homines rerum experientias causis firmare optarent; quod his ignoratis, effectus fallant, ad earum investigationem inclinare

Dogmatica *cœperunt. Ita paulatim Dogmatica medicina subnasci cœpit, quæ fuit ante Hippocratem apud Cnidios, Rhodios, & Coos. Huic majestatem atque splendorem primum afflavit Hippocrates, qui vixit sub Dario Longimano Hesteris forte filio, quæ nupserat Assuero, quem Græci Xerxem, Chaldæi Artaxerxem appellant. qui* Hippocrates, *ut inquit Celsus*, vir fuit arte & facundia clarus. *Hæc medicina Hippocratica usque ad Magni Pompeji tempora Græcia & Latio celeberrima fuit: queusque Asclepiades Prusiensis medicinam facere cœpit. Habuit Dogmatica quæ & Rationalis, præstantissimos fautores;*

res, & inter alios, Praxagoram, Diocletem Caryſtium Antigoni regis medicum, Eraſiſtratum nepotem Ariſtotelis, Herophilum, ceterosq; plurimos. Etenim Strabo, qui Auguſti Cæſaris tempore vixit, ſcribit, ætate ſua inter Laodiceam & Caruram fuiſſe ſcholam percelebrem eorum medicorum, qui Herophilum ſectabantur: qualis etiam erat tempore patrum ſuorum Smyrnæ, medicorum Eraſiſtrati ſequacium. de his meminit in Arte medica Galenus. Hæc rationalis medicina tempore Pompeii cœpit langueſcere, uſque dum ſub Antoninis à Galeno priſtinæ claritati reſtituta fuit. Lib. 18.

Methodica autem, ſecta omnium poſtrema enata fuit; ita originem duxit, ut narrat Plinius libri ſeptimi trigeſimo ſeptimo, & vigeſimi ſexti tertio. Hanc ſecutus eſt Themiſon Laodicæus Syrus: hic primus Methodicæ ſectæ nomẽ dedit. Huius meminit Iuvenalis, ubi recenſet ſenectutis mala. tot ei ineſſe ait, Methodica

Quot ægros Themiſon Autumno occiderit uno.

Hunc ſecuti ſunt Soranus Epheſius; cujus ſcripta, quæ apud nos exſtant, Cœlius Aurelianus Latina fecit: Maſæus, Antipater, ſed ante cæteros Theſſalus Trallianus: Agathinus magnus, Archi- Plin. 29. Lib. 1.

genes, qui, ut refert Dion Cassius, Imperatori Adriano lethalem sub sinistra mamma locum indicans, in causa fuit, ut ipse se servo, in extremo hydropis morbo, necandum dederit.

Placita sectarum.

Hæ præcipuæ sectæ floruere. Placita earum ita breviter accipe. Rationales, naturas rerum rimabantur, morborum causas investigabant. signis ad causarum inventionem utebantur. indicationibus ad curationem pergebant. Empirici causarum & naturarum investigationem rejiciebant. syndromas seu signorum concursus in dignoscendis morbis observabant. medicamentis utebantur. Fidem habebant experimentis aliorum. In incognitis morbis ad similia remedia & membra transibant, quem ἐπιλογισμὸν appellabant: ut in morbis crurum brachiorum remedia adhibebant, & deficiente mespilo, cotoneis vel sorbis utebantur. Methodici, signis contemptis, nec causis multum inspectis, in cunctis morbis duo perpetuo occurrere defendebant, ab ipsis communitates dicta, à quibus remedia possint evocari; laxum, & strictum. Præterea in omnibus morbis ineuntibus inedia utebantur, quam Diatriton appellabant. quod & Ægyptios fecisse diximus. Demum cycles quosdam in nutriendo & medendo

obser-

observabant; quorum hos metasyncriticos, quasi evocantes humores, illos resumptivos appellabant.

Tandem floruere Arabes hac arte, sed sero. Cum enim Græcia & Latium florerent, numquam Arabia ex studiis cognita fuit; quasi gloria Romanorum deterrita, nullis rebus gloria dignis operam navare auderet. His eandem fractis, hanc gloriam literariam Arabes his etiam abripere conati sunt. Dum reges eorum Mahomed & Almansor in Marocho bibliothecas & gymnasia extruere cœpissent, proposituq; præmiis ad bonas artes suos inflammarent. Hinc felici quodam multorum annorum successu, præclarissimi ibi viri effulsere. Inter hos Isaac ac Serapion omnium fere primi, & Averrhoës, Avicennas, Razes, Mesue. Anno centesimo supra millesimum Avicennas floruit. Et paulo post studia apud Gallos parum reviviscere cœpere, tempore Gratiani, & P. Lombardi. Ita paulatim ad nos perveněre, Occidentalium Imperatorum opera, qui harum regionum Academias erexerunt. Arabes. Addes.

Vt ad rationales itaque redeam, hi & experientiam amplectuntur, & rationem ei jungunt. Propterea venabantur cognitionem corporis humani, & id seca-

bant, elementorum, causarumque quibus mutari corpus possit, necessariam indagationem judicabant. Hanc nos amplectimur, ex ratione & experientia conflatam. Non enim solam nudamque volumus experientiam; illa enim si rationi non fuerit consociata, periculi plena est, quod multa putantur fieri lege naturæ in corpore humano, quæ sunt symptomatica, hoc est, vi morbi expressa. Accidit & illud, quod nullus morbus sit idem omnibus, nec ullum est remedii genus quod habet eandem vim in singulis. Nec soli rationi & judicio standum: nam hoc difficile est distinctione corporum, causarum, signorum, medelarum: ad cognoscendum, præsagiendum, & curandum, & quod similitudines sæpe bonis medicis imponant. Multa sane solitaria ratio suadet, quæ tandem usu coarguit. Quare recte Salustius, Utrumque per se indigens, alterum alterius auxilio eget.

CAPUT II.

De Medicinæ Definitione & Divisione.

Definitio. MEDICINA EST ARS, CORPORIS HUMANI VITIA PER ADIECTIONEM ET ABS

ABSTRACTIONEM EMENDANDI. *Quasi* ἐφαπτόμενον *esse dicas.*

ARTEM *esse dicimus, quia multa ex artis natura mutuatur; alioqui mixtam esse facultatem dicere possumus ex scientia & arte. Pura enim scientia esse non potest, quoniam non omnia demonstrat sua, sed plurima levibus signaturis adsequitur, &* σημείοις. *Praterea circa aterna non versatur, sed qua condita sunt & interitura. Praterea quod principium suum non habeat in reipsa, nempe natura; sed aliquod ejus principium in artifice est. Nec pura ars esse potest, quod principium ejus solum non consistat in artifice, sed partim quoque in natura. Praterea quod non sit purus habitus cum ratione aliquid faciendi, sed multa quoque contemplatione adsequitur. Artem tamen esse dicimus, quod principium ejus aliquod in artifice consistat, quodque finem artis habeat, nempe opus. Sed cum artes alia sint factiva; alia activa: inter factivas cum Galeno medicinam numeramus: ut qua opus post actionem, hoc est sanitatem relinquat. Factiva artes vel novum opus conficiunt, vel factum resarciunt: quod nempe jam labefactatum fuerit, medicina resarcire docet. Et quamvis in conservatrice medicina parte nihil a-*

Num ars vel scientia.

Gal. ad Thrasybulum.

gere videatur, id fit ob vitii exiguitatem, quod tamen actionum integritati nondum officit, nam substantiæ unde constat forte particula exhausta est.

Subiectum

Subjectum medicinæ est humanum corpus. Finis sanitas.

Divisio.

Partes medicinæ ducimus partim à materia: partim ab operandi modo, sineque diverso. A materia principia artis ducimus, quæ docent φυσιολογικῶ, παθολογικῶ, σημειωτικῶ. A fine diverso ducuntur hæ partes: ὑγιεινὴ, quæ corpus docet conservare similibus alimentis. θεραπευτικὴ, quæ corpus docet mutare diversis remediis: προφυλακτικὴ, quæ partim mutare, partim conservare corpus humanum docet, & dividitur in μεσηκοντικῶ & ἀναληπτικῶ: hæ partes ex morbo languentes reficere, vel senum corpora fovere docent. His addecam partem quæ de remediorum & alimentorum facultatibus tractat.

CAPUT III.

DE ELEMENTIS.

ALTIUS explicabimus quæ ad conditionem humanæ pertinent naturæ: etenim neque bonam valetudinem tueri, neque causas morborum intelligere, neque

neque signis quicquam deprehendere, neque morbum profligare poterit is, qui elementa corporis humani, quoquo modo à pristino statu recedant, ignoraverit. Diximus medicinæ finem esse sanitatem: ea vero sanitas corporis actiones secundum naturam commodas perficit. At quia corpus constat ex partibus similaribus & dissimilaribus, ideo sanitas alia similarium partium, alia dissimilarium: utraque ex commoda temperie eorum unde constructa sunt, sanitatem accipiunt. Sunt autem factæ similares partes ex quatuor humoribus, atque illi ex quatuor elementorum temperamentis. ab elementis ergo & eorum temperamentis est incipiendum.

Est igitur ELEMENTUM, minima pars ejus cujus est elementum. Minima pars, *id est simplicissima, quæ in alias specie diversas dividi nequit. nam simplex de forma dicitur, ut minimum de quantitate: non autem datur minima quantitas. Quod autem simplex, id vel sensui nostro ita videtur; vel ratione est simplex. quod ratione vero est simplex, definitur ab Aristotele esse corpus, quod in varia, specie diversa dividi nequit, quodque rem cui inest constituit.* Quid. Averroes 42. De cœlo.

Differunt autem elementa à principiis universitatis: quod elementa ex se vicis- Principia.

sim oriantur: principia autem nullo modo.

Hæc autem elementa & multa sunt, & contraria, idq; demonstratur ex evidenti, & ex ratione. ex evidenti, quod multi morbi diversis rationibus curentur; id autem fieri non posset, nisi homo ex variis constaret elementis. Ita cum ex immoderata purgatione moriuntur, nullus ex sola bile vel pituita purgata obiit. Præterea ratione ita demonstratur: caro nostra si incidatur, aut ingenti æstu incandescat, acerbus dolor oritur; dolor autem sine mutatione rei sensilis, qua dolet, fieri nequit. caro igitur si doleat, mutatur; nihil autem mutatur, nisi sit in quod mutari possit. si igitur caro dolet, constabit ex multis elementis.

Quot. *Sed quot illa erunt? Ex spharici corporis circulari motu demonstramus quatuor esse, nec pauciora, neque plura: quod enim in circulum movetur, peripheriam & centrum habeat necesse est; illa autem quæ levissima sunt in illo corpore spherico, tendunt ad circumferentiam; quæ gravissima, ad centrum. ut autem illa duo corpore jungerentur, opus fuit mediis quibusdam vinculis, quibus unum recta à medio, alterum ad medium ferretur. hinc aqua circa terram locum invenit, aër ad ignis regionem à natura locatus fuit. Plu-*

ra au-

ra autem his elementa esse nequeunt: neque enim motus illis assignari posset, neque locus in natura.

Has autem contraria esse debuerunt, Contraria. *ut pugna sese mutarent, & sic inde aliquid enasceretur. Nisi enim mutarentur, nihil inde magis quam ex atomis Democriti surgere posset. mutatio autem sine tactu fieri nequit. opus igitur fuit tactibilibus qualitatibus, illæ autem sunt: Acumen, Gravitas, Densitas, Calor, Frigus, Humiditas, & Siccitas. Acumen ut secat in partes minimas corpus, gravitasque ut contundit; ita nec ad aliam formam corpus traducere potest: argumento est nix, quæ in minimas secta partes, nix esse non desinet. At Calor & Frigus, rem quam tangunt mutant, aliamque rei formam inducunt. sic & (quamvis lentius) humiditas & siccitas. His ergo qualitatibus prævalebunt elementa, ut sese interimere possint, quo aliud aliquid nascatur. Sed hæ qualitates non sunt præcipuæ elementorum formæ, quia sensibus occurrunt, eosque feriunt.* Formæ. *absurdum quoque esset simplici corpori duas tribuere formas, indeque componi corpus unum. Præterea si caliditas & siccitas, quæ sunt in igne, forent formæ, profecto illæ formæ causa forent quod ignis esset rarus, levis, magnaque*

que agendi potentia alius prævaleret; itaq; & medicamenta quæ calida & ſicca eſſent, levia eſſe deberent, leviſſima, & citiſſima actionis: quod non ita eſt. Quare horũ propria accidentia medici inveſtigant.

Ignis. Ignis natura calidus, ſiccus, rarus, levis, eo purior quo cælo Lunæ vicinior, multum formæ, parum materiæ habet. Vtiturque natura igne ad omnium rerum miſtionem: cætera enim elementa, materia eſſe ignis videntur. ignis enim (uti inquit Hippocrates) eſt omnia movere, ut aqua nutrire. Maxumo ſplendore inſignis eſt ignis, verum non lucet, niſi denſa materia recipiatur. Regionem ignis reliqua elementa excedere accenſi ligni flamma commonſtrat. Ejus vis eſt in medicamentis, coquere, attenuare, incidere.

Aër. Aër igni proxumus, nuſquam purus. ejus efficium eſt cuncta pervadere atque implere. calidus & humidus: talem vocat eum Hippoc. in lib. περὶ ἀρχῶν (quæ male De carnibus, περὶ σαρκῶν inſcribitur. Stoici (ut refert Galenus De ſimplicium vi) aërem frigidum eſſe dicebant, quod ex materia frigida oriretur, nempe aqua. Peripatetici contra calidum, quod vi caloris naſceretur; cum ſcilicet aqua vi caloris rarior facta, in aërem abiret; potioremque cauſam eſſe efficientis, quam materia

materia fatebantur. Praterea Stoici dicebant, Oleum multo aëre irrigatur, at oleum concrescit, igitur aër est frigidus, nam frigoris vis est cuncta congelare. Peripatetici quidem oleum concrescere fatebantur, sed non ad glacialem duritiem, unde illi aërem calidum asserebant, qui oleum undiq; rigat. Galenus aërem frigidum nusquam dicit: attamen libro 5. de usu partium dicit, Cerebrum magis calidum quam aërem esse. & in libro De respiratione dicit, cor egere refrigerio ipsius aëris: sed frigidum aëra non dicit; etenim cerebrum & cor magis semper calent quã aër æstate media. unde cum Galenus calidum eum non dicat, nos mentem Galeni hac ratione elicimus; Quicquid ejusmodi est ut nullum extremorum obtineat, id facile ad naturam utriusque extremi ducitur: talis est aër; nam facile incalescit, facile item refrigeratur: quare medius erit aër inter calorem & frigiditatẽ, eritque hac qualitate temperatus. Praterea omnis medicorum sententia statuit, illa medicamenta esse temperata, qua multum aëris in se habent, quale est oleum, quod imbibit omnium herbarum sibi injectarum facultates, sive ea frigida fuerint, sive calida.

Stoici elementorum mutuam mutationem ad fusionem & densationem referebant. d Gal. 3. nat. fac. cap. lib. 1.

Aqua frigidissima atque humidissima, Aqua;

nus-

nuſquam pura. ejus officium cuncta delineare, nutrire atq; fœcundare. inde Thales Mileſius, aquam principium rerum dicebat. Auſonius.

Mileſius Thales ſum; aquam qui principem
Rebus creandis dixi, ut Vates Pindarus.

Galenus eam ſumme humectare dicit. Peripatetici aërem ſumme humidum ponunt. Reſpondeo: recte Galenum dixiſſe, ut medicum, aquam humectare, quamvis ſumme humidam hanc non dicat: aqua enim quia diutius corporibus haret quam aër, magis humectare eo poteſt, quamvis aër, ut Peripatetici dicunt, magis humidus ſit: quia tamen tam craſſam ſubſtantiam non habet ut aqua, non poteſt tantum madorem corporibus præbere. Eſt igitur aqua ut medicamentum humidiſſima; aër ut elementum humidiſſimus. Miri quid in elemento hoc eſt; nam Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas, dicit Moyſes. quo innuit, aquam eſſe inſigne elementum, in quo creando ipſe Deus cogitaverit. Igni & aqua olim ſceleſto interdicebantur: & caſta matrona cum in manum viri venirent, jubebantur aquam & ignem tangere.

D. Baſilius in hexaëmero.

Terra.

Terra frigida eſt & ſicca, nuſquam pura, niſi ad centrum, ad quod neque aër neque

neque aqua pertingere possunt. Ejus in natura officium, lineamẽta aquæ beneficio rebus inscripta retinere: multum materiæ præbere rebus creandis: fœcunda rerum semina gremio suo fovere. Ignis itaque & aër, plurimum formæ obtinent. aër enim terram, aquâ madidam, attollit atque aperit, ut igni aditus pateat, quo cuncta ex his quatuor elementis enasci possint. Hippocrates hæc quatuor elementa vocat, Calidum, Frigidum, Humidum, Siccum.

CAPUT IV.

Quomodo Elementa constituant res mixtas. Et de mixtione.

UT igitur aliquid oriatur, diversa contrariaque decenti proportione mista in unum conveniant necesse est, alioqui nulla mixtio fieri posset. Est itaque Mixtio: Exiguorum corporum motus, ad mutuum contactum, ut fiat unio. *Talia sunt liquida, tenera, mollia, quæ suum extremum facile cum alio unum reddunt.* Mixtio quid.

Hæc autem elementa formas suas non perdunt in mistione, sed vinctas sub mutua qualitatum pugna retinent. Cedunt autem illæ elementorum formæ, dignio- Formæ elementorum.

ris

ris formæ præsentiæ, suæque naturæ vigorem, sub alterius imperio deponunt, id est, ut vulgo dicitur, potentia sunt, non actu. non enim quod in simplici rerum transmutatione contingit, idem in elementorum quoque mixtione evenit; elementa enim in mixtione suas formas retinent potentia: alia autem quæ ex simplici transmutatione oriuntur, formas perdunt. ut in herba nata ex quatuor elementis; hæc elementa retinet: quum autem coctione in sanguinem mutatur, herba veterem formam ponit, nascente nova forma sanguinis, sed tamen elementorum formas non deponit, quamvis diversa portione elementa misceantur; modo enim plus aëris, modo plus aliorum elementorum inest. Id Hippocrates sentit libro De natura humana, ubi scribit: Cum quid interit, quod tunc calidum, ad calidum revertitur unde ortum fuerat: sic frigidum ad frigidum: humidum ad humidum: siccum ad siccum. putat enim Hippocrates quod quæcunque ad gignendum coierunt, talem vim retinent in corpore quale contulerant; propterea moriente homine, cuncta eo redire unde dimanarunt. Vnde nos colligimus, si eò redeant, oportet ut integras formas retineant.

Hæc tamen elementa, quamvis in exi-

guas

quas partes discissa fuerint, tamen illæ partes non sese pervadunt, ut sibi inserantur mutuo; (nam ita fieret penetratio dimensionum, essentque duo corpora in eodem loco, quod est absurdum) verum qualitates minimarum harum partium mistarum sese mutuo pervadunt, atque confunduntur totæ: ut unicuique peculiaris sibique dicata natura inde enascatur. Ex esculentis igitur caro nostra originem trahit, esculentæ autem res ex quatuor elementis. Corpus ergo nostrum ex quatuor elementis constat. quum ergo obvium habuerimus corpus densum & siccum, multum terræ illi inesse existimabimus. sic quum lubricum atque humidum corpus, plurimum aquæ inesse putabimus. idemque de cæteris est existimandum, ut sese qualitates eorum nobis objecerint.

Vt finem faciam, illud addo, dici posse, Dubium.
Qualitates sunt accidentia, quibus non licet sine substantiis existere. Si ergo confundantur qualitates totæ totis, simul erit necesse inseri sibi mutuo confundique substantias ipsorum elementorum. Vbicunq; enim est qualitas, ibi ejus esse debet subjectū. Respondemus: Illud esse negandū: quia illa elementorū in minimas partes distractio, & eorum deinde distractorū unio, sufficit ut qualitates confundantur, & uniantur sibi mutuo.

I. HEUR-

I. HEURNII
INSTITUTIONUM MEDICINÆ

LIBER II.
DE TEMPERAMENTIS.

CAPUT I.

Quid temperamentum, & quomodo naſcatur in rebus.

Proportio elementorum ad temperiem creandam.

DE *Elementorum permiſtione egimus: ſequitur ut de Temperamentis agamus, qua ſoboles quadam ſunt permiſtorum elementorum. Vt igitur temperamentum naſcatur cuiq; rei, non elementorum moles, aut ponderis magnitudo inſpicienda eſt, ſed ut viribus ipſa elementa concurrant. Vberior alioqui in nobis eſt terræ moles quam aliorum elementorum: quare horum vis & efficacia metiri debet. ut, nimirum, tantum elementorum conveniat, quantum qualitatum mediocritati cuique rei effingendæ commodum fuerit.*

rit. Maxime autem vires elementorum præ se ferunt qualitates, calida, frigida, humida, sicca. quæ quidem non in eadem mole concurrunt, verum moderatione quadam sese sibi jungunt; ut modo calor exuperet; modo frigus, modo humiditas, modo siccitas. Verum certos limites pro cujusque rei temperie constituenda, hæ qualitates habere debent; ultra citraque quorum limitum ambitum mistio non fit, ut quæque res suum temperamentum sortiatur. Quum autem hos limites non deserit mistio elementorum, fit temperamentum: quod est, forma cujusque partis, resultans ex idonea & accommodata quatuor elementorum proportione, in qualitate, quantitate, mistione, & viribus.

Temperamentum quid.

Diximus esse formam cujusque partis: *nam temperamentum, ut ait Galenus, propriam cujusque partis substantiam continet. dat carni quod caro sit, & nervo quod nervus sit. nam cuique rei id quod est præbet.*

3. De usu part.

Diximus, resultans ex idonea & accommodata quatuor elementorũ proportione: *nam pro diversa ratione dominantis elementi in prima partium conformatione, diversa quoque est ipsarum partium substantia. exempli causa; In cordis*

dis conformatione prima, igneum elementum maxime dominabatur, unde & calidissimum evasit. Sed dicet quis: Cur ergo non potius dicemus, temperamentum igneum, aëreum, aqueum, terreum? Cur Galenus potius dixit secundo De temperamentis, capite ultimo & penultimo, temperiem biliosam, vel melancholicam; ut & in tertio libro Prognosticon, aphorismo decimo sexto? Respondeo, Galenum recte dixisse, scilicet temperamento nomen præbens ab humoribus congenerantibus, non primario, sed secundario. nam primario recte dicetur ab iis, quibus mixtio competit, id est ab elemento; teste Aristotele. Sed recte Galenus medicorum more, ut quæque sensibus proxuma sunt, maluit inspicere, & ab humoribus temperamenta nominavit; quia ut elementa se habent ad omnia mixta, ita humores se habent ad animantia sanguine prædita. Verũ multi hic falluntur, Galeni sententiam non adsequentes. qui putant eũ hunc melancholicum dicere, in quo sanguis melancholicus abundat; biliosum, in quo bilis. Sententia Galeni est, quod pro diversa ratione dominantis humoris in prima partium conformatione, diversa sit ipsarum partium substantia. ut juvenem biliosum vocat temperamento, à bile congenerante.

Dubium unde dicantur Temperamenta.

Tem-

Temperamentum enim omne emanat ab humoribus congenerantibus. Congenerantes voco, qui sunt in semine, ex quibus omnium solidarum partium substantia est. Genitos autem voco humores, qui sunt in massa sanguinis. igitur temperamentum non consistit in humoribus, sed in solidis partibus, quæ, pro diversa ratione humorum congenerantium in semine repertorum, tales vel tales evasere. Fatemur ergo, recte cum Galeno dici, temperamentum bilioſum, non à bile genita, sed generante, id est temperamento quod refert dominatum bilis. quæ bilis ad generationem hujus conspirat corporis; recte inde bilioſum temperamentum dicitur.

Hyparxis tempera-menti in quibus.

Hyparxis igitur temperamenti, consistit in partium solidarum, & humorum congenerantium, id est, eorum qui sunt in semine, ratione: non autem genitorum humorum, qui sunt in massa sanguinis. Nihilque repugnat, hominem temperamento frigido, ex usu largiore vini, multam bilis copiam coacervare: hujusmodi enim bilis, est humor postgenitus, non humor ille generans, à quo temperamenti ratio desumitur. sic mulieres frigidæ, magnam bilis coacervant copiam, ob corporis densitatem, negato fuliginibus exitu, unde incandescunt, ac bilem generant sic Paulus Rhetor,

2. Acut. *Rhetor, ut scribit Galenus, qui corporis habitu pituitosus erat, & temperamento omnino frigido, ejiciebat magnam bilis copiam; vocatq; eum Galenus πτφόχολον τὰ ἄνω, quod supra bilem dejiceret. Igitur ab illorum humorum ubertate & dominatu, non licet temperamento nomen imponere; sed tales succos ubertate quadam luxuriare in tali homine dicemus. Recte igitur Galenus melancholicum & biliosum dixit temperamentum, ut hi humores, secundarii ad temperamenti rationem confluunt; primario autem elementis debetur omnis mistionis ratio.*

1. De Temper. cap. ult & penult.

CAPUT II.

De Temperamentorum differentiis, quot qualesque sint.

QUUM igitur ex varia elementorum mistione rei cujusque peculiaris natura nascatur, clarum est, non esse horum elementorum parem in quibusque temperaturis portionem. Quum igitur paria elementa æqualibus ponderibus, mole, atque magnitudine concurrunt, enascitur temperamentum quod ad pondus ἴσοκρατον dicitur, cogitatione magis, quam revera existens, ut medici regulam habeant,

beant, instar statuæ Polycleti, ad quam omnem temperiem exigerent.

Aliud autem εὐκρασία est in singulis generibus, in quibus est ea moderatio & mediocritas elementorum, quæ animalis naturæ maxime convenit, quæ secundum generis sui amœnam æquabilitatē, omnibus muniis defungitur in corpore. ut in equo, ut velox sit; in leone, ut immanis, crudelis: in ficu arbore, optima illa est, optimeque temperata, quæ plurimas ficus profert; ut scilicet cuique adsit ea mediocritas, quæ maxime naturæ ejus conveniat. Hancq; temperiem ad justitiam vocamus; quæ non pondere aut mole explorat elementorum vim, sed quantum cuique rei ad peculiarem sui naturam convenit. Ad enim justitiæ, sua cuique tribuere. Est igitur temperamenti æqualitas in omnibus animantibus, stirpibusque, non quæ spectatur ex paribus elementorum viribus, sed quæ tum animantis, tum stirpis naturæ maxime convenit. convenit autem, ut modo humidum vincat siccum, modo frigus calorem. neque enim simile temperamentum habere debet, homo, leo, canis, apis, formica. Quare, ut breviter transigamus, si verum fateri volumus, ex temperamento ad justitiam cuique parti accommodato, consistet illud tempe-

Eucraton duplex: simpliciter, & in singulis generibus.

Temperies ad iustitiā.

ramentum ad pondus. Frustra igitur illud medici inquirunt in unaquaque parte, nisi in ipsa cute manus. nam si os esset temperatum ad pondus, non esset siccum.

Vnde Temperamenta nomen gerant.

Quando autem ab ea mediocritate recedit, intemperatum dicitur, & ab eo quod maxime superat nomen accipit. ut calidum, quum calor frigori præcellit. sic de frigore, humore, siccitate. itaque talia corpora, non vocamus absoluta ratione calida, frigida, humida, sicca; sed per excessum. Sic calidum animal vocamus, in quo calor uberior est quam frigus. Quod autem ita calidum, frigidum, humidum, siccum dicitur, bifariam ita vocatur. primo modo, nulli quam sibi comparatum suaque naturæ: sic canis suæ naturæ collatus, siccus dicitur. altero autem modo, quum alicui comparatur: ut canis homini comparatus siccus est, cani humidus. Ita una res calida & frigida uno tempore dici potest. In unoquoque igitur genere, ubi quid à mediocritate recessit, ab eo quod vincit nomen accipit, ac intemperatum dicitur. In eo autem dispari concentu, necesse est ut una qualitas excellat, vel duæ: tribus excellere non licet. Singulorum autem exuberatione, quatuor simplicia nascuntur temperamenta

menta, calidum, frigidum, humidum, siccum. Calidum in quo calor cateras qualitates vincit. frigidum in quo frigus cateras antecellit. Ita tamen intelligendo, ut quæ in opposita sunt contrarietate qualitates, mediocriter sese habeant. Hinc & composita temperamenta sunt quatuor, ex simplicium exuberantia nata.

Novem itaq; sunt temperamentorum genera: εὐκρατον unum; quatuor simplicia; totidemq; composita. Hæc autem temperamenta late fusa sunt. non enim quæ calida sunt, eodem fervoris æstu inaleſcere videntur, sed suam habent amplitus latitudinem. In compositis autem temperamentis, nempe calido & humido, calido & sicco, frigido & humido, frigido & sicco aut par est vincentium qualitatum robur, aut non eodem filo sese temperant. Quocunque modo sit, ab utroque nomen gerunt excessu. sic vocamus calidum, siccum, seu siccitas seu calor vicerit. Unde concludimus, innumerabiles esse temperamentorum varietates, ut scilicet majore vel minore proportione conveniunt qualitates: indeque consurgunt proprietates infinitæ corporum.

CAPUT III.

De temperamenti cujusque notis, & judicibus.

Galen. 7. Tem. 16. Εὔκρατον autem temperamentum, optime resistit turbulento incursui omniũ causarum externarum. operationes enim habet perfectissimas: deinde illa temperamenta quæ illi finitima & confinia. Quæ autem ab eucrato longius recesserunt, facilius labuntur & expugnantur. At unde singula temperamenta agnoscemus? Re-

1. Tem. 16. spondendum cum Galeno, ex δυσκρασιις naturis in singulis generibus: quibus si reliqua committes, quid uberius singulis insit, facile percipies; idque ages cum hoc corpus de quo judicium facies, recte sese habeat in calore qui extrinsecus invadit: sit & in frigore, humiditate, & siccitate.

Iudex temperamentorũ. Sed quis erit judex discernendi temperamenti? nam portiones elementorum exquisite mistæ, omnem judicii tenuitatem subterfugere videntur. Respondeo: ut olfactui fidem habemus de odoribus, & de coloribus visui; ita profecto de tactilibus qualitatibus tactui, tanquam fido exploratori, fides non est deroganda, præsertim temperamenti heminiq. Si quis sensibus

stare

stare nolit, sed cuncta demonstrari ratione velit, exspectet, quod Plato vovet in Civili, dum res ipsa loquantur, suamque indolem nobis dicant: vel cum Anaxagora, qui, ut refert Aristoteles, nivem albam negabat, ad Pyrrhoniorum dubia se vertat, quibus nihil ratum est. Explorationem itaque temperiei humanæ tactui committimus. Hic ignem calidum, nivem frigidam dicet; ex his perfusa, mediocria pronunciabit. terram aquâ perfusam, nec molle nec durum fatebitur. Maxumeque fides erit illi cuti, quæ est in acinis digitorum. ea tamen cautione, ne vel callo ex laboribus obducta sit, vel frigore horreat. est enim ea cutis, caro nervosa, vel potius nervus carnosus: non enim simpliciter caro est, quia exacte sentit; neque purus nervus est, quia sanguinem profundit; componitur autem ex mistione carnis & nervi. Igitur recte cum Galeno tactum judicem ponimus calidi & frigidi corporis: humidi autem & sicci, conjunctam cum tactu rationem; quippe omne siccum durum est; at non protinus, omne quod durum, siccum est, ut in glacie evenit. Igitur de his non pronunciandum priusquam exploraverus, quomodo in calore & frigore sese habeant. neque enim quod molle sensui nostro occurrit, id protinus

Cutis.

2. Tem. 2.

Dura cum summo frigore non omnia sicca.

Mollia cũ ingenti calore non omnia humida.

humidum erit, ut metalla ab ingenti æstu colliquata, humida tactu videntur. Oportet ergo priusquam tactus de humido & sicco pronuntiat, ut ratio accedat, quæ judicet quomodo illa sese habeant in calore & frigore. Rectèque id humidum esse, quod cum moderato calore sensibus nostris occurrit; idque demum siccum esse, quod non cum acerbo frigoris rigore tactui nostro occurrit. Inde rectè dicimus, quum duram partem in corpore humano invenimus, eam non esse humidam; etenim tanta vis frigoris in humano corpore esse nequit, ut inde duritiespropiscatur. Et quamvis adeps, à frigore, quum fluide è venis dimanavit in partem membranosam frigidam concrescat, attamen in duritiem omnino non abit.

Partium temperies.

Quæcunque ergo sunt partes cute duriores, hu rationibus explorata, in his omnibus siccum prævalet humido; quæ autem molliores, in his humiditas vincit. calidiores autem partes sunt, quanto magis sanguine abundant. exanguia cuncta

Calidæ partes.

frigida sunt. Calidorum series hæc est: spiritus omnium quæ in corpore sunt calidissimus est, fluens scilicet ille, non fixus: hinc Cor: deinde Iecur (ut ait Galenus primo de Temperamentis:) dein sanguis; caro simplex, utpote ex sanguine genita:

hinc

hinc lien: hinc renes: dein cutis, quæ temperata est. Sed dices, Caro liquatur à febris ardore; igitur à frigore concrevit. Respondeo, Liquitur adiposa humiditas, non caro, quæ nec assando consumitur. Dein frigida, quæ tanto frigidiora, quanto minus sanguinis aut carnis habent. pituita carnium frigidissima est: dein os: cartilago: χονδροσώδεσμος, id est, vinculum cartilaginosum: postea ligamentum: proxumus est tendo: his minus friget membrana: tunica arteriarum, venarũ: hinc nervi duriores, tum molliores: spina medulla: cerebrũ: adeps, ut dicunt omnes Antiqui, referente Galeno, hinc cutis temperata. Siccissimus pilus: hinc os: cartilago: χονδροσώδεσμος: tendo: arteria: vena: nervus motui dicatus: postea cutis temperata. Humida, pituita: sanguis: pulmo (ut scribit Galenus secundo de Temperamentis) hinc viscerum substantia, quam παρεγχύμα appellabat Erasistratus, jecur, lien, renes, cor; tanto humidiores cute, quanto molliores. Cor renibus ac liene tanto siccius, quanto durius. hinc sequitur caro: demum cutis iterum.

Frigidæ partes.

Galen. 1. Temp. 19.

Siccæ partes.

Humidæ partes.

Sed dicet aliquis: Omnes corporis partes internæ calent, igitur tactus non æquus harum æstimator. Respondeo. nos ponere tactum judicem, cum ratione: quamvis

igitur illæ partes calidæ sentiantur, tamen calorem non trahunt ex sua temperie, sed aliunde. Est enim duplex in partibus calor. unus insitus & ingenitus partibus similaribus à prima conformatione, quem ἔμφυτον vocant. alter autem perenni fluxione è partibus principibus dimanat in singulas corporis partes, quem ἐπίρρυτον & prioris perfectionem appellare possumus. Nam calor partibus insitus, non præbet vitam nisi potentia, plantarum fere more; sed ad energiam ducitur ab influente calore, unde singulæ partes vivunt actu. Tactus ergo cum ratione judex esto. Quod autem talis influens spiritus insit, hac ratione convincitur: Quando traducuntur humores aliunde ad altam partem, livorem trahit & emoritur: indicium, quod aliunde influit calor, qui tunc aditu arcetur ab illa parte. idem experimur in laqueo interceptis partibus. ergo calor ille aliunde influit. cujus appulsu vita inest, quoque discedente labitur vita.

Duplex calor.

CAPUT IV.

Cujusque hominis Temperies unde deprehendatur: & unde principum partium, & totius habitus. & de

& de iis, quæ habitum sequuntur.

ITAQUE *ut cujusque hominis temperamentum exploremus; enumeranda erit partium principum temperies; & totius habitus; & ea quæ habitum comitantur: nam ex his intelligemus quo temperamento homo sit præditus. Comitatur itaque temperamentum gracilitas atque crassities. Sed videndum num ea adventitia sit, vel à natura, hoc modo: Qui calidi natura sunt, his venæ sunt amplæ. nam caloris est (ut de elementis diximus) omnia movere atque extendere. Qui autem frigidi sunt natura, tenues venas sortiuntur. Quod si igitur quis pinguis & crassus fuerit, & latas habeat venas, hic consuetudine talis est, non natura. sic si quis angustis venis tenuis fuerit, ex natura eam tenuitatem non gerit. Harum rerũ hæc ratio est: quicquid in calido sanguine pingue est, id alimentum sit calido, unde & absumitur: in frigidioribus autem servatur, donec elapsum extra venas ad frigidas membranas in adipem cogatur. Hac ratione & quæ in latibulis vivunt animalia obesa sunt: ut & fœminæ viris sunt obesiores, quia frigidiores. At natura qui temperati sunt, si mediocri*

Comitantia Temperamentũ.

Galenus 2. Tem. 9.

exercitio utantur, hos eusarcos fieri necesse est. Qui autem temperati à negotio ad otium sese conferunt, hi carnosi evadunt atque corpulenti: etenim natura nunquam est otiosa, & coctio naturæ munus est & agglutinatio, ut ius id quod jam habet conservet. Quibus utique humidum abundat, & calor non longe abest à mediocritate, hi vasta mole carnis gaudent. Si autem calor longe abeat ad frigiditatem, adipis magna luxuriat copia. Igitur ut mediocritas carnis, temperatæ naturæ est nota; ita plenior caro argumento est, quod humidum plus justo inest: etenim ex sanguinis copia nascitur caro. In quibus vero plus adipis inest, in his frigiditas dominatum obtinet, plusq; frigidi quam humidi habent; quare religiose in

2. Tem. 9. *iis secanda vena erit. Quantum denique sanguinis in carnoso illo habitu atque pleno adesse liceat, id mensura & mole adsequi non licet, ratione licet: quippe ubi nullum morbosum symptoma, crassatum corpus fatigat sanguinis copia, intra sanitatis limites est. Etenim latitudo sanitatis tanta est, quantum interest inter id quod pulchre suis muneribus fungitur, & id quod oblasam actionem obtinet.*

Totius Tēperies unde æstimanda.

Quum igitur quaque pars ingenitum sibi temperamentum habeat, ex his partibus

tibus recte dimensis, seorsumque æstimatis, & tandem in commune relatis, qua temperie homo sit explorare possumus, non ex una parte sola. Quia autem αὐτοκράτορος temperies regula aliorum est, ejus sic inibimus cognitionem. Homo temperatus animadvertitur, quod decenter sese habeãt partes ejus similares, & instrumentariæ, & illa quæ has comitantur. Partes similares tactu & visu judicantur. Tactu, in hoc homine nec calidæ, nec frigidæ, nec humidæ, nec siccæ erunt, sed quadam mediocritate manum tangentis demulcebunt, non molles, non duræ. Visus autem quod amœno quodam colore eoque vivido perfusus erit, non glaber, non hirsutus. Pili in infantia flavi; cum juvenis fuerit, nigricantes ac mediocriter crispi erunt, non gracilis, non crassus. Instrumentariæ autem partes recte se habebunt in numero, magnitudine, situ, & figura: ut inde pulcritudo quadam totius corporis concinna nascatur. Denique cognoscetur ab iis quæ comitantur has partes, nempe à facultatibus naturalibus, vitalibus & animalibus. Ab actionibus naturalibus; nam edit bibitque moderate, coquit bene assumpta, & feliciter excrementa excludit. Animalibus ab actionibus, artuum motibus sensuque cæteros antecellit. nec somnolen-

2. Tem. 1. Art. med. 51.

A Comitantibus.

nolentus, nec pervigil; prudens, humanus, & candidus. A vitalibus, nec temere audax, nec ignave timidus; non cunctator, non præceps. Talis est homo temperatus, & cuncta temperamenta cum eo collata dijudicantur. Nam crassum corpus, ad hoc relatum, dicitur crassum, pingue, durum, glabrum. hoc Polycleti statua. Quæque autem temperamenta tanto insalubriora erunt, quanto magis ab hoc homine εὐκράτῳ discesserint.

CAPUT V.

De partium principum Temperamentis. & primum de cerebri temperie, & quibus notis quæque se prodat.

HOMINIS temperiem maxime æstimabimus ex partibus principibus, unde magna pars reliquarum originem trahit ac gubernatur. Quare ex his partibus recte perpensis & seorsim æstimatis, posteaque in commune collatis, hominis temperamentum, ut quod ex his constat, deprehendemus. Dent itaque nasutiores hoc mihi, ut paululum σκιαμαχικῶ confundam physiologicis: quo usus eluceat horum minus exercitatis. Primum igitur de cerebri agemus temperie. nam omne genus ner-

nervorum & spinalis medulla inde originem trahit. Temperati cerebri hæ sunt notæ. excrementa quæ per aures, oculos, nares dimanant, naturalia sunt. Pili per infantiam subruffi, in adolescentia flavi, in juventute ad nigredinem vergunt, inter læves & exquisite crispos medii; vix calvitium sequitur. Mediocritas capitis est in magnitudine & figura, non facile ab externo incursu qualitatum læditur. Cerebri temperati notæ. Art. med. 13.

Calidi autem cerebri hæc sunt indicia. opinionum inconstantia. ingenii, sensuũ, motuumque celeritas. Somni breves & leves, parum alti. totum caput calidius rubicundiusque. oculorum venæ manifestæ. excrementa per aures, oculos, nares, palatum pauca, & cocta, quum moderate cibis indulgent; plura autem & incocta, quum liberius rerum calidarum & humidarum usu se invitarunt. odoreque aromatum læduntur, ut ex aëre calido: caput enim eorum tunc maxime succis madet, cum susque deque diæta utuntur. capilli autem primo ortu statim nascuntur. Si cerebrum valde caleat, statim nigri; sin minus, flavi, qui deinde nigri evadunt. calidarum usu rerum læditur; frigidis autem rebus externis & internis juvatur. Calidi cerebri.

Sed dicet quis, Mirum id videtur, si similia similibus gaudeant, & contraria Dubium.

traria contrariis. Respondendum, quod intemperatæ naturæ, modico contrariorũ gaudeant usu. recte autem id dicitur, quæ secundum naturam se habent, similia postulare. at facile pars, à similibus suæ intemperaturæ laditur. hinc gaudet contrariorum usu. Frigidum autem cerebrum his notis sese prodit. Inconstantia opinionum. adestque sensuum, motuum, & intellectus tarditas. Somni longi, profundi. caput nec tactu fervens, nec colore rubens, sed pallore suffusum. Pili diu à nativitate oriuntur tenues, exigui incrementi, plani, ruffi, & stabiles: hoc est, qui calvitiem non trahunt, sed canitiem. Venæ in capite obscuræ latent. A frigidis rebus offenditur; à modice calidis juvatur; nam valde calida liquant humores in cerebro contentos, inde cerebrum fatigatur catarrhis. Sicci autem cerebri hæc sunt signa. firma & stabilis hujus est essentia; unde difficile discunt. memoria fida, sensuum integritas, motuum promptitudo, vigiliæ frequentes. unde & in eis gracile caput & siccum apparet. capitis excrementa exigua. capilli celerrime à nativitate luxuriant, robusti, crispi. calvities cito succedit. à siccis laduntur, humidis juvantur. Humidum cerebrum fluidum est. hinc facile discunt, at infida memoria. sensus turbu-

Frigidi cerebri.

Sicci cerebri.

Humidi cerebri.

turbulenti, quasi sopiti. motus tardi somnus multus ac profundus. caput tumidum ac obesum apparet, excrementa prodeunt uberrima à capite. capilli læves, planicanities, non calvitium sequitur. juvantur siccis, læduntur humidis.

Calidum & siccum cerebrum his signis animadvertitur. Calidi & sicci cerebri. sensus sunt exquisiti. vigilia plurima. talis cerebri videtur fuisse Mæcenas, qui quum perpetua febre laboraret, ut scribit Plinius, ei triennio nullo horæ momento contigit somnus. Adest præterea capitis calor. facies ad ætatis vigorem rubicundior. excrementa ex auribus, oculis, naribus, palato nulla. Pili primo ortu nascuntur crispi & nigri. Sed dices, Si nigredo nascatur ex fuliginum adustione, quo modo Italæ mulieres lotas aqua forti comas, vel suffitas nidore sulphureo, Soli exponunt quo candescant? Si itaque Sol in alborem foris abducit pilum, cur & calor intus non dealbat fuliginem? Respondeo, Non agit internus calor in separatam fuliginem, sed permixtam madori. Sed Sol excludit à pilo fuligines, & aër intrat. Calidum & humidum cerebrum his notis agnoscitur. color & calor faciei bonus erit. oculi sunt calidiores, cum venis in ipsis oculis amplis. excrementa copiosa, mediocriter cocta. capilli

7. Lib. 52. Dubium.

Calidi & humidi cerebri.

pilli plani, subflavi. calvitiem non sentiunt. à calidis gravantur. Si accedat usus humectantium, uberrimam excrementorum copiam mox profundunt. Si autem cerebrum longe calidius atque humidius fuerit, visus erit turbulentus; quasi mente perculsi oculos circumrotant vagos. sensus cuncti parum accurati. somnus vigiliis interceptus, plenus imaginũ: nam, ut dicit Galenus, ἅμα τι κωφωτάδες εἰσὶ καὶ ἄγρυπνοι. *male id vertunt interpretes, Gravi somno tentantur, & vigilant: id non est possibile, sed inclinationem habent ad somnum, & vigilant. His quoque adest excrementorum copia. Bellum huic temperamento indixit rerum calidarum & humidarum usus, & Auster; nam, ut scribit Hippocrates, Auster caput gravat. frigida autem & sicca amica sunt, ut Aquilo, qui, ut scribit Hippocrates, corpora solida facit, & ad motum expedita, & boni coloris. tale autem cerebrum multis morbis est obnoxium. Si vero cerebrum longe calidius fuerit, parcius autem humidum, insignia erunt caloris signa, quibus se jungent obscura quadam humiditatis nota. Sin autem humiditas uberior fuerit, manifesta erunt nota humiditatis, parcius calor sui indicium dabit. Hac ratione omnes compositæ intemperaturæ exami-*

Art. med. 39.

3. Aph. 17.

examinanda veniunt. Cerebri autem sicci & frigidi hæ notæ erunt. sensus in juventute accurati, qui posteà marcescũt: accurati autem sunt propter calorem nativum qui tunc emicat: eadem ratione qua fugatur Epilepsia ætatis mutatione, ut scribit Hippocrates. quæ circa caput celerius senescunt. unde Cato Censorius apud Plinium dicebat, juvenilem senectam maturæ mortis indicium esse. frigidum sentitur caput, & decolor apparet. oculorum venæ delitescunt. excrementa inconstanter vacuantur; modo enim levissima habent capita; modo minima de causa fatigantur catarrhis. capilli in lucem editis vix enascuntur, ruffi progressu ætatis si siccitas frigiditatem vicerit, calvescunt; si frigiditas, canescunt. læduntur ab incursu rerum frigidarum.

Frigidi & sicci cerebri.

2. Aph. 45. & 5. aph. 7. Lib. 7. cap. 51.

Frigidum & humidum cerebrum his notis exploratur. sensus sunt obtusi & tardi. somnus altus. capillorum canities, non calvitium. catarrhis obnoxium est.

Frigidi & humidi cerebri.

CAPUT

CAPUT VI.

De Pulmonum temperie, Oculorum, Cordis, Iecoris, Genitalium, Ventriculi, & habitus corporis.

PULMONIS *temperies ita animadvertitur. siccus si sit, excrementis vacat. vocem claram efficit. si humidus fuerit, vocem edit raucam & obscuram: & qui humidos habent pulmones, quum vehementius loquuntur, aut acutius, impeditur expectoratio.*

Iam ad Cor veniendum esset, ni caelestis illa oculorum vis hic nos sisteret; quare horum temperiem dicamus. Oculos temperatos denotat: elegans concinnaque magnitudo, vel parvitas; utraque cum visu accurato: etenim parvitas à pauca materia, magnitudo à multa materia profecta fuit. quia autem concinna adest figura, à virtute formatrice robusta ac vegeta formatos esse denotat. quemadmodum magnitudo vel parvitas cum hebeti visu, multam materiam vel paucam à formatrice male temperatam testatur. At qui calidiores sunt oculi, in his calor manifeste apparet. item motus facilus, & creber. oculi vagi. vena lata. Frigidio-

Oculi temporati.

Oculi calidi.

res

res utique omnia contraria obtinent. Sic-
ciores duri apparent & sicci. excremento-
rum paucitas adest & crassities. Humidi
apparent molles cum multo madore, & te-
nuis humoris copia. Sed quidnam cæsios
oculos, quos Graci γλαυκὸς appellant, effi-
cit? Respondet Galenus, humoris crystal-
lini amplitudo, splendor exquisitus, & si-
tus eminentior: præterea paucitas puri-
tasque humoris aquei qui ad pupillam si-
tus est. Et quid oculos reddit nigros? Re-
spondeo, his contraria, nempe crystallini
humoris paucitas, splendor ejus non aque
fulgens; situs profunditas, copiaque vel
impuritas humoris aquosi. Si ergo omnes
priores causæ adfuerint, maxume cæsius
redditur: si posteriores, nigerrimus erit
color: si quædam adsint, quædam desint,
major & minor fiet glaucedo, & nigri o-
culi pro illarum numero & viribus. Sic
medii oculi, mediis causis id acceptum re-
ferunt.

Glauci unde oculi.

Nigri oculi unde.

Corporis totius temperamentum, cordis
atque jecoris naturam sequitur. etenim
alimentum musculi atque partes extre-
mæ à jecore habent: è corde spiritum &
calorem sumunt. unde & harum partium
naturam redolent. Dico, Corporis totius
temperamentum cordis atque jecoris na-
turam fere imitatur; etenim substantia

muſculorum à jecore alimentum, à corde ſpiritum caloremque ſumit. Cum igitur ex his quodammodo conſtent, eorum conditionem & naturam omnino redolebunt. Sentiendi etiam & movendi vis, nequit ſine cordis œconomia integra perdurare: & totum corporis theatrum pervadit & vegetat cor. Quare ejus temperiem perveſtigemus.

Cordis tẽperaturæ. Cordis calidi.

Cordis igitur calidioris alia ſigna ſunt quæ perpetuo eveniunt; alia quæ non ſemper, ſed magna ex parte adſunt. Propria quæ ſemper eveniunt ſunt, pulſus frequens atque velox; reſpiratio magna; animus amplus & excelſus, præſens, & acer. Et ſi calor multum exuperet, præceps tunc iracundia adeſt & temeritas; natura ad actiones prompta; thorax hiſpidus, necnon partes hypochondriis vicinæ, thorax latus, cum parvo capite. Nam thoracis amplitudo quandoque ſequitur calorem cordis, quandoque magnitudinem cerebri, quamvis non adſit cordis calor; nam cerebri magnitudinem ſequitur cranii amplitudo, cranium ſequuntur vertebræ, has imitantur amplitudine coſtæ. Si ergo cum capite parvo vel mediocri jungitur thoracis amplitudo, indicio erit, cor calere. At ſi thorax capiti reſpondet, ut ſcilicet amplior thorax ſe jungat

Minus propria ſignæ quæ magna ex parte contingũt.

cum

cum magno capite, tunc inde temperiem cordis non licet colligere; verum tunc alia signa, quæ calorem cordis indicant, pervestiganda sunt, his quæ ab amplitudine thoracis ducuntur neglectis. Indicia autem quæ magna solum ex parte eveniunt, sunt: Vniversum corpus calidum, ni jecoris frigus revocet, quod ex venarum tenuitate apparebit. Cor autem frigidum sua quoque habet signa propria, & ea quoque quæ non semper eveniunt. Propria, ut pulsus minores, non tamen necessario tardiores aut rariores. respiratio pulsui respondet; si thorax tanto minor fuerit, quanto cor frigidius. sin autem major est quam frigoris portio requirat, respiratio non solum minor erit, verum etiam tardior ac rarior. animus humilis ac demissus. timiditas. pectus labrum. thorax exiguus, cum magno capite. Non semper utique eveniunt sed sape, corpus totum frigidum, ni calor hepatis frigus arceat. thorax parvus, nisi cerebrum omnino caleat. Cordis siccioris notæ sunt: pulsus durus. ira non facilis, sed quæ ægre pacari potest. universus habitus siccior, ni hepatis humiditas revocet. Humidius cor indicant: pulsus mollis. mores ad iram proclives, sed quæ facile mitescat. corporis habitus humidior,

Cordis frigidi.

Cordis siccioris.

Cordis humidi.

Cordis calidi & ſicci.

dior, ni refragetur hepatis ſiccitas. Cordis vero calidi & ſicci hæ ſunt notæ: pulſus magnus & frequens, celer; multo autem velocior & vehementior, ſi thorax, ad analogiam caloris cordis, non ſit auctior. animus præceps ad iram. mores feri, ad furorem proclives, qui ægre pacantur. Pectus omnium maxime hirſutum. tale cor

Plin. lib. 11, cap. 37.

videtur fuiſſe Ariſtomenis Meſſenii, quod Athenienſes ob eximiam calliditatem exectum, pilis refertum invenerunt, quũ eum aliquando captum & elapſum aſtu

Cordis calidi & humidi.

cepiſſent. Cordis quidem calidi & humidi notæ ſunt hæ: pulſus magnus, velox, frequens, mollis: verum arteriæ ſubmiſſio quæ συστολὴ dicitur, eſt celerior quam elevatio quæ διαστολὴ dicitur. Reſpiratio pulſui ſimilis eſt, ſi thorax pro cordis analogia ſit expanſus: ſin minor extiterit, tanto velocior & frequentior erit, quanto thorax minor extiterit, reſarcit enim frequentia ſua magnitudinem: ut Aſcanius ſequitur patrem non paſſibus æquis. Minus hirſuti, quam calidi & ſicci corde: expediti, animus placidior. Morbis hi ſunt obnoxii putridis, maxime ſi exſuperet humiditas. Cordis vero frigidi & ſicci

Cordis frigidi ſicci.

hæ ſunt notæ: pulſus duri, parvi, inſpiratio moderata atque parva, ſi amplitudo pectoris frigori reſpondeat. maxime

omnium

mnium glabri sunt in pectore. Si vero najor thorax, tardum & rarũ respirant, nimus minime in iram praceps, iram tamen diu retinet semel conceptam. nudum is omnium maxime pilis pectus. Qui tique frigido atque humido sunt corde, llis pulsus adest mollis. pectus glabrum. nimus minime excelsus atque acer. ad racundiam prompti, quam facile depount. timidus, & piger.

Cordis frigidi & humidi.

Iecoris calidioris signa sunt: calidior anguis, eoque fervens totum corpus, nisi rigus ipsius cordis temperarit fervorem epatis. Bilis flava in juventute, hinc stim atra. vena totius corporis amplæ. enter & hypochondria hirsuta. Iecur rigidius, indicat sanguis ac totius corpois habitus frigidior, nisi ferveat cor, ac btundat frigus. pituitæ copia. venæ graēles. venter & hypochondria glabra. Ieur siccum indicat: sanguis parcior, crasorque. & habitus corporis siccus. venæ uræ, quia referunt ideam hepatis undeimanarunt. Hic humor cordis, jecoris ccitatem ad humorem traducere nequit. ecur humidius ostendunt: sanguis coōsior & humidior. totum corpus humieus. nisi cor renitatur, venæ sunt molores. Iecur calidum & siccum indicant: nguis crassior, & siccior, parciorque totum-

Iecoris temperaturæ. Calidi notæ.

Iecoris frigidi.

Iecoris sicci.

Iecoris humidi.

Iecoris calidi & sicci.

totumque corpus siccum. Bilis flava copiosa, in ætatis vigore atra. vena lata & dura. hypochondria & venter hispidus.

Iecoris calidi & humidi. Iecur calidum & humidum indicant. sanguis abundantior. totum corpus calidius & humidius, nisi cor obstiterit. vena ampla. hypochondria hirta, minus tamen quàm in calido & sicco. Si superat humor, putredini obnoxium redditur: si calor, parcius ægrotabit.

Iecoris frigidi & sicci. Iecur frigidum & siccum his signis: sanguis paucus. totum corpus frigidius & siccius, nisi refranet vis cordis contraria. vena angusta. hypochondria glabra.

Iec. frig. & hum. Iecur frigidum & humidum ita indicatur: sanguis pituitosus. totiusque corporis habitus eo vergens, nisi cor obstiterit. vena parva & tenues. hypochondria glabra. Quum autem conspirant hæ duæ partes, nempe Cor & Iecur, in unum temperamentum, totum corpus hanc ideam exprimet, ac sequetur harum partium vim.

Genitaliũ partium temperaturæ. Calidarum. Frigidarũ. Genitalium partium calidarum nota est, ad venerem impetus. fœcunditas, præcipue in masculis gignendis. pubes illis celerrime nascitur. Frigidieres, contrariæ notæ indicant. Humidiores indicant, semen largum & humidum. Siccæ, parum & modice crassum semen. hæ sunt notæ

Cõpositæ. simplicium. Calidiores & sicciores; statim

im postquam ex ephebis excesserunt, ad venerem proni. pimaque adolescentia hirsiunt, eduntque vocem graviorem. ac rotinus venere satiantur; si venerem coant, offenduntur. semen illis crassum & fœcundum. partes ad umbilicum usque pissida. natura illis omnino petulca. Calida & humida partes, his patent è notis. moderate venerem affectant: liberiore jus usu non laduntur admodum. semine bundant. Loca minus hirsuta quam cadis & siccis. Frigidis autem & humidis artibus: non proni ad concubitum, sed arde exercent rem veneream. semen tenue, aquosum, infœcundum; vel saltem œmellas generant. partes glabra sunt. Frigida & sicca partes his notis innotescunt: semen paucum, crassum, cætera prælicta temperiei similia.

Ventriculus calidus: deterius appetit, fundendo humores illarum venarum quæ lvum rigant, laxando quoque membra olida. difficilia coctu facilius coquit, ut ubulam carnem; nam facilia in eo corumpuntur. ructus edit nidorosos. cibo otuq; gaudet calido, modico frigidorum su non gravatur. calidorum foris admorum usu laditur, nec perfert. Ventriculus frigidus, vehementius appetit, exitato suctionis quasi sensu: negligentius

Ventriculi temperaturæ. Calidi.

Frigidi.

mitigat, maxume si ingestus cibus frigidus coctuque difficilis fuerit. ructus edit acidos. alioqui cibo & potu frigido delectatur; immoderato autem ejus usu offenditur. & ab externis admotis remediis frigidis laditur statim. Sed dices, Senes alvo frigent, minus tamen appetunt. Respondeo, fessa & effœta membra minus sentiunt suctionem quæ fit in stomacho; vel non adest ab exhausto inedia in denso senilique corpore: Nam fames est sensatio suctionis: censor famis ventriculus, quia ei nil concedit ulterius membrum.

Sicci. *Siccus ventriculus his notis innotescit: sitis frequens, quæ modico potu sedatur, plurimo gravatur. Fluctuationibus turbatur, & supernatat in eo quod abundat. cibis siccis delectatur; quia naturæ*

Humidi. *cuique temperies sua est sanitas. Humidum ventriculum his signis nosces. nulla sitis vexat: humorem largum facile tolerat. humidis delectatur. Composita tem-*

Composita temperies. *peries ventriculi ex simplicibus cognoscuntur. ut calida & sicca temperies ex*

Sitis triplex focus. *siti animadvertitur. Verum noscendum, num sitis illa proficiscatur à ventriculo; aut ortum trahat à pulmonibus, an ab hepate. Nam quæ à ventriculi vel jecoris calore orta est, eam hypochondriorum calor prodit, sedatque eam potissimum frigida po-*

la potus, inſpiratus autem aër non ju-
vat: qua vero à pulmonis cordisque in-
emperie profecta eſt, æſtuans ſpiratio &
nga exſpiratio hanc prodit, ac levat
anc aër frigidus hauſtus. potus frigidus
am juvat, non tamen ſtatim ſedat. At
uod ventriculus cibos interdum ex im- Ventriculi afflictio aliunde.
ecillitate non poſſit concoquere, id non
olum ex ejus intemperie ſolet evenire,
d & ex ſucci aliunde influentis vitio.
liis enim ex capite pituita decidua eſt,
c in ventriculum præcipitatur. aliis à
core in ventriculum bilis influit. Agno-
itur vitium, ſi ab igneo ventriculi ca-
re & ſiccitate ſit, tunc caro bubula &
eilla melius mitigatur, quam piſces ſa-
atiles: levior enim & tenellulus cibus
is, vi caloris, in bilem abit, non aliter
uam mel amarum redditur nimia co-
ione. At quæ à jecore refunditur bilis,
ava eſt ac pallida; quæ à ventriculo ori-
ur, porracei eſt omnino coloris. Pituita
utem quæ à capite defluit, ſeſe prodit,
tarrhis frequentibus, ac capitis do-
re.

Hactenus de partium principum tem-
rie: quam ita æſtimetis velim; Partes
uasque non ad alias collatas nos calidas
rigidas ve appellare, ſed ad ſeipſas, hoc
ad eam partem quæ inter ipſas mode-

rata est collatam. Quamvis enim alicui cor frigidius procreatum fuit, multo tamen id ardentius est cerebro calidissimo.

Habitus corporis temperies.

Totius corporis habitus constat ex partibus oculis expositis; nempe cute & musculis, qui ossa cingunt. sequiturque maxima ex parte cordis atque jecoris naturam. Ea tamen lege inspicietur hic corporis habitus, ut ne quid delinquant externa. nam si quis sub sole torrido æstate media versatus fuerit, pervertet ille notas quæ à colore, duritie, atque mollitie ducuntur. nec more puellarum, vitam umbratilem sectetur, in otio versans; nam ita candidiorem cutem induet. Idem judicium de aliis rebus non naturalibus esto.

Habitus corporis cõperatus.

Deprehendetur temperatus habitus his notis. color non albus, non ruber; cutis equidem ex semine fabricata fuit, unde & ideam seminis gerit. semine igitur probe mitigato, candida cutis redditur. rubet autem ex sanguine, commercio hepatis recte elaborato; nam eo alitur. refert ergo colorem floridum ex commercio hepatis, eoque faciem suffundit. Vbi igitur purus sanguis cum candida cute jungitur, venustissimo splendescit colore facies; pili sunt flavi. Sed dicet quis: Galenus, nigricant modice hi, inquit. Respondeo: Plinius libro primo, capite sexagesime,

2. Temp. 11

ſimo, hoc ita explicat, magis flavent in
ueritia quam nigricent, at magis in ju-
ventute nigricant. adeſt optimus habitus
arnis in qualitate & quantitate, omnia
nediocria habet, non hiſpidus, non mollis,
nediocriter criſpus. Habitus calore ex- Calidus.
ellens, ſiccitate & humiditate mediocri-
atem attingente, colore rubet; tactu ca-
et. adipis minus quam carnis habet. ob
alorem, venas habet amplas. hirſutus
ſt. capillis nigris. Frigidi autem habitus Frigidus.
orporis, tactu friget, facile frigus ſentit;
gre incaleſcit. capilli rufi. frigus valde
xcedit, cutis plumbeo colore liveſcit.
deps eſt moderata. pilorum adeſt inopia,
el rari ſunt & plani. Qui autem ſicco Siccus.
unt corporis habitu, illorum corpus ſiccũ
entitur, durum, & gracile. Qui vero
umido ſunt habitu, illi carnoſi magis Humidus.
unt & molliores quam temperati. Plinius,
ecundi libri ſeptuageſimo octavo inquit:
Corporum proceritas in Æthiopia, & pla-
a glaciali, illic ignium niſu, hic humoris
limento. Calidus & ſiccus corporis habi- Compoſi-
us, tactu percipitur calidus, ſiccus, & du- tæ tempe-
us, gracilis, & hirſutus. capilli nigri. ries.
inguedine caret. Si calor exæſtuat, color
uoque cuti adeſt niger. Calidi & humi- Calidus &
li habitu, corpore ſunt calidiore, magisq; humidus.
arnoſo & molliore quam temperati. Si

autem calor plus quam humidum mediocritatem superet, paulo molliores erunt, quam illi qui temperatum habent habitum, & carnosiores aliquantulum, verum magis erunt habitu hirsuto, adipisq; experte. pilis nigris. Quod si humor copiosus fuerit, calor autem modice excellat: corpus quidem paulo calidius hirsutiusq;, multo vero carnosius & mollius existet, putridisque morbis undique tentabitur; etenim humor facile vitium contrahit.

Dubium. *Sed dices, Graci mortuos ἀλίζωντας vocant, quod μηδέπω ἁλίσθαι, id est, nihil humecti in se habeant: nam ortus nostri principium calidum & humidum est: quare vivaces erunt ab hac temperie. Respondeo. Cum humidum est pingue, lentum, ac copiosum, ad multum tempus calori sufficit. Ita, inter insecta, apes vivaces sunt: nam harum dulce humidum lentore restagnat, nec facile tenues evanescit in auras: continetur enim à calore aptum calori pabulum. Aquatilia vero, tenuis humidi copia brevis vitæ sunt. Tales hi sunt de quibus loquitur Avicenna prim. 4. tract. 2. cap. 8. Quidam, inquit, homines carnosi, inediæ impatientes sunt: nam dissolvuntur, quia eorum humidum, aqueum est instar piscium. Contra auri humidum adeo est glutinosum, ut nec igne minuæ-*

minuatur. Ita plantæ oleaceæ resinamque sudantes, pingui succo rigatæ, vivaciores sunt. Superare itaque calor humiditatem debet: si contrarium evenerit, putredine fatiscent facillime. color illis ex albo & rubro miscetur.

Frigidi & humidi habitu corporis albescunt. Si frigus majus fuerit, livescunt. capillus rufus. glabritas partibus adest. Frigidus & humidus.

Frigidi & sicci habitu. corpus illorum tactu frigidum & durum: & quamvis gratiles sint, pinguedo per carnes spargitur. glabri sunt. Vt autem qualitas vincit, ita ampliora ejus erunt indicia. Frigid. & siccus.

Noscentur autem qui ex ætatis decursu evasere frigidiores & sicciores: etenim corpus habent durum, gracile; in quo atra bilis abundat, eoque nigrum & hirtum apparet, si juventa calida & sicca præcesserit. Ab ætate sicci qui, & frigidi, ut deprehendas.

In hominibus est temperaturæ frigidæ & raræ indicium commune, si corpus facile refrigeretur: calidæ autem & densæ, si difficile: rursus siccæ, si à siccantibus lædatur, aridumque & ad motum difficile reddatur. Præterea animadvertendum, num illa crassities quæ percipitur, ex subjectorum ossium amplitudine oriatur, vel num adsit congestio quædam succorum nutritioni dicatorum. Notandū.

CAPUT VII.

Temperamentum ingenitum ex multis causis mutari: & ex quibus.

2. Temp. 15. HIPPOCRATES, *ut monet Galenus, dicit, spectandum esse ad temperamenta recte dignoscenda, ex quibus in quæ sint facta mutationes. Fit enim non raro, ut præsens nota prioris temperamenti sit, non illius quod nunc est. Vt si quis annos natus sexaginta denso pilo fuerit, non inde calidus jam esse censebitur, sed quod talis fuerit. consistunt enim pili antea geniti, modo herbarum vere enatarum, quæ nonnunquam æstate perseverant. Nam, si valentem habeant originem à primo ortu, perennant, ritu earum herbarum quæ radices in terram valentes egerunt. Igitur videndum ex quibus in quæ facta sint mutationes. etenim humanum corpus omnium injuriis expositum est, unde & assiduo harum appulsu mutationibus redditur obnoxium. Inde & Hippocrates recte dixit; qualis aër, talis spiritus: quales spiritus, tales humores: quales humores, tales partes solidæ; & tale totum corpus. Vbi ergo spiritus nostri corporis incalescunt vehementius*

ius, ut à vini liberaliore potu, usu cali-
lorum esculentorum ac poculentorum,
ensim afficit humores: hinc calor ad soli-
las partes prorepit, unde & humores à
ristino statu dimoti, obtritis frigidorum
lementorum portiunculis ac ad calorem
romotis, aliam induunt temperamenti
ormam, pristina spoliata. Vt si sanguis
rimum dominium obtinuerit in conge-
itis humoribus, jam æstu torrefactus in
ilem abeat, bilisque nimia torrefactione
n melancholiam. Vnde Hippocrates scri-
sit: Quibus juvenibus profusior est 2. Aph. 20.
lvus, iis senescentibus contrahitur: &
uibus in adolescentia fuit astricta, a se-
ecta ætate solvitur. *Quod tunc bilis mi-*
ior pituitescat; & vetus alvi infirmitas
b æstu, temperamenti mutatione sane-
ur. Attamen congenitum temperamen-
um, quod nobis ex congenerantibus hu-
oribus, qui in semine erant, agnatũ est,
lane mutari nequit: in partibus enim
olidis vis temperamenti fovetur: (hoc
enuinum temperamentum:) quæ solidæ
artes ex semine ortum ducunt. Quare
uamvis victus consuetudine & ætatis
utatione ab aliis postgenitis humoribus
lio impellatur genuinum hoc tempera-
nentum, ad pristinum tamen tempera-
nenti modum returret data occasione;

sunt enim illæ partes firmissimis fibris intercepta, quibus plurimum inest virium & stabilimenti, ut pristinam suam naturam perpetuo redoleant. Affici ergo potest à genitis humoribus, at integre mutari nequit. Mutantur autem geniti humores, ut sanguis, pituita aliique humores, & inde nata caro, (quæ, & vi avulsa, generatorum humorum vi revocatur,) ex ætatis mutatione, & rerum quæ ingeruntur ac externarum appulsu, quæ ad aliam temperiem traducunt humores genitos, qui & aliquo modo afficiunt ingenitum temperamentum. Verum solidæ partes, quæ ex humoribus congenerantibus, hoc est, qui semini inerant, ortum ducunt (ex quibus genuina temperies constat) abscissæ semel, nulla arte revocantur. Attamen impulsu humorum postgenitorum aliquantulum à genio pristino deflectunt. Hippocrates utrumque temperamentum exprimit, adscititiũ & agnatum: Minus, *inquit*, periculosè ægrotant, quorum naturæ, vel ætati, vel habitui congener est morbus, quam quibus earum rerum exceptione, non est congener. *Galenus in commentario, sensum Hippocratis esse inquit, quod minus ab iis morbis periclitentur, qui familiares sunt primæ temperationi, & præsenti*

2. Aph. 55. Agnatum, id est, permanens, ex solidarum temperie. Ascititiũ, ex humoribus carneq; mutationi obnoxia.

tem-

temperamento, quod est ab ætatis mutatione, esculentis, poculentis, exercitio, vel parte anni. vocatque Galenus hanc, adventitiam naturam. quare pristinum temperamentum manet, quamvis à contactu congenitorum humorum affectum: non tamen adeo mutatum, quin ad se redeat data occasione.

A multis autem quæ nos ambiunt, & nos perpetuo comitantur, geniti humores, ut sanguis, & caro, atque habitus totus mutantur. Etenim quamvis externus hostis abesset, qui nos concuteret atque lacesseret, intus tamen interitus atque senii causam gerimus, calorem nativum; qui à primo ortu mitis, nullaque acrimonia feriens: At progrediente ætate, non mo- Ætas.
dica portione in accretionem profusa, siccescunt membra, consumto humido à calore: quo confecto, restinguitur & ipse calor. Hæc nostra intestina calamitas, quã nulla ars sistere potest. Dum enim calor jucundi fruitur commercio humidi, avide id absumit; quo labente, & ipse calor extabescit, suo defraudatus genio; humidum enim conficiens, seipsum diripit atque vastat. Quare nobiscum gerimus nostri interitus causam: etenim idem calor in nobis & vitæ & mortis auctor est; vitæ quidem per se; mortis autem ex eventu. nam

quum noſtrum vivere nihil aliud ſit quã ſeneſcere, exhauſto calore atque humido, extrema ſiccitas inducitur; unde & calor evaneſcit in auras. Illuc autem dum ſe provehit calor, huc & illuc, qua & qua variis mutationibus traducitur corpus. Hos vero naturæ curriculos ætates appellamus, quæ maxume temperiem invertere poſſunt, calore nativo abſumente humidum. quæ conſumtio ſi ſiſti poſſet, perpetuari & non finiendis ætatibus ſuſtentari poſſet animal. Pueri itaque in primo vitæ ingreſſu, utpote principiis ſuis proxumi, nempe ſemini & ſanguini menſtruo, humidis fluxuque rebus, multum habent humidi ſpermatici primigenii, perfuſi calore & ſpiritu vitali. Eſt enim conſentaneum, ut id quod augetur humidiſſimum ſit, quo non ſolum materia diſſipata reſtauretur, ſed quæ prius extiterat connaturalis materiæ acceſſione augeſcat. Argumenta humoris ſunt, undiq; ſequacia membra ad omnem flexum quocunque ducas. Quanto ergo ortui vicinior, tanto humidior; quanto ſenior, tanto tabidior, atque exſuccus redditur. Vnde & medio ambitu ætatis, ſicci & humidi medium obtinebit. Cæterum cum id quod in lucem à Deo datum eſt, creſcere debeat atque augeri: cumque caloris ſit omnia movere;

Pueri.

igitur

gitur quo ortui viciniora, eo magis calo-
e perfundentur: quare in pueris calidum Calidum nativum.
nnatum abundat. Voco autem calorem
ativum, eam ſubſtantiam quam à primo
rtu ſortiti ſumus abunde calidam & hu-
nidam, cujus ὕπαρξις ſemen eſt. quem ca-
orem vocat Hippocrates animam; eſtque 6. Epid. ſect. 5.
anto uberior, quanto calidior & humi- aph. 5.
dior fuerit in pueris. Sed dicet aliquis. Dubium.
Juvenes tactu calidiores percipiuntur,
gitur non pueri. Reſpondeo breviter: Puer
juvene non eſt calidior, ſed calore nativo
ſt calidior. etenim, ut diximus, ſumme
alida & humida eſt ſubſtantia caloris na-
tivi: ſubſtantiæ ergo copia & ubertate
tum metimur, non qualitatis exuperan-
tia; quia nativus non eſt cujus bonam
partem nacti ſunt juvenes. Eſt igitur in-
fanti plurimus nativus calor, isque blan-
dus: juveni autem plurimum periit, ac
acredinem habet: ita ut pueri ubertate
ſubſtantia excellant, juvenis acredine
& qualitate inſtar febrientium: nec enim
eo filo fungitur natura muniis ut in pue-
ris. ubertate copia itaque metimur hoc ca-
lidum: quod non qualitas mera, ſed ſub-
ſtantia eſt, ut ſcripſit Theophraſtus libro
De calido & frigido. Prima itaque ætas Adoleſ-
adoleſcentia dicta, quod ob humidi nati- centia.
vi ubertatem adoleſcat, uſque ad annum
fere

fere viceſimum quintum producitur. In hoc autem adoleſcentiæ ambitu hæc ſeries tenebitur: infantia ad ſeptimum: pueritia ad decimum annum: hinc ad decimum octavum pubertas excurrit. Adoleſcentia, totius ambitus nomen obtinens, ad viceſimum quintum annum. Secunda ætas dicitur Iuventus; evagatur ad quadrageſimum annum. huic virilis maſculusque animus proprius eſt. calida ea eſt & parce humida: cum adoleſcentia æſtimata, calida & ſicca, etenim humidum premigenium parcius obtinet. Hæc ætas inter utramque ætatem nutat, nec ut puerilis madet, nec ut ſenectus ſiccitate arida eſt. tantum humoris conſumſit, nihil ut incremento ſuperſit. Tertia ætas conſtans eſt & matura, vix quinquageſimum annum attingens. illa temperata eſt. Quarta ætas præcipitata & ingraveſcens ad annum ſexageſimum quintum: quæ prima ſenectus dicitur. Hæc ſiccum & frigidum corpus reddit: frigidum tamen minus. Tandem eſt ætas decrepita frigida & ſicca, vitam claudens. Ita ad ſummum ætatis florem ut caloris acrimonia accrevit, ita ſenſim collabitur & marceſcit, dum extremo ſenio exeſo humido primigenio contabeſcat. Ætatis autem cujuſvis tem-

emperamentum ita accipiemus, ut cum
emperata ætate conferatur: ea est pue-
ilis. Quum itaque ætatum temperiem
leſcribimus, videndum cum quibus eas
omparemus. etenim nulla ætas, abſolu-
o ſermone, eſt calida & ſicca: nam ca-
oris vehiculum eſt humiditas primige-
nia; quare in ſicco non habitat. Qui
gitur puer ſiccus & calidus inter pueros
uit, ille quoque inter ſenes calidus &
iccus erit: ſi tamen ad ſuæ ætatis decur-
ſum referatur, pueritia illius calida &
umida fuit, juventus calida & ſicca.

I. HEURNII
INSTITUTIONUM MEDICINÆ

LIBER III.

DE FACULTATIBUS EARUMQUE FUNCTIONIBUS, Spiritibus & innato Calido.

CAPUT I.

Quid Anima, Natura, Calidum nativum: Spiritus quid, & ejus vis. Quid Facultas & Opera.

IAM *facultates & vires, quæ partibus à temperamento vel aliunde inserta sunt, explicandæ, & earum historia enarranda est, ut commode ad morborum dignotionem venire possimus. Cum igitur medicina non in solius corporis, sed hominis, qui ex animo & corpore constat, cognitione versetur, & cum temperies corporis à nobis enarrata sit, jam animi ejusque virium contemplatio nobis adeunda est.*

Anima. *Abstrusa profecto nimis, sensibusque abdi-*

abdita animi essentia est. quare solis operibus proditam mens nostra eam videt, ac ejus naturam pervestigare potest. etenim natura nostri corporis architectrix, id summa quadam & admiranda arte machinata est, ut amplissimo annorum spatio opus suum illabefactatum persisteret: imo si materia fatum id concederet, immortale opus suum sisteret. hinc vires quasdam & facultates corporibus indidit, quibus condita animantia possent perdurare. Ni enim hæ facultates inessent, ne temporis quidem momento durare animalia possent. Eo factum, ut partes quæque suis facultatibus insignitæ, totũ servent suis actionibus & operibus quibus totum tuerere nequit. Opera ea vocare solet Galenus quę jam per aliquam actionem finita sunt: *ut stirps surgens ex semine, aut fœtus vi procreatricis & formatricis absolutus.* Actionem vero vocat, activum ipsum motum quo opus perficitur. *Cum autem singula opera ab aliqua proficiscantur actione, actionem certe facultas aliqua præcedere debet à qua fiat. ut enim operis cujusque causa est actio; ita & actionis causa est facultas aliqua. etenim nihil sine eo quod operandi vim habet perfici potest. Quare omnium actionum quas quotidie obimus, aliqua causa esse*

Opera. 1. Nat. fac.

Actiones.

esse debet. At qua sit causa unde hæ prædeant, obscurum est. Omnes, dicit Galenus, animam esse fatentur: sed qua sit ejus substantia, nescitur. Id scimus, dicit, cuncta corpora genita ex quatuor elementorum mixtione ortum ducere: unde & anima, quamvis commigret in hæc corpora, illorum naturis obnoxia est: in immensa enim intemperie, fugit è corpore animus: at integra temperie, anima non exuetur corpus. Quare, dicit Galenus, cognitio ejus non est necessaria. Respondemus Galeno, temperiem causam esse, sine qua anima non proferat sua munera, sed totam vim in anima esse. Vnde doctissimi viri, Animam definierunt, causam esse primam omnium munerum & actionum corporis nostri: idemque fere esse quod Natura: quam definiunt esse causam primam quæ nos efformavit atque conservat, quæ perpetuo operi suo insidens, facultates cunctas ad actiones concitat, propria earum auctor.

Lib. de substantia fac. nat.

Anima quid.

Natura.

Quando natura substantiam indagamus, vis & potentia caloris nativi prima sese commonstrat. est enim, ut dicit Galenus, calor nativus substantia facultatũ nostri corporis; aut saltem primum & necessarium instrumentum ipsarum. Quare Calorem innatum vivifico spiritu perfusum,

2. ad Glauc. 2. Calidum nativum.

usum, Naturam vocamus: *is enim a-*
nimal ab initio conformavit, auxit, &
nutrivit. Tria ergo absolvere videntur
naturam atque complecti simul; id est, in
una substantia nativi caloris, qui natura
dicitur, insunt humidum primigenium,
spiritus & calor: omnia uno ortu ex se-
mine producta. unde & natura hyparxis
in semine consistit. Quare quum partes
solida sola ex semine ortum ducant, his
natura valida inerit, ac inde ad carnes
natura manabit. Cuique parti similari
suus calor nativus inest: ut in osse est alia
temperamenti lex quam in nervo, ita &
caloris nativi: hinc nec os nervum, nec
nervus os gignere possunt: nam sua cuiq;
parti proprietas insidet, & innatus calor;
cujus beneficio vivunt ac alimenta tra-
hunt, & aluntur, & sentiunt, & mo-
ventur. Solidis partibus insertus est ca-
lor ille nativus, qui tamen ut vita frua-
tur, à spiritu fluente à principibus parti-
bus ad energiam vocari debet. Partes
vero principes sunt, Cerebrum, Cor, &
Hepar, quæ insigniter spiritu totaque
natura ceteris prævalent, quæq; non tan-
tum sibi studeant, sed aliis undique de se se
promunt certis ductibus spiritus: ut qui
potentia in partibus corporis vivebat ca-
lor, in suas functiones & vires excitetur:

non

non aliter quam Sol, qui cuncta ſua luce fovens, ad propriam functionem ſuſcitat cujusque calorem. Homo autem, qui ab

3. Phyſio. *Ariſtotele microcoſmus dicitur, in principibus partibus calorem nativum energia ſpiritu perfuſum gerit, cujus appulſu, cæterorum membrorum ingenitus calor emicat. tumque his ſpiritibus abunde perfu-*

Natura. *ſus & excitatus Natura dicitur, quæ cuncta munia noſtri corporis proſequitur.* Rectèq; Natura à medicis definiri poteſt, calorem eſſe partis innatum influente ſpiritu à partibus principibus perfuſum, à quo ad energiam vocetur. *Miranda certe hujus ſunt caloris ita perfuſi officia: quamvis calor quatenus eſt calor, homogenea congregat, & heterogenea ſegregat; quatenus tamen hic calor nativus divino hoc ſpiritu perfuſus eſt, portionem cerebri, quæ in ſemine erat, ſurſum collocavit, & cranium ex eodem ſemine natum cerebro circumduxit, cæterasque partes ſuo ordine & ſitu collocavit. Quare natura ſpiritus recte indaganda eſt, ut quid ſit anima & ejus facultas, recte intelligere poſſimus.*

Spiritus quid & eius vis. *Medici ſpiritus nomine aërem, auræq; ventum, tum & omnem tenuem abditamque intelligunt ſubſtantiam. Nos autem de ſpiritu agimus quatenus eſt anima*

corpo-

orporis humani, vel animi proxumum
nſtrumentum. Talem ſpiritum Stoici
hiloſophi animadvertunt toti mundo
nſertum eſſe, qui cuncta caleſti quodam
emine perfundit, utpote unde omnia vitæ
rincipia ducant. ipſumque à ſummo Deo
abricatum è ſubſtantia quadam tenui,
therea, nec ſenſibus comperta. Plato hunc
biritum in Timæo mundi animam appel-
at. Huic ſpiritui in univerſo florenti,
obis quid ſimile à natura inditum eſt,
ui ſua luce membra cuncta luſtrans, in
lis vitalem calorem excitat ſopitum; a-
eo ut fœtus producere, alere, & ad ma-
uritatem perducere certam poſſit. Quod
do teſtimonio ex Solis calore conſpicuum
eddi poteſt; ut cujus benigno influxu in
mis quoque terræ viſceribus, metalla &
emmas vegetiores fieri cernimus, ac emi-
are eorum calorem ac naturam. Ita &
oſtrum affiat vitâ calorem ſpiritus, ex
artibus principibus profectus, non aliter
tque Sol plantas. Vnde & Sol à Platone
oni filius dictus fuit: & Haly lumen cœ-
, ac mundi gubernatorem vocat: quod,
t idem ait, ab eo moveatur, quodcunque
ſe ipſo movetur, appulſu ſcilicet caloris
lius ad cujusque calorem innatum. Ita
æleſtia corpora movent quasque res, pro-
t moveri apta ſunt: ut ſemen ranarum,

cum

cum Sole movetur, ranas profert; pisciũ, pisces: caro tacta calore solari, vermes profert. Nam ut est cujusque calor insitus, & natura, ita à Sole ad actum provocata, effectus profert. quare Haly astronomus, vocat Solem planetam magnæ potestatis, altitudinis, ac magnitudinis immensæ. Ita in nobis spiritus partium principum, varias actiones profert, ut est calor insitus membro nativus quem illustrat ac excitat. cuique enim parti calor est peculiaris. Hic vivificus spiritus, ex elementis quidem, quæ in semine erant, prognatus fuit, sed elaboratissimus: ut recte Avicenna scripserit, eum ad cœlestiũ corporum naturam proxume accedere, huncque illustrem esse, athereaque lucis plenissimum, ac tenuissimum, quiq; omnẽ sensum subterfugiat. Talis enim esse debet, ut huc & illuc, qua & qua momento temporis diffundi possit, membraque pervadere celeri quadam pernicitate. Quare Plato hunc spiritum ignem vocat: Hippocrates & Aristoteles spiritum esse dixerunt. Academici, ut Alexander in problematibus refert, dicebant, hunc spiritũ vinculum esse immortalis nostræ mentis, & corporis, qui ea nectat atque conjungat. Disparia etenim sunt natura mens & corpus, quæ sine idonei medii interjectu

socie-

cietatem inire nequeunt. quare à ſum-
o Deo condita mens, hac pura ſplendi-
que veſte induitur, ut noſtri corporis
cola fiat. Nam is ſpiritus, corpori ani-
oque oppido quam familiaris eſt, unde
ngit utrunque. non enim corporis ex-
rs eſt omnino; nec craſſa mole corporea
tigatur; ſed facilis & paratus ad cun-
a naturæ munia exſequenda. Hic ſpi-
tus, ab ipſo generationis ortu, cunctis 2. de gen. animal. 3.
eſt: de quo Ariſtoteles pulchre prodidit,
corpore, ſpumoſoque corpore ſpiritum,
ſpiritu naturam contineri, quæ reſpon-
t elemento ſtellarum: quæ facit ut fœ-
nda ſint animalia.

Erit igitur Spiritus, Aethereũ quod- Spiritus ortus.
m corpus, è puriſſima ſanguinis parte
aboratum, & in auræ tenuiſſimæ ſub-
ntiam demutatum, primum animæ
ganum ad functiones. *De ejus gene-*
tione dicimus, quod inditur in ipſo ge-
tali ſemine à principum partium re-
rice facultate; quæ in ſpumoſam illam
bſtantiam vires ſuas fundens, divinum
c æthereumque inſerit, quod fœcunda
tadam vi, ideam gerit ejus unde dima-
vit. Hinc equinum ſemen equos, hu-
anum homines generat. Generatur ita-
e ſpiritus à principum partium rectri-
facultate, quæ ſemen primum hac vi
inſigni-

insignivit: dein ab ipso parentum semine in fœtum inseritur. etenim genitura dimanat à toto parentum corpore, à solidis & mollibus partibus, &, ut ait Hippocrates libro De Genitura, id quod robustissimum est secernitur: hinc equidem seminis ejectu imbecilles reddimur. Itaque robustissima res quum sit genitura, calidissimam & multo spiritu praditam necesse est esse. Hic autem qui in semine latet spiritus dum à facultate fœtus formatrice cunctis partibus distribuatur, dumque cuique parti, ex sua dignitate hanc largitur, absumitur; in eisque partibus receptus, calor nativus dicitur. Simul enim atque in utero materno fœtus accepit formam, hic spiritus cunctis partibus inest, aliis alius, nec omnibus idem: qui tamen, pressus corporea mole, actu non vivit, nisi ab influente à solidis partibus spiritu excitetur. Quare illum calorem nativum vocabimus; eum autem spiritum. Hæc ejus est generatio. Sed quænam spiritum functio? cuique parti principi peculiaris spiritus est: quæ ut nobilitate inter se differunt, ita & variis spiritibus ad sua munera utuntur. hinc sequitur, spiritus omnium actionum esse ministros. igitur ad vitam ac coctionem, ad nutritionem, sensum & motum spiritus aptissimi:

Calor nativus, & spiritus. Functio Spirituũ.

mi: nam his labefactatis, etiam cuncta
æ operationes fatiscunt. spiritus enim
vitæ stabilimentum est, cum innato ca-
ido. Præter innatum calidum fixum, tres
atuunt medici spiritus, quos vagos vo-
ant. unum naturalem, è jecore per ve-
as in habitum corporis diffusum. alte-
um vitalem, quem cor perpetuo per ar-
rias evomit. tertium animalem, qui in
erebri ventriculis genitus, hinc per ner-
os dimanans, partibus motum & sensum
ffat. Tres itaque sunt principes partes,
tidemque spiritus, virium illarum par-
um vehicula, quique è suis propriis
ntibus profecti in omne corpus, id guber-
ant. Ex his conspicuum fit, vitalem at-
ue naturalem spiritum, per totum cor-
us trajici atque diffundi, eoque allabi,
bi neque vena neque arteria est: etenim
ntinuatione quadam cæteras perva-
unt partes. At animalis spiritus, qui
nsus & motus auctor est, nusquam po-
st officium suum facere, sine nervis aut
ervorum filamentis & staminibus. Pru-
enter id à natura commentum, quod
æq; partes alimento & vita egeant, nõ
otu & sensu. Promanant ergo hi spiritus
fluentes à partibus, quæ principatum in
rpore nostro obtinent, nempe cerebro, corde,
r hepate; suntq; virium anima vehicula.

Quid facultas.

Sed quidnam est facultas? compertum enim jam nobis est, spiritum hunc vaporosum corpus esse, tenue, elaboratum; quasique auram suavis, quæ cognata nobis spirat: quæ cuncta lustrans, vivificans, sensum motumque excitat. Sed quidnam est facultas? Galenus *dicit* Facultatem, causam effectricem esse omnium actionũ, sitam in proprio cujusque rei temperamento: *nam asserit, ex calido, frigido, humido, & sicco ejus constare substantiam. Vnde nonnulli pertinacissime defendunt, facultatem nihil aliud esse quam ipsam temperiem. sed præter multa absurda sibique pugnantia quæ illi loquuntur, fateri quoque coguntur aliquam facultatem esse æqualem; aliquam inæqualem, calidam, frigidam, humidam, siccam. Alii, quum animadverterent, Galenum non satis exprimere substantiam facultatum, nec declarare, substantiale an accidens sit, dixere, facultatem esse vim atque potentiam vernaculam, maxumeque propriam animæ, quam anima suo veluti de sinu profert ad munerum functiones. Sed hæc opinio absurdi quoque aliquid continet: nam si facultas est animæ maxime vernacula & insita proprietas, non debebant animæ facultates à partibus animæ separare; eo quod integra salvaque anima*

10. Simp. 20. 1. Nat. fac. 4.

na facultas auferri posset (ut illi dicunt;)
ars animæ neutiquam. Verbi gratia:
acultatem auctricem in vigore corporis
boleri, hoc & rationi & auctoritati Ga-
ni repugnat. Nam quod corpus in vi-
ore non augetur, id non abolitæ facultа-
s, sed materiæ, instrumenti, vel subje-
i vitio fit. Huc accedit, si facultas sta-
atur proprietas animæ maxume ger-
rana, eam in nullis rebus requiri posse
uam quæ vita ut anima præditа sunt;
em tamen medici & Philosophi rebus
ita carentibus suas facultates tribuant.
ui Philosophiæ vestigia sequi volet, &
edicinam conformem reddere philoso-
piæ, ille definiet Facultatem esse Actio- Quid fa-
nem quas res quæque edit proxumam cultas.
præcipuam causam. vel, *ut brevius*
cam, Rei cujusque formam. *Sed quem-*
modum duplex forma à Philosophis sta-
itur, ita quoque duplex statuenda fa-
ltas. Accidentalis quidem, ex quatuor
mentorum proportione nata temperies:
ssentialis vero peculiari nomine caret; &
rebus viventibus dicitur anima; in
bus vita carentibus dicitur facultas ge-
rali nomine à philosophis: à medicis to-
is rei substantia. unde apud medicos or-
fuerunt occultæ rerum proprietates.
nimam autem definit Aristoteles esse

Actum primum corporis organici, viventis potentia: primam, præcipuam & moventem actionum causam. *Hanc quidam Philosophi ex variis operibus quæ exercet varia natura esse existimaverunt. Sed si quis altius philosophari volet, non sine magna ratione, animam formâ unam statuere possit, quæque dividi in varias partes & formas nequeat; unicam suapte natura possidens facultatem, qua varia munera exerceat: quod instrumenta quibus utitur sunt diversa temperie & structura. ut idem Sol eadem præditus facultate, ceram liquat & lutum indurat, nec propterea diversas obtinet naturas: sic eadem anima, in cerebro auctor est sensus ac motus: in corde pulsus: in hepate sanguinis. Nam licet diversa hæc sint opera, nec ab omnibus partibus exerceri queant; id fit, quia quæque partes habent suum calorem nativum (quem Galenus, secundi ad Glauconem secundo, dicit esse substantiam facultatum, vel earum proximum instrumentum) ad sua munera aptum, temperiem propriam & structuram. Vnde Aristoteles, senis, dicebat, oculus, æque acute ac juvenis cerneret (est enim eadem & quidem ubique anima, eadem in membris præstitura officia) si singula apta forent ad ea instrumenta.*

menta. Aristoteles cũ pentagono comparat
animam: ut enim in simplici figura penta-
goni, trigonus & tetragonus insunt pote-
state; ita quidem una est substantia quæ
multis viribus sese fundit ac ostentat. Sed
quia durum quibusdã videri posset, facul-
tatem in vita præditis vocare animã vel
formam, eamq; unicam statuere, cum clas-
sici auctores eam in varias species divise-
rint; qua ratione id faciamus, exponendũ.
Illud inprimis præfati, nos hic nomen fa-
cultatis nõ sumere pro relatione efficientis
ad suũ opus, seu pro potentia; sed pro reipsa,
ipsaq; caussa functionũ, ut vocat Galenus,
ubi ait, est tertia anima sive facultas. & 6 Epid. 5.
alias vocat tres animæ partes vel facul- 5. & 5.
tates. Ratio ergo est cur anima non sit libro &
secanda in tria genera, quia est forma, 6. libro
corporis: cuiq; autẽ corpori una est forma, De Plac.
quæ probat, ut loquitur Aristoteles, τὸ τίτι, Hippoc. &
hoc est ut aliquid sit hoc quod est. unde Plat.
fieri nequit ut plures sint formæ neque
animæ unius corporis, non modo pugnan-
tes, sed ne aliqua quidem ratione diversæ
genere. Nec convincit Galeni argumen-
tum, quo distinctas natura & loco esse
conatur probare, quod diversa opera e-
dant: etenim diversitas operum non tan-
tum varietati causæ efficientis, sed & di-
versitati materiæ & instrumenti adscri-

benda: quæ ipsa instrumenta varia structura & temperie prædita sunt, aptaque hinc, ut diversa exerceant munia. Oportebat itaque Galenum probare, diversa animæ officia non pendere à materia aut instrumento, ac tum demum animi diversitati adscribere potuisset. Nihilominus facultatum divisionem ad medicos usus aptatam, rectèque exprimentem animæ varias aptitudines, recipimus.

CAPUT II.

De tribus Facultatibus corpus nostrum gubernantibus. & primo de Naturali & ejus divisione, De procreatrice, nutrice, formatrice.

ET quia tria opera maxume diversa in humano corpore excellunt, fit ut tres facultates diversæ distingui possint. Actionum enim genus triplex est. aliud nobis commune cum plantis, seminibus, animantibus, ac omnibus viventibus, generatio scilicet & nutritio. aliud perfectioribus tantum animantibus commune est, sensus scilicet & motus aliud medium videtur inter hæc duo; videlicet vitam spargere per totum corpus. Ex his Galenus colligit, aliam facultatem esse ani-

animalem, aliam vitalem, aliam natu Naturalis spiritus.
ralem. Sanguinis purior magisque aërea & vaporosa pars quæ ex sanguine exha-lat, dum in hepate coquitur à spiritu he-patis ingenito, eoque perfunditur, fit spiri-tus, quem Galenus cum Stoicis naturalē vocat; Plato, concupiscibilem, ob cupidi-tatum quas parit multitudinem: ab A-ristotele vegetativa dicitur. Dicuntur autem Naturales, quod instrumenta sint animæ, cum nutriendi officia corpori præ-beant, ideoque crassiore & humidiore natura constant. nutritio enim concoctio-ne perficitur, ad modum elixationis, à ca-lore nempe uvido multoque. Hic autem calor commodius non potuit collocari quã in instrumento aliquo crasso. Vnde in he-pate colligimus spiritus esse crassos & hu-midos. Hujus spiritus quantum in corde Vitalis spiritus.
per venam cavam invehitur, ibi elabo-ratur, tenuiorque redditur, ac in aëris naturam abit: hinc serpit ad sinistrum cordis sinum, ibique fit spiritus vitalis, fervens & acer, qui toto, per arterias, funditur corpore, vivificoque nectare cunctas rigat partes. Est vitalis hic menti minus idoneus, nisi à cerebri insita vi do-metur stabiliorq; reddatur. Anima enim Animalis spiritus.
quæ quieto, minimeque præcoci utitur spiritu, prudens fit; unde & senes junio-

ribus prudentiores sunt. experientia idem convincit in phreneticis, spiritibus enim calore æstuantibus, nec sentiunt nec intelligunt. Vt autem ferventior hic spiritus minus idoneus ad cerebri officia, ita quoque idem spiritus crassior & humidior; ut in lethargicis & comatosis videmus. portio itaque vitalis spiritus, quæ per carotidas arterias (quæ per cervicem ascendunt) in cerebri basin rapitur, contextuque illo admirabili, qui & retiformis dicitur, mitigata, mox in cerebri ventriculos rapitur: ibi cerebrum vi sua insita hunc spiritum moderatur, qui alioqui, ut dicit Alexander Aphrodisæus, est velut equus indomitus. Hunc Spiritum animalem, vult Galenus primum esse animæ instrumentum, propterea que animalem dictum, quod solus animalibus insit, 2. De ani. *non plantis: nam, ut dicit Aristoteles, animal ob sensum primo tale est. quæ enim sensum habent, non solum vivunt, sed & animalia sunt. Itaque naturalis spiritus, primus est in serie spirituum, qui aliis spiritibus se præbet alimentum.*

Naturalis facultas.

Naturalis *itaque* facultas est, quæ ex jecore, venarum adminiculo, universo corpori alimentum præbet. *hæc Græcis dicitur* θρεπτικὴ, *hoc est altrix: vel* ἐπιθυμητικὴ, *hoc est concupiscibilis seu appetitrix.*

trix. hac ferimur in voluptates.

Multiplex est harum facultatum differentia, ut patet ex Galeno De naturalibus facultatibus. hac ratione recte dividi possunt, ut alia facultates naturales sint quibus administratur, alia quæ ministrant. illæ autem quibus administratur, sunt, primæ naturæ opera, ac veluti capita. Dividuntur in Procreatricem, (quæ & Generatrix dicitur) in Nutricem, & Auctricem. Comprehendit Procreatrix Alteratricem, & Formatricem omnium membrorum. Etenim dicit Galenus primi Naturalium facultatum sexto, Rerum generatio, simplex naturæ actio non est, sed ex alteratione & formatione composita. ut enim os vel vena fiat, alteratam oportet substantiam unde fit. Propterea effingi debet, ut decentem figuram & posituram habeat. Auctrix autem & nutrix, illæ unicæ sunt, nec dividuntur in alias: nisi quod ministrantes illis inserviant. Sunt autem ministrantes facultates, quæ scilicet alimenta præparant & suggerunt nutrici facultati & auctrici: hæ sunt Attractrix, Retëtrix, Concoctrix: quæ dividitur ratione diversæ materiæ quam coquit; hinc alia Chymifica, alia Sanguifica interdum à Galeno vocatur: & Expultrix. Alii addunt, quæ Adponit,

Divisio naturaliũ facultatũ.

Gal. nat. fac. 4.

Generatrix.

Auctrix. Nutrix.

Famulantes.

nit, Adglutinat, & Adsimilat. Tunc

Nutritio. *enim nutritionem fieri arbitratur Galenus, cum is qui convertitur ad alimoniam cibus, corpori undique similis factus fuerit, quod assimilare medici vocant. Itaque recte hæ facultates ab Avicenna dictæ sunt ministrantes, quod altrici facultati, ut munus suum obeat, operam dicarint.*

Procreatio quid. *Prima itaque inter eas quibus ministratur, est* Procreatio, *quæ* definitur *à Galeno primi De facultatibus primo*, motio novam substantiam ducens. *Vt autem quæque substantia in aliam commutari possit (ut semen in os aut nervum) ea propriæ substantiæ mutationem subire debet, alioqui eadem substantia maneret. eademque apte ad suam naturam conformari postulat: his enim absolvitur procreatio.* Est *autem* formatio, geniti animalis congrua delineatio, & partium ejus in situ, cavitate, figura, & connexu decens positio. *Hæc caloris beneficio perficiuntur. calor etenim quatenus calor, mutat atque alterat, heterogenea segregat, homogenea congregat: quatenus vero est divinus, partes quasque suo situ locat & format. mutatione igitur & conformatione absolvitur procreatio. unde generatio non est commixtio viri cum mu-*

Formatio.

liere.

liere, sed est promotio formæ, de potentia in actum. Hæc autem vis semini inest, quæ non ex copia, sed vi spectanda. semen à toto & solidis partibus manat; unde & magna vis spirituum illi inest. etenim hujus causa, arteriæ ab aorta testibus inseruntur. & ab hepate venæ naturalem vim testibus invehunt; & nervi, per spinæ medullam animalem vim præbent.

Semen. Hinc semen corpus est omnium viribus ornatum, quod naturæ rationem gerit, ac animal procreat uteri proprietate excitatum. Nam statim vis conformandi exsurgit, quam nonnulli idolum vocant & simulachrum generantis. Hæc procreatrix facultas cum suum officium fecerit in fœtu effingendo, quumque dentes protulit, tunc feriata silet, ac nutritionis officium sagax natura init: hinc sensus ad ἐπιγλαι ducuntur, ac movendi hinc vis appellit.

Mens. Immortalis vero mens nostræ animæ, non cum semine traducitur, sed à summo Deo creata, in infantis corpus commigrat mense quarto; quo tempore cerebrum, omniaque cætera absolvit vis procreatrix. Etenim vis quæ in semine delitescit excitata à proprietate corporis uteri, ad effingendũ fœtum se vertit. ita spiritus, qui in semine, ad spiritum recedit. solidæ partes, quæ in semine sunt, in solidarum partium sub-

Fabrica fœtus.

stantiam faceſſunt. Ita collectus in ſe ſpiritus partium articulator atq; opifex ab Hippocrate dicitur. Genitura, *inquit*, in pellicula eſt, & ſpiritum habet intro & foris. & *poſtea dicit:* caro augeſcens à ſpiritu articulatur, & abit in hac unumquodque ſimile ad ſimile; denſum ad denſum, rarum ad rarum, humidum ad humidum, ſiccũ ad ſiccum: & unumquodque in propriam regionem abit, juxta cognationem ad id unde genitum eſt. atque, *inquit*, hæc cuncta, auctore ſpiritu, articulantur. *Ex mox ſubdit Hippocrates*, Articulato jam puero, formis membrorum elucentibus, & oſſa duriora fiunt & cavantur, atque hæc à ſpiritu fiunt. *Merito profecto Hippocrates munus formationis & ſtructuræ ſpiritibus attribuit, cum in illis ceu propria ſede formatrix facultas conſederit quæ partes format.*

Lib. De natura fœtus.

Series procreationis.

Hac ſerie fit procreatio. Corpus ſeminis in rudimenta quædam ſe expandit; id dum fit, in utero rudimenta illa exprimit, rudia quædam exordia partium ſimilarium inſtar tenuium filorum intertexterum. ex mero ſemine hæc ſtamina ſunt concreta, habitaculaque ſunt caloris nativi. his non affatim ſed paulatim aſperſus maternus ſanguis qui menſtruus dicitur, ibi con-

concreſcit, carneamque molem efficit, ſimilaribusque partibus alimento cedit. à ſimilaribus partibus inſtrumentariæ integratæ, totum fœtum abſolvunt. Similares vocamus ſimplices ſui ſimiles: ut os, nervus. Inſtrumentarias, cor, cerebrum, brachia. Ex his quædam principes partes ſunt: quædam ſervientes: & ex his ortæ. Et quædam ab his reguntur, quædam non. Principes dicuntur, quæ virtutem ex ſe promunt, aut ſuccum, quorum officio vita carere nequit. quare harum partium ratio in curatione maxume eſt habenda. quædam partes imbecilles ſunt, ut adenes, ut cutis: in has principes partes ſe exonerant. quaſdam procreatrix quoque facultas dedit nutritioni; ut ventriculum, hepar, lienem, atque venoſum totum genus. quaſdam vacuationibus naturabilis inſtituit, utramque veſicam & inteſtina. Partes corp.

Quod demum alteratione & formatione procreatum fuit, in nutricis poſtea poteſtatem venit, quæ eſt vitæ totius comes; tamq; late ſe fundit ejus vis, ut hæc plantis nobiſcum communis ſit. Eſt etenim naturæ ipſius hoc opus: nam eſt illa naturæ vis, illudque ſtudium, ut id quod eam habet conſervet; id fit nutriendi officio. Nutrix.

Senſus vero & motus propria animalium ſunt: quare dicit Galenus, Stoici hæc ani- Senſus & motus. 1. Nat. fac. 1.

mæ,

mæ, at nutritionem & accretionem naturæ opera vocabant. ita, inquit Galenus, animal à natura simul & anima gubernari dicimus: stirpes à sola natura. Est *autem* altrix facultas, vel nutrix, *ut scribit Galenus*, quæ alimentum in corporis substantiam convertit, eique assimilat, ut resarciat quod exhaustum est. *etenim ut idem ille docet, quum dissolvatur perpetuo effluxu corporis nostri substantia, comesse necesse est, ut quod exhaustum est, restauretur: quod fit, dum id quod alimenti loco assumitur, illi simile factum fuerit quod effluxit. quod fit, cum is succus qui nutriturus est, à vasis excedit, perque totam partem spargitur, eique assimilatur: id cum fit, corpus nutriri dicitur. Si quidem par quantitas apponatur ei quod effluxit, priorem habitum conservabit: si uberior, saginat: si parcior, extenuat.*

6. Epid. 3. 5.

Quid nutrix. 1. Nat. fac. 6.

1. Sanit. tuend.

CAPUT III.

De Nutritioni famulantibus, Attractrice, Retentrice, Coctrice, Excretrice, Agglutinatrice &c.

Ministræ. PERFICITUR *autem nutritio, auxiliaribus & ministris facultatibus, Attra-*

Attractrice, Retentrice, Concoctrice, Expultrice. Cuique parti sua vis est attrahendi. hac enim fuit facundata à spiritibus hepatis, qua quod illi est familiare, ex sanguine prolectat; quod noxium & infensum, à se ablegat potentia expultricis. Attahit autẽ pars eo fine, ut sibi jungat quid, & suaviter eo fruatur: quod dum sit, retinet: dumque diutius continet, id coquit, ac in naturam propriam transfert. Quatuor hæ facultates nutritioni necessariæ. Vis trahendi in œsophago elucet, coquendi in ventriculo, & hepate: in intestinis expulsio, coctrix infirma; reliquæ absunt. Recte dixit Hippocrates, omnium una est influxio & conspiratio: quare aliud ex alio trahit membrum. attrahit quidem id quod est valentius: valentius vero aliud est alio tempore: ut quum ventriculus alimento turgescit; quumque hepar vehementer appetit; id valentius trahit. at jecore saturato, ventre inedia languescente, commigrat in eum valentior trahendi vis. Aliæ autem partes puro alimento, aliæ crasso & turbido; aliæ tenui & halituoso nutriuntur: quare & talem quoque attrahunt. lien quod in jecore crassioris est allicit, eoque fruitur. unde & aliquid in omentum, lactes, intestina, ventriculum trahitur. sic alio tempore ven-

Attractrix. 3. Nat. 15. 1. Nat. fac. 14. 2. Nat. fac. 3. 2. De nat. fac. 24.

ventriculo alimentum affundit, alio iterum elicit ex eo per eadē ergo instrumenta, ac ductus eosdem, attrahunt partes & rejiciunt à sese. Est autem attractio duplex. Prima, quæ fit successione ad id quod vacuatur, quemadmodum folles attrahunt aërem. hac tractionis specie, semper id attrahitur primum quod est levius. Altera tractionis species est, qua trahitur id quod familiare est & amicum: ut ferrum à magnete. hac tractione trahitur interdum id quod gravius est, modo id cognatum natura. Arteriæ utroque hoc modo attrahunt. etenim vim habent à corde, qua dilatantur & contrahuntur. Omne autem dilatatum ad se trahit ex vicinus: unde arteriæ quæ in cutem finiuntur, aërem attrahunt, quæ vero in ora venarum desinunt, halituosum sanguinem ex illis eliciunt, & ex intestinis id quod levissimum est attrahunt. Arteriæ itaque quatenus instrumenta cava & dilatabilia, semper id quod levius est primū attrahunt: at quatenus nutriri postulant, ab illis id quod conveniens est in tunicas attrahitur. Quod autem arteria ex vicinis trahit, argumento est, quod præcisis arteriis & venæ inanes conspiciuntur, effluxo nempe sanguine. Hoc trahendi officium præstatur fibris & villis rectis.

5. Nat. fac. penult.

4. De usu part. 17.

Reten-

Retentrix facultas à Galeno demonstratur pulchre quomodo in utero sit: de Naturalibus facultatibus tertii quarto & tertio capite. Retentrix.

Coctio est alteratio in propriam ejus quod nutritur qualitatem. *Vt in ventriculo propria tacitaque substantiæ vis cibum in chylum vertit: in sturnorum ventre cicuta, (nobis indomita ac invicta) hac recondita vi in chylum & sanguinem abit: Sic alimentum hac alteratione propriam exuit naturam, ac in aliam transit speciem, ut in sanguinem, bilem, vel melancholiam. quare quot sunt coctiones, tot sane substantiæ mutationes erunt, priusquam in propriam cujusque qualitatem mutari possint. Sic in ventriculo chylus: in jecore sanguis: in solidis partibus ros efficitur. A ventriculo itaque propria ejus qualitas chylo imprimitur: quam cum habet, coctus dicitur chylus. Hæc coctio in ventriculo ad modum elixationis perficitur, quæ fit calore uvido. hinc dicebat Hippocrates: vigilans calidior exterius, dormiens è contra. Empedocles philosophus putrefactione cibos coqui putabat. cujus opinionem sequuti Veteres, ἄσηπτα vocabant, quæ nos ἄπεπτα. Sed hepar coquit, ac in sanguinem vertit chylum in se attractum, divina illa facultate sanguificatrice,* Coctio. 3 Nat. fac. 7.

trice, quæ ἀφομοίωσις appellatur. ita in tertia concoctione, sanguis sua forma exutus, ros fit, & in solidarum partium, à quibus coquitur, qualitatem mutatur. Vt autem solidæ illæ partes multæ sunt, sic & variæ concoctiones tertiæ existunt, aliter enim os coquit, aliter aliæ partes. Omnibus tamen idem finis est, nimirum ita alterare alimentum, ut postea facile in nutrimentum partis abeat. hæc alteratio donec in similitudinem alendæ abeat particulæ, dicitur

Gal. 2. κρᾶσις.

coctio; ubi autem jam apponit, dicitur nutritio. Quare solo fine differunt: coctio enim ad partis qualitatem mutat alimentum: at nutritio in partis substantiam vertit alimentum.

Expultrix.

Expultrix est facultas naturalis, qua singulæ partes supervacanea excernunt.

3. Nat. fac. 3.

Ut partes, *inquit Galenus*, ex sese mutuo trahunt alimentum, ita altera in alteram quod supervacuum est deponit à se. *Maxume autem potentibus id licet: hinc fluxionum causa. Habet enim quæque particula germanum quoddam robur, quo quod supervacuum est prosequitur. Vbi igitur aliqua pars hoc robur exuit, tunc in illam ex omnibus partibus fluunt excrementa: robusta enim, quasi onus in sibi vicinas deponunt; hæ iterum in alias se imbecilliores, dum in maxume imbecillem*

cillem procumbat ; hinc enim in aliam transfluere nequit, utpote nec fortiore id recipiente, nec laborante id expellere valente. Eisdem autem effluunt ductibus ad centrum corporis, per quos prius subierant in hepar & circumferentiam ; ut, Hippocrate auctore, in iis qui altero crure mutili sunt, his statis periodis copiose effluit sanguis sine ullo incommodo. At, ut docet Galenus, pars non prius abjicit materiam quam attraxit, vel aliquod ejus excrementum, quam maxuma pars eorum transierit in contrarium affectum. sic venter satiatus, chylum dimittit. sic vesica quod attraxerunt quando id multitudine distendit, vel qualitate mordens molestum est, his irritata facultas expultrix ejicit. etenim excrementa cum diutius in corpore moram trahunt, putrescunt, atque mordacia ac infesta ius quæ continent redduntur. 3. Nat. fac. 12.

Agglutinatoria hac ratione perficitur: Inquit Galenus, sicut animalibus edendi finis est ventris impletio, sic quoque particula apponendi finem facit cum convenienti humore est impleta. Is humor sic appositus, ab aliis partibus eripi nequit : sed qui in venarum sinubus est nec adhuc adglutinatus, hanc vicissitudinem subire potest. Quædam partes numerosam desiderant Agglutinatio. 3. Nat. fac. antepenultimo.

derant alterationem, ut os: est enim qualis carnibus sanguis, talis ossibus medulla. Carnes autem & viscera exigua alteratione nutriuntur. Attractum alimentum primo parti adponitur, dein agglutinatur, mora crassius redditur, tandem assimilatur. Sed assimilari & in eandem formam duci nequit, nisi societatem aliquam & cognationem habeat in qualitatibus cum parte nutrienda. Hinc nec quodque animal quolibet cibo nutriri potest, nec quibus nutriri potest, ius protinus. Ideo multis instrumentis opus fuit, ut quodque ad partis nutriendæ qualitatem propriam traduci posset. Vt enim ex sanguine os fiat, necesse est varia alteratione ut dealbetur & indurescat. propterea & excrementorum vehicula desideravit natura, ne excrementa salubribus succis officerent; propterea receptaculis opus fuit excrementorum dum luxuriaverint. Alia itaq; instrumenta præparant alimenta, alia separant excrementa, alia deferunt. Quomodo appositio differat ab agglutinatione, pulchre docet Galenus De naturalibus facultatibus, libri primi capite undecimo, in hydrope. & qua ratione inter se differant agglutinatio & assimilatio, eodem loco eleganter docet Galenus in alpho morbo. & quanta sit qualisque

Assimilatio. ἀφόμοιωσις. 1. Nat. fac. 10.

Appositio, quæ Græcis πρόσθεσις, quo modo differat ab agglutinatione.

lisque ventriculi actio, demonstrat Galenus, libri tertii naturalium facultatum septimo.

Hæc trium facultatum naturalium munera, tribus fibrarum generibus absolvuntur. Sunt fibræ aliæ rectæ, in longitudinem porrectæ: aliæ transversæ, quæ ad rectos angulos in rectas incidunt: aliæ obliquæ, quæ ad impares angulos incidunt in rectas fibras. Facultas attractrix, rectis utitur fibris: expultrix transversis. retentrix obliquis fruitur fibris. Galenus tertii De naturalibus facultatibus capite undecimo, Quod, inquit, ex unica tunica constat instrumentum, ut vesica, folliculus fellis, uterus & vena, omnia fibrarum genera obtinet. At quæ ex duabus tunicis composita sunt, in his, obliquis fibris miscentur rectæ, tantumque in una tunicarum eaque interna, deprehenduntur, ut in arteriis & alvo; nam transversæ tantum in unica tunica sunt eaque externa. Sola intestina omnium instrumentorum, inquit Galenus, ex duabus tunicis, atque harum utraque ex transversis fibris constata sunt.

Fibræ. 3. Nat. fac. 1. 5. De usu part.

Auctricis facultatis ministra est nutrix & alteratrix: huic proprium est, in omnem partem proferre quæ jam genita nataque sunt, manente eadem forma.

Auctrix. 1. Nat. fac. 7.

quod

quod ſolius naturæ munus eſt: nec eſt in rerum natura quicquam quod ſervata eadem continuatione extendi poſſit à nobis in tres dimenſiones ulla arte.

Sed antequam abeam, reſtibilis definiatur quæſtio graviſſima, De innati calidi per anni tempora mutatione: quæ etiã omnium doctiſſimum Fernelium exercuit libri quarti nono. Vita certe noſtra nihil aliud eſt quam mori. tam diu enim vivimus, dum flamma nativi calidi ſuam * *eclampſin ſortitur in humido primigenio: quod dum fit, ſplendet nobis vita, unaque quod dum fit, abſumitur humidum primigenium, quo abſumpto extinguitur vitalis lux. Nutricatu quidem cottidie reſarcitur id, non tamen eadem integritate: argumento eſt noſtra mortalitas. Sed, ſi ita atteritur perpetuo calidũ nativum (hoc eſt humidum primigeniũ, ſpermaticum, perfuſum calore & ſpiritu) videbitur illud non poſſe abundantius eſſe hyeme quam æſtate ſuperiore. huic ſententiæ reclamat Hippocrates. Et ex adverſo: tantum perire videtur calidi nativi, quantum aſcititii ſibi acquirit calidi. Verum in præcedente æſtate plurimo aſcititio calido occupatum fuit: Itaque tunc minus erat quam ſequenti hyeme. Alioqui qui jam febricitat plus habebit calidi nativi,*

* id eſt emicationem.

Quæſtio. Quid calidum nat.

1. Aph. 15.

tivi, quam postea cum jam febri defunctus erit. Natura calidi nativi recte explorata esse debet, quo difficultas cedat. Calidum quid vocemus nativum, modo diximus. illud autem est duplex, fluens & fixum: fluens in corde stabulatur, totique corpori per arterias affluit: fixum est in solidis cunctis partibus. Fluens itaque ille calor poterit augeri hyeme, quod voluit Hippocrates. sed fixus ille in partibus calor primigenius humido spermatico constans, à fatali suo calore perpetuo conficitur. Hac itaque ratione, æstate superiore calidum erat uberius, quam sequente hyeme: nimirum fixum calidum; non autem fluens, quod à corde manat. Scribit hoc Galenus, duplex esse calidum nativum, alterum nimirum in corde, & fixum, quod nequit eadem bonitate augeri.

Solutio.

Calidum nat. duplex.

8. vf. part. 2

CAPUT IV.

De Vitalibus facultatibus.

COR perfectis animantibus datum est, ut sanguis arterioſus & vitalis procrearetur; & ut calor usque vitalis toti corpori impartiretur. Ab hoc, tanquam uberrimo de fonte vivificum nectar

clar procedit, unde partes omnes decorem suum tuentur. Aristoteles naturalẽ vim unà in corde ponebat: sed his rationibus optume medicorum sententia firmabitur: Quæcunque ita comparata sunt, ut possit unumquodq; illorum labefactari aliis inviolatis, ejusdem ea non sunt substantiæ. ut parti quæ ἀθροΐᾳ laborat, naturalis vis deest, vitali integrâ, alioqui putresceret. in pestilenti febre contra, pulsus est imbecillis, vitalis vis laborat, nec extabescit æger. Præterea Aristoteles asserit, facultatem in ea parte esse, unde ejus nascitur instrumentum; putavitque venas à corde germinare. dicimus nos, hepar non esse efficiens venarum principium; nam est eadem vis efficiens omnium partium: nempe procreatrix fœtus. neque est principium materiale generationis venarum, quia hepatis materia est sanguinea, venarum vero semen. Sed potest tamen hepar dici principium venarum propter finem; quia venæ sunt propter hepar. Vel hepar est pincipium venarum originis & implantationis. id declarat dissectio fœtuum qui utero gestantur. recipiunt namque nutrimentum ex materno sanguine per umbilicum, in quem subeunt arteriæ duæ atque una vena: vena rectà tendit in hepar ipsum; arteriæ ad vesicam, ac inde repen-

Dubium.

Num hepar venarũ principiũ.

repentes per ſpinam inſeruntur in cor, nec hepar attingunt; & vena in hepar inſeritur, nec cor attingit. Præterea venæ portæ nullum eſt commercium cum corde. piſcibus cordi vena nulla inſeritur, licet ſanguinem habeant. Cum itaque, ut dicit Ariſtoteles, in ea parte facultas ſit, unde ejus oritur inſtrumentum, cumque venæ à corde non naſcantur, naturalis facultas inde non derivabitur, ſed ab hepate. Verum cum arteriæ ductus ſuos habeant à corde, etiam ibi ſtabulatur vitalis vis: cujus arteriæ inſtrumenta ſunt.

Vitalis facultas eſt quæ ex corde per arterias vitam univerſo corpori afflat per ſpiritus: qui, cum tenuiſſimo ſanguine, in ſiniſtro cordis ſinu generati, inde in omnes partes dimanant; ac vivifico illo nectare eas rigant. *Hanc vim* Stoici θύμωσιν, *vel* θυμοειδῆ, *id eſt, iraſcibilem & animoſam vocant; quod à corde ea procedat: vel, ut inquit Plato, & Galenus, quod hæc vis ei inſit.* Vitalis facultas, quid.

Sunt tres functiones hujus vitalis facultatis, affectuũ concitatio, pulſuum effectio, ſpirituum vitalium generatio. Primo dicendum de affectuum concitatione. Vtitur hæc facultas vitalis, ad ſua munera obeunda, ſpiritu vitali, qui ut Functiones vitalis facultatis. Gal. De Platonis & Hippoc. plac. 7. Affectus animi.

varie comparatus fuerit, ita multifariam θυμοειδῆ *facultatem concitat. hinc varia hominum pectora & mores proficiscuntur, pro diversa crassitudine & raritate horum spirituum, in quibus hæc animosa facultas sedet. Varie autem afficiuntur hi spiritus ab alimentis, & ab externo aëre: unde fit ut qui populi frigore strictas mundi partes incolunt, ob densos spiritus, qui ex sanguine fluunt crasso, animosi ac formidabiles sint, quique intrepide periculis se objiciunt. Quæ naturæ conditio in Asiaticis desideratur; qui molles, labascunt duro aliquo incommodo; quia exiles habent spiritus, ob tenuem quo præditi sunt sanguinem: spiritusque propterea habent cito evanidos: irâ incandescunt quidem ocius & acriter bellum ineunt, sed ad primum sanguinis intuitum labascunt. At Europæi conspecto sanguine, acrius in hostem insurgunt, ac in pugnam incalescunt ardentius. Quod discrimen animorum in bello civili observatum, hu expressit Lucanus:*

Animosa vis.

Asiatici cur molles.

Europæi cur fortes.

Quicquid ad Eoos tractus, mundique; teporem
Labitur, emollit gentes clementia cœli
Omnis in Arctois populus quicumque pruinis

Nasci-

Naſcitur, indomitus bellis, & mortis amator.

Fœlices errore ſuo quos ille timorũ
Maximus haud urget lethi metus.---

De ſpirituum vitalium generatione dicimus, quod eximia & illuſtris illa rerum natura à ſummo Deo rebus indita, vim creandi ſpiritus vitales in corde poſuit, quod pulſat perenni & conſtanti motu ſemper: cujus aſſiduitate perpetua, fit ſpirituum vitalium generatio. Hic ſpiritus calorque vitalis, aëris frigidi occurſum expetit; quo defraudatus, collabitur. Etenim, ut ſcribit Galenus, calor, ne evaneſcat evaporatione, perpetuo reintegratur frigore. Quatuor autem causis calor interit. aut vehementia diſſipante calorem: quemadmodum dicitur majus lumen obfuſcare minus. vel à ſuo contrario: quemadmodum aqua extinguit ignem. denique copiâ affuſi nutrimenti, ſuffocantis calorem: ut nimium oleum ellychnii flammam: &, quemadmodum ſcribit Hippocrates, ex hac cauſa, habitiſſima conſtitutio corporis, quæ in ſummum evaſit, qualem in athletu cernere eſt, ſummè periculoſa, eo quod ſpiritus vitales copia affuſi nutrimenti ſuffocentur. vel calor extinguitur inopia alimenti, ut cum flamma anguſto loco coërcita

Spiritus vitales, eorumque ortus, & principatus vitalium fac.

Galenus, 6. Epid. 6. 1. Caloris interitus ex quibus.

cita marcescit: ut in cucurbitulis medicis, cum flamma aëre defraudatur: sic in hominibus quum fauces præcluduntur & cutis spiracula. hæ incommoda abesse debent ut spiritus vitales rite generentur.

Pulsuum effectio.

Quum itaque cor viscus nobilissimum sit, quod naturaliter ipsum per se micat, fontemque habeat nativi caloris nectarisque vivifici, unde partium omnium solidarum spirituumque fluxa vivacitas recreatur atque reficitur, hoc sedes est spiritus vitalis. propterea summus Deus rerũ gubernator, vim agitantem perenni motu in corde posuit, quam pulsum vocant. qua vi spiritus generantur & conservantur, aërem quum dilatatur attrahendo, & quum contrahitur fuligines excludendo. Arteriæ eadem vi cum corde moventur, distenduntur, & se submittunt, ut excrementa excludant, ac alimenta spiritibus adducant. Quare cordis coagmentatio tribus intexta est villorum generibus, quibus diastoles & systoles officia continentur.

Respirationis causæ.

Sed & cordis calorem respiratio fovet. Respirationis in universum sunt tres causæ: nimirum usus triplex, instrumenta triplicia; & causa efficiens una. Vsus triplex, nempe caloris temperatio, spirituũ nutritio, & fuliginum exclusio. instrumenta

menta triplicia, larynx, pulmo, & thorax. Causa efficiens una, voluntas quæ in vigilantibus movet musculos ab electione, in dormientibus ab instinctu. Id est actio musculorum, thoracis, in vigilantibus est voluntaria ab electione, in dormientibus vero ab instinctu naturæ.

CAPUT V.

De Animalibus facultatibus, & de Sensibus externis.

QUEMADMODUM *vegetandi vis muta & cæca nihil præter alimentum requirit: & suas omnes gestiones in id confert: sic vis animalis sagacior in rebus extra nos positis versans & vitæ præsidia quærens, sensibus, omnium rerum nuntiis, notiones in se comprehendit, ut vitæ præsidia amplectatur, ac perniciosa à corpore rejiciat. Hæc facultas in cerebro, arce quadam sublimi & specula sedet: etenim concusso compressoque cerebro, sensus & motus in animali stupent & abolentur. In phrenitide medici capiti adhibent remedia, non cordi, quod facultas læsa ab hoc morbo in cerebro consistat. sic & in apoplexia. Quod si hæc vis in corde haberet, cordi apte remedia admoverentur.*

Animalis vis stabulatur in cerebro.

Quid facultas animalis.

Dicitur vis animalis, quod animalibus tantum sit propria. Est *ergo* animalis facultas, quæ ex cerebro per nervos, ceu rivulos quosdam, sensum (*visionem, auditum, gustum, olfactum, tactum*) & motum in universum corpus transmittit: rerum demum conceptiones, intellectiones, & memoriam impartit, datque motum à consilio manantem, adminiculo nervorum. *Hæc, animalia ad ea capessenda quæ conducunt movet atque impellit: hæc gressum & musculorum motum perficit; ac omnem voluntarium motum. Hæc facultas animalis vim suam exercet in iis nervis, qui cavitatem non habent, irradiatione quadam, perinde ac radii solis aërem aquamve transeunt, ut testatur Galenus primi De symptomatum causis quinto. Dum enim patulos poros gerunt nervi, non solum irradiatione, sed & corporeæ substantiæ traductione à cerebro illabitur his facultas; ut in opticis nervis. Hæc denique facultas principatum in animali gerens, cogitationem, intellectionem, exactumque rerum judicium complet, ac perceptarum rerum memor est. Hæc hominem Deus donavit, ut summo merito homo inter animantia cætera, divinum animal, multiplex, plenum consilii & rationis à Platone*

& Cicerone sit nuncupatus.

Facultatem animalem dividimus in sentientem & moventem. sentientem, in internam, & externam: rationisque participem; & rationis expertem. Internam in cognoscendi, & appetendi facultatem. cognoscendi iterum dividimus in imaginationem, cogitationem, & memoriam. Externus autem sensus fungitur suo munere vel contrectando, ut gustus & tactus: vel corporis interventu sentiunt, ut auditus, visus, olfactus.

Divisio facultatum animaliū. Interni. Externi.

Est ergo sentiens facultas, quæ rerum omnium extra nos positarum varietates & discrimina dijudicat & discernit, in cerebro residens. etenim rerum omnium ideas, characteres, & quasi umbras sensuum famulatu haustas contemplatur, discernit, & dijudicat. Omnium enim sensuum imagines huc ad sensum communem feruntur; quemadmodum ex peripheria circuli lineæ omnes in centrum fluunt. sic & à sensibus quidam meatus patent, per quos accepti rerum characteres & ideæ quasi vivæ imagines & umbræ rerum, ad cerebrum affluunt. Harum rudex & æstimator est sensus communis. Instrumentum primarium hujus facultatis est spiritus animalis, qui ex vitali fabricatur, quum per venas jugulares &

Sentiens vis communis. Spiritus animalis.

arterias carotidas, per regionem cervicis, in contextum admirabilem, qui in cerebro est, delatus, vi cerebro ingenita, in animalem vertitur spiritum. ibi novo fulgens decore, ad omnia munera sentientis facultatis apte instructus, officia sentientis animæ per sensus exequitur externos; ut visum, auditum. Plato in dialogo De natura, dicit: Quinque quum sint externi sensus, duo sunt crassissimi, tactus terreus, & gustus aqueus: duo tenuissimi & purissimi, tributi elementis purissimis, visus igneus, & auditus aëreus: inde fit ut illis maxime delectetur corpus, his mens. odoratus medius est naturâ inter utrosque; qui nullo elemento tribuitur, sed substantiæ cuidam mediæ inter elementa: scilicet halitui. Fit autem halitus cum aut aër in aquam, aut aqua in aërem transit. *Hæc Platonis sententia hac ratione stabilitur: Tales sunt sensus, quales sunt res ipsis subjectæ: nam analogiâ illis respondere debent.*

Odoratus.

Auditus. *Formatur auditus, cum auris ab ictu aëris sonat: hoc est, cum auri ab ictu invehitur aër sonans: qui blande ferit & concutit ingenitum auri aërem, ut ea motione totus strepat & personet. ille aër ingenitus in imo auris anfractu sedens, mem-*

nembrana crassioris meningis involvi-
tur, in quam membranam auditorius
nervus fusus explicatur, qui exceptum so-
num ad communem sensum defert qui in
cerebro est.

Odor fit, cum per aërem aut aquam fu- Odor ut fiat.
sa qualitas per nares ad cerebrum evehi-
tur.

Visio formatur, cum illustratum me- Visio.
dium, ut aërem, rei color afficit: qui aër
imaginem oculo imponit, & per opticos
nervos in cerebrum ad communem sen-
sum fertur. Pulchre Plato in Timæo, de-
finit, colorem flammam à singulis cor- Color quid.
poribus emanantem, habentem apti-
tudinem ut à visu commode sentiatur.
Hac definitione indicat Plato, colorem esse
natura fulgidum: fulgor autem est igni-
torum corporum. Celeberrima quæstio in
hac arena versatur: ob dogmatum va-
rietatem & auctorum gravitatem, Num
visio fiat foras è conspectu erumpente lu-
mine, quod cum externo junctum coëat.
Talis fuit Platonis sententia in Phædro,
ubi hanc luminum coïtionem vocat
συμφυΐαν, hoc est junctiuram, coitionem.
Eleganter hac de re Galenus septimo de
Dogmatibus Hippocratis & Platonis, &
primo De symptomatum causis, & Ma-
crobius septimi Saturnalium decimo-

quarto: Gellius vero, quinti libri decimo sexto, & Valesius libri secundi vigesimo sexto: & Fernelius, sexti decimo. Hos locos consulant qui quæstiunculis delectantur. nos, in Institutione hac, instituti nostri memores, hæc aceidimus. diverticula hic vito; ne filum nostri instituti confundatur, & tenebræ ne finem medicinæ, ad quem hæc confero, involvant à lectoris oculis. Nam hoc solum hic mihi studium est, ut hoc brevi scripto discat lector, quo spectent cuncta quæ in medica arte traduntur, utque illa uno quasi intuitu conspiciat, totamque œconomiam medicam complectatur.

Gustus. *Gustatus oritur quum liquidi quid spongioso linguæ corpori admovetur, mox ejus imago ad communem sensum ut spiritus animalis fertur. Quare sicca, quæ fundi nequeunt, sensus saporis non percipit: ut illis quibus causo implicitis lingua torretur arida.*

Tactus. *Tactus fit, cum tactilis qualitas cutim ferit.*

CA-

CAPUT VI.

De Sensibus internis, & num fascinatio & miracula fiant imaginatione.

DE *externis sensibus hactenus : jam de internis agendum, qui suum domicilium in cerebro habent, scilicet de Imaginatione quæ phantasia dicitur, cogitatione, intellectu, memoria. Sensus,* Gal. 1. De sympt. caus. *dicit Galenus, magis consistit in patiendo quam in agendo : quare dicimus omni sensui esse commune, ut perpetiendo sentiat. Etenim quodque sensus instrumentum mutari debet & affici à qualitatibus corporis. ut si paries à me videbitur, oportet ut oculus, ejus imaginem excipiat ; quare tunc patitur aliquid & immutatur oculus. Verum hæc alteratio non est* 7. De Plac. Hippoc. & Plat. *sensus, sed alterationis dignotio & perceptio, id est, cognitio & apprehensio. quum scilicet facultas quæ in nervis est, affectiones quæ instrumentis sensuum contigerunt, in cerebro sedenti primario sen-* Phantasia, *sui renunciant. Ille tunc imagines ante se positas inspicit, maxume quum turbulenti spectrorum & imaginum incursus à sensibus hausti feriantur. tunc enim vires suas colligens, sibi hanc operam navat*

primarius sensus, ut quæ altius infixæ fuerunt imagines promat: indeque imaginatrix surgens facultas, illa spectra & imagines fingit ac expoliri satagit. Avicenna & Algazelus tantum huic phantasiæ tribuunt, ut & miracula hæc edi existiment; his ducti rationibus: Anima est forma materiæ expers, intelligentiis, quæ sunt orbium cœlestium motores, proxuma. Hæc autem anima vi imaginationis ita excoli potest, ut non in sibi datum corpus solum, verum in quamlibet materiam sine instrumento aliquo agere possit; homines sanare, illisque rursus morbos inferre; elementa spoliare naturali vi, ut nec ignis urat: prophetare: miracula edere, cum scilicet imaginatio extollitur benigno siderum concursu. Si tunc vehementi imaginatione, Saturni, Iovis aliorumque planetarum intelligentiæ imagines hauriantur; sic enim reddi animam nostram intelligentiæ imaginem, ideoque omnem materiam ei parere. Imaginatio est actus animæ simulachra sensibus apprehensa intellectui repræsentans; eo fine data à summo Deo, ut simulachra à sensibus accepta servet in illorum absentia, illaque cum opus est intellectui repræsentet. *Non ergo impellit corpus, nisi quatenus imaginis objectione*

Miracula num imaginatione edantur, & fascinum.

Quid imaginatio, & eius vis. & nũ mira faciat. & num fascinet.

ctione appetens excitatur ad fugam vel amplexum rerum. Sed illa miracula admiranda imaginationi tribui non possunt, cum conceptæ illæ imagines, res nullæ sint, sed rerum veluti umbræ, quales in speculis apparent. Non enim sunt veræ formæ, ex materiæ potentia enatæ; etenim ab his res denominari solent. Sed in speculo quod lapis apparet, non lapideum propterea speculum vocamus, nec medici cerebrum ægrum, cum morbum imaginatur, dicitur. & forma omnis vera, cum subjecto cui inest ostendi potest. hæ imagines in minima pupillæ parte totæ insunt; quare plurimum à formis materiæ inhærentibus, & ex ea eductis differunt. Præterea, omnia generant sibi similia, vel deteriora; nec res naturalis potest quicquam supra suam naturam producere. Hæc autem simulachra non sunt res veræ, sed rerum effigies & umbræ. Itaque & hoc solum possunt agere, significare nimirum, figurare, repræsentare. ut ducis imago nihil idem potest quod dux, exercitus instruere, in hostes educere, opem ferre; sed repræsentare solum ideam. Sic in speculis nulla fit alteratio ob res, hoc est, ob imagines conceptas; ita nec imaginatio nos mutat: est enim à summo Deo condita Imaginatio, ut repræsentet & exprimat

mat significando. Quoc si ergo in corpus cui inest nihil agit, quomodo ergo in alienum? Accedit etiam illud ab omni sæculorum memoria confirmatum, quod solæ illæ actiones extra efficiens aliquid efficiũt, quæ in effectore non manent, sed transeunt in passum. sed imaginatio est actus manens in imaginante, quippe sensio quadã est, nec mutat aliquid, quemadmodum oculus non mutat parietis quem inspicit colorem. Effigies itaque in phantasia receptæ nihil aliud faciunt quam referre & repræsentare. id ex eo patet; Quod animal hujusmodi phantasmata nec intra se amplectitur, nec refugit, sed res ipsas extra se positas persequitur, quæ quodam charactere expressæ fuerant. Dicit Pomponatius Imaginatio in conceptu est efficax. est enim idea, ad cujus exemplar virtus formatrix fœtum effingit. sic pannos pavonibus obtendunt varie pictos, ut pulli varient coloribus. Respondemus, externus calor incubantis pavonis non præbet formam, sed calorem roborat atque auget internum: alioqui nec ex anseris ovo incubans gallina excluderet anserem. Dicit iterum Pomponatius, liberi similes sunt parentibus: id fit ex imaginatione. Respondemus, id fieri vi seminis; etenim animalia quæ pollent vi imaginandi,

pandi, caca quamvis fuerint, tamen patribus similem prolem proferunt. Sic in hominum vita evenit: sæpe procreatur qui caseũ abominetur, quamvis id nunquam in mentem matri venerit, quod scilicet avus aut proavus eundem caseum fastidierint. Quare non imaginationi, sed semini id adscribendum. Sic & calculosi & podagrici nascuntur ex seminis inquinamento, dicit Pomponatius. fœtus tamen afficitur à matre; igitur imaginatio in alienum corpus agit. Respondeo, fœtus non est diversum corpus, nam eodem sanguine & spiritu alitur, & cum mollis massa sit, facile signatur: at quum adultior fuerit, rarissime notatur. etenim tunc ex repentina mutatione interficitur vel ejicitur. Accedit & illud, quod subiti erroris notas potius quam rerum petitarum signa excipiat fœtus: at in illis trepidationibus, spiritus non inserviunt imaginationi: subito enim motu trepidat exculsum animal, antequam imaginetur. Quare ea nota sunt à spiritibus, & non ab imaginatione. Dicet quis: Observatum est, anus solo intuitu vel imaginatione infantulos nulli alii causæ obnoxios vertisse in tabem. Respondemus, id non fuisse vi imaginationis, sed propter crudelem trucemq; aspectum, unde fœdo

illo

illo intuitu terrentur infantuli, ac motis ſpiritibus ægrotare incipiunt, maxume ſi languidior fuerit puer, minimeque alacer. Sed dicet quis: Plinius & Plutarchus de mulieribus Thybis mira narrant: & id facere videtur Plinii opinionem probabilem, quod geminas habeant in ſingulis oculis pupillas illa venefica. quod & Cicero, ut teſtatur Plinius, aſſeruit. Reſpondemus; geminam pupillam non plus poſſe ſimplice, niſi quod geminam recipit ſpeciem ejus rei quam inſpicit; quam tamen ſpeciem, anima unam unius rei ſpeciem judicat. & in nobis nervi optici, per quos ſpiritus vectores facultatum feruntur, gemini ſunt. Sed illi oculi geminis pupillis fœdi ſunt in turpi vetula, hinc trepidationem majorem inferunt puerulis: quemadmodum & bubonum oculi coruſcantes in tenebris cordatos quoque viros terrent. Sed dicet quis: Scripſit Plutarchus, charadrium avem (quam ictterum putant, alii galgulum, Hadrianus Iunius Rupicem vertit) ab ictterico viſam, croceam bilem ad ſe trahere, morboque laborantem liberare. Plutarchus eodem loco putat, invidiam imaginatione proprium tabefacere corpus, & etiam contaminare alienum: cauſamq; harum rerum refert ad effluvia, quæ ex tali ſurgentia

7. Lib. 2. 5. Symp. 7.

Charadrios.

7. Problem. 7.

entia corpore, ad alios & perveniunt, liosque ladunt. Respondeo; quamvis haradrios avicula attraheret bilem, tamen non liberaret à morbo; qui est obstructio & intemperies hepatis. Et quomodo effluvia ad se traheret charadrius, etenim oculis connivet, & caput sub alis condit? Sed dicat quis: Imprimunt fascinatores imagines dirarum imaginationum suarum spiritibus, unde fomitem fascini aliis invehunt. Respondemus, Vt Solem relinquente nihil lucis in aëre remanet, sic nec spiritus ab anima deserti, quicquam ejus habent luminis: ut cuneus ab artifice relictus, nullam cudendi vim habet.

Cum igitur imaginatrix facultas simulachra à sensibus hausta diu retinet, primarius sensus illam vim promit quæ dicitur cogitatio, quæ imaginum varietates discernit ac dijudicat: cumque exacte eas distinxit, tunc in opus erumpit conservatrix earum facultas quæ illas cerebro imprimit citra materiæ ullum vestigium, diciturque memoria, quæ hæc spectra aliquando inspicit, & se certo aliquo tempore ea vidisse meminit. Sunt itaque hæ, nempe imaginatio, cogitatio, memoria, facultates primarii sensus, nobis cum belluis communes. at bellua nihil

Cogitatio.

Memoria.

hil his sortiuntur præstantius.

Cum autem his cogitationibus, & etiã vigiliis & laboribus exhauriantur spiritus animales, his DEUS *Optimus Maximus vinculum injecit, nempe somnum. quod est vinculum primarii sensus: quo primario sensu sopito, & reliqui externi sensus consopiuntur. ab Aristotele definitur, facultatis animalis quies. hoc est, sensus communis vel primarii Finis somni, est restitutio virium & spirituum per vigilias exhaustorum. Causam materialem somni non videtur satis descripsisse Aristoteles, ut qui potius comatis quam somni attulerit. horum tamen summum discrimen est apud medicos: nam à somno quis facile excitatur: coma vero est inexpugnabilis dormiendi cupiditas. Causa materialis somni est suavis & benigna sanguinis & spiritus vitalis anathymiasis in cerebrum delata, qua ad instaurationem virium & spirituum fruitur. cerebrum etenim ab inopia spiritus animalis se colligit, primum sensitivum, & avide rapit illam anathymiasin. ut somnus nihil aliud sit, quam id tempus quo suo pabulo nempe anathymiasi illa fruitur cerebrum, quam vertit in spiritum animalem. etenim si quis continuo vigilet, exhausto cerebro & absumptis spiritibus, fa-*

Sõmum.

Causa somni.

6. Epid. 5.

cile

ile in delirium, & ſiccam cerebri intem-
eriem is incidit, quam κατοχὴν vocant.
lauſa autem tres ſuavem ſomnum pro-
rre ſolent, vaporis ſomniferi ſuavitas,
rebri temperies, & mentis tranquilli-
us.

Appetendi quoque facultas animalibus Appetitus.
eſt. qua nihil aliud eſt, quam cum co-
noſcendi facultas rem quam ſalutarem
bi objectam judicavit, eam appetit inte-
ore quadam animi agitatione; unde im-
ulſum animal eo movetur, ut optata con-
quatur, & amplectatur. eaque vis ma- Motrix vis.
ix vocatur, qua ſpirituum opera ſua
unera exequitur, qui in prima parte
rebri elaborati, hinc ad poſteriorem
rtem delati in ſpina medullam labun-
r, ac motum prabent.

Hac de facultatibus cognitio medico Vtilitas notitiæ elementorum, Temperamentorum, & Facultatũ.
dignoſcendum, pradicendum & cu-
ndum neceſſaria eſt. Velim profecto,
er legendum medicorum ſcripta, perpe-
o cogitet ſtudioſus, quamnam ad medi-
am faciendam, illa, cui inhiat, lectio,
ferat utilitatem. Quam hic ita habe-

Deſcripſimus primum breviter ele-
nta, ex quorum concurſu temperamen-
enaſcuntur corporis totius, & ejus par-
m. Ex temperamentis naſcuntur nu-
tii ſucci, & humores: ex ſuccis, ſemen

geni-

genitale: ex semine & sanguine corporis partes, & calidum innatum, spiritus, & facultates animi: & ex horum commoderatione sanitas; horumque ex dissidio, morbi eorumque causæ. Propterea discimus historiam concurrentium elementorum, ut sciamus, ex horum concordi pace temperamenta consistere, ac sanitatem: ex horum vero discordia temperamenta perverti, & sobolem morbosam subnasci, adeo ut etiam succorum vincula laxentur, & calidum nativum una cum facultatibus opprimatur. Deinde temperamentorum œconomias discimus, quo temperie totius corporis cognita, & partis quæ obsidetur peculiari natura perlustrata, rite remedium, quod morbus evocat, in usum vertatur. Nam, ut docet medendi Methodus (cujus munus est, omnia quæ discuntur in medicina, ad usum caute vertere) cum quis æger est à toto corpore vel vitio partis, illa ægritudo ejusque causa indicat contrarium remedium, quo morbus, hoc est intemperies, vel infarctus, vel tale aliquid, ejusq; causa exigatur. Cum id jam decretum est ex lege Methodi medicæ, quo remedio nimirum contrario fugari debeat morbus & ejus causa, hoc non sufficit ad curandum, sed reliquæ indicationes una ad censum hunc vocandæ.

Quare

Quare medicus inſpicere debet temperamentum totius corporis, & partis afflictæ: num ſcilicet ſint illa paria remedio quod morbus ejusve cauſa poſtulat. Accîdet itaque aliquid temperies à decreto jam remedio; vel admittet jam à morbo quæ petitur remedii quantitas. &, ut hoc recte fiat, propterea ediſcimus temperamentorum hiſtorias. non, ut male olim fiebat in ſcholis, propterea, ut de temperamentis diſſeramus, (in quorum explicatione mille quæſtiunculas inferebant profeſſores, ac à vero eorum uſu abducebant juventutẽ,) ſed ut decretum morbo morbique cauſæ contrarium remedium corpori adhibeatur, examinato eo ac efformato ad corporis partiſve cui adhibetur, temperiem. Præterea horum neceſſaria eſt ſcientia, ad dignoſcendum, & præſagiendum: dum notamus quæ temperies quibus morbis morbificiſve cauſis facile pervertatur: ac quantum à nativo genio abierit corpus & pars. Deinde, ut ad uſum facultatum veniam earumque functionem, ita etiam de his ſtatuendum, nos eas diſcere, non tantum ut illas noſcamus, & de illis diſſeramus, ſed ut ad dignoſcendum, prædicendum, & curandum eas conferamus. Nam ex his innoteſcet nobis ægri vis. Itaque cũ morbi natura perveſtigata fuerit,

ejus-

ejusque causa cognita, illis medicina opponet contrarium remedium. Sed hoc non satis est ad medendum: sed opus est ut à morbo ejusque causa decretum remedium limetur à temperamento totius, vel partis ægræ, ut jam diximus, & dein etiam à viribus; Hæ noscuntur ex facultatum functionibus. Itaque num contrarium hoc remedium, quod etiam corporis totius & partis ægræ temperies jam admisit, vires etiam ferant, decernendum est ex facultatum jam explicatarum functionibus fractis, vel vegetis. quare harum historia nosci debuit. Dein, in morbis, ad noscendum, quæ pars ægrotet, facit facultatum cognitio. & ad prædicendum; nam vires cum morbo semper conferuntur dum hoc agimus. Ita etiam, quæ jam De humoribus dicemus, ad medici exercitationem per morbos abducemus. Qui autem scire velit, quo modo hæ facultates se fundant per singulas partes, & in quibus præcipue partibus singula harum vires exerceantur, legat pulcherrimos Galeni libros De usibus partium humani corporis.

I. HEUR-

I. HEURNII INSTITUTIONUM MEDICINÆ

LIBER IV.

DE HUMORIBUS.

CAPUT I.

Quid sit humor, & quot sint; Qui, & ubi gignantur; Quales nutritii sint humores: & de sanguine.

HIPPOCRATES *libro De natura humana postea quam demonstrasset, omnibus rebus quatuor elementa esse communia, nempe calidum, frigidum, humidum, & siccum; aliud præterea elementorum genus nos docuit, quod omnibus rebus non est commune: nimirum humanæ naturæ peculiaria elementa, sanguis, melancholia, pituita, & bilis. De his humoribus hic ac indaganda: quid humoris nomine intelligamus: quot & qui illi humores sint: quis eorum in corpore usus: & quæ*

Quid perpendendū de humoribus.

quæ eorum propriæ dotes.

Quid sit Humor.

Humores sunt substantiæ humidæ, ex eorum, quibus vestimur, & poculentorum mistione genitæ, ut exhaustum in corpore resarciatur.

Quot & qui.

Sunt enim corpori familiares; ab his enim, ut dicit Hippocrates, constituti sumus & alimur. Hi sunt quatuor, Sanguis, Pituita, Bilis, Melancholia. Hos Hippocrates demonstravit omni tempore, omnique ætate in homine esse; etsi alii aliis temporibus uberius vel parcius dominatum teneant.

Vbi gignãtur, & unde.

Hi humores gignuntur ab hepate, ex chylo, vi ventriculi præparato; sola materiæ & coctionis varietate distincti. Nam quæ pars chyli temperatior est, in sanguinem ab hepate vertitur, quæ modum ubique excedit, flava bilis; quæ mediocritatem non attigit, pituita; quæ vero ex coctione subsedit, melancholia dicitur.

Qualesnam-nutritii sint humores.

Humores hi universum ut corpus recte alant, rite comparati esse debent in substantia, qualitate, quantitate, loco, & mistione: certos enim in his limites habent, quos si desiderant, morbos præbent. Habent enim humores ambitus certos in calore, frigore, siccitate & madore, tenuitate, lentore, & in mixtione, ut eleganter demonstravit Hippocrates libro De veteri medicina. Sic bilis effluens ex proprio loco, erysipelata

ſipelata generat, & herpetes: pituita, œdemata: melancholia, cancros, ſanguis effuſus in pulmone, tabem. Chylus ex ventriculo ad hepar per meſaraicas venas labitur, ibique dum mutatur, ob venarum anguſtias quæ per hepar ſpargũtur, proxume carnem hepatis attingit, & hæmatoſios vi, quæ in hepate reſedit, in ſanguinem transformatur: ſunt enim illæ venæ tenues admodum, hinc facile his ſubſidiis ab hepate coquitur.

Sanguis duobus modis intelligitur: primo, pro omnibus quatuor humoribus qui in venis continentur, quibus apertis effluit ſanguis quatuor humoribus prædi- Sanguinis vox homonyma.
tus, totum corpus nutriens. Secundo modo ſumitur pro puro illo & ſincero humore, qui proprie Sanguis dicitur; *ab aliis tri-* Sanguis qualis.
bus humoribus ſecretus. de illo hic agi-mus. Hic eſt ſubſtantia mediocri, me-dia craſſitie, colore rubeo, ſapore dulci, quia à calore moderato genitus: cali-dus & humidus. *Quod autem Galenus aliquando dixit, ſanguinem inter cunctos humores eſſe calidiſſimum: id ita accipiendum, niſi bilis permiſta fuerit copioſiſſimo ſanguini, nutrire non poterit. Ergo omniũ ſuccorum qui corpus nutriunt, ac partes calidioris temperiei efficiunt, ſolus ſanguis eſt. Vere creſcit: nam, dicit Hippocrates,*

ver ejus naturæ affine: argumento, quod eo tempore hominum vividus color maxume efflorescat, tum & dysenteriæ & hæmorrhagiæ eveniant. Si autem sanguis putredine, vel alterius materiæ mistione ab his qualitatibus abeat, vitiosus dicitur: nam fit vel flavior, vel tenuior, vel calidior, vel amarior, vel salsior, pituitosior. Aristoteles ex Hippocratis libello De corde, sanguinem frigidum existimavit: ubi dicit Hippocrates, Sanguis natura non est calidus, ut nec alia quæpiam aqua, sed calescit. quasi dicat, sanguinem tantum calere spirituum permistione, alias natura frigidum; quia dicit Aristoteles, sanguis etiam effusus coagulatur in aëre calido; coagulatio est à frigore & siccitate. imo, inquit, sanguis calet, ut in lebete aqua fervens. Respondeo cum Galeno, non tantum frigida congelari. ut pix & resina monstrant. sed id si detur, Aristoteles tamen eam congelationem rejicit in fibras sanguinis. Quod ait sanguinem calere à corpore, quemadmodum aqua ex lebete; id hoc argumento labefactatur: quia detracto sanguine corpus refrigeratur, lebes effusa aqua non. Dominatum sanguinis indicat color faciei rubicundus; habitissima constitutio corporis, sine multa copia adipis; miti & halituoso calore perfusus;

Sanguis frigidus Aristoteli.

Gal. de temperamentis.

2. De part. animalium 4.

Copia sanguinis notæ.

ab

ab exercitio inturgescens; animus hilaris; venæ tumentes: suppressa evacuatio sanguinis; oculorum venæ rubentes; sudor copiosus. hæc de sanguine.

CAPUT II.

De Pituita.

PITUITA naturalis, substantia est lenta, colore alba, insipida, frigida & humida. *Talis pituita naturalis nullũ habet receptaculum quo expurgetur: quia alterari desiderat, non vacuari: & frigidas partes alere potest, ut cerebrum: tum in sanguinem versa, calidus partibus in alimentum cedit.* 2. Natural. facult. 3.

Vsus pituitæ.

Ex pituitoso cibo in ventriculo generatur. tamen inde non seruitur, quod in hepate non gignatur. nam in fœtu qui utero gestatur, tota sanguinis massa ab hepate est, nec quicquam à ventriculo. Vsus pituitæ est hic: nisi enim pituita reluctaretur, in animantis corpore, incendio bilis consumerentur omnia, quod enim in universo est aqua, id in animantis corpore est pituita. Vnde nascatur. 1. Natural. fac. 3. & libro De atra bile.

Vsus.

Est pituita triplex: alia ad nutrienda apta, quæ alimentaria dicitur, cum sanguine mixta; & in tota ea sanguinis massa, est pars quarta: alia supervacanea, Triplex pituita.

nea, quæ aut naturalis, vel præter naturam. Naturalis supervacanea, (ut quæ in capite, ventriculo, intestinis hæret) nulla putredine fœdatur. intestinis data, ne perpetuo bilis incursu (nam tertio fere die se folliculus fellis in intestina exonerare solet) intestina erodantur, nimisque stimulentur. Præter naturam est acida, & salsa: ambæ in venis consistentes. acida, nimio frigore talis evasit, non quemadmodum vinum; nam quæ à putredine ita acescunt, servant quoddam ἐμπύρευμα: tale nihil est in acida pituita. salsa, calida est, fit ex pituita putredine, vel ustione, vel ex mistione salsi & serosi humoris, vel bilis ustæ. Extra venas est aquea pituita; & alia vitro similis, & muccosa, vi caloris genita, quæ cum vi detinetur in aliquo loco, acerbissimos dolores invehit, ita ut Galenus calculo se laborare, cum hæc illi molesta esset, putarit. quæ vitrea, si iterum vi caloris coquatur, gypsea dicitur, quæ in calculos & tophos abit in arthriticis. Acida frigida est, hinc aquea, dein vitrea. Signa luxuriantis pituitæ observantur ex rebus naturalibus, ut temperamento totius & partium principum: à facultatibus omnibus; & à rebus præter naturam, ut morbis: & rebus non naturalibus, ut aëre, cibo, potu, motu, quiete,

Naturalis pituita supervacua.

Supervacanea præter naturâ.

Aquea pituita, & vitrea.

2. De locis. aff.

Gypsea.

Signa pituitæ copiosæ.

quiete, somno, vigilia, retinendis; & animi affectibus. Cum hæres conspirant ad pituitæ generationem, tunc ea luxuriat. Segnes facit, obesos, somnolentos, colore non roseo, stupidos atque iis, ut Cicero ait, animæ pro sale, veluti suibus data est.

CAPUT III.

De Bile.

BILIS substantia est tenuissima, levissima, reliquis humoribus veluti flos vini supernatans. *colore naturali est citrina, qualis color cernitur in malo citrio: calida & sicca: sapore amara: genita ex calore hepatis, & chyli materia ad flammam paratiore. respondet æstati, isto argumento, quod tunc morbi biliosi corpora nostra affligunt; ut febres ardentes, & vomitus biliosi. Omnia in corpore nostro gelido stringerentur rigore, nisi flava bilis obstaret. frigidiores partes calefacit, partibusque calidioribus una cum sanguine nutrimentum præbet: sanguinem fluxum reddit, ut prompte venas trajiciat.* Natura bilis. Usus.

Bilis autem duplex est: Alia ad nutriendum apta, quæ dicitur Alimenta- Duplex bilis.

ria, utilis, imo neceſſaria omnino. Alia ſupervacanea, quæ aut naturalis aut contra naturam. Alimentaria bilis eſt quarta pars ſanguinis, quæ in venis eſt tenuiſſima. craſſiores ſanguinis partes attenuat, ut prompte per venas pervehantur: partesque frigidiores calefacit. Si languidior fuerit calor, bilis pallida generatur, quæ ad citrinum colorem non ſurgit, utpote non ſatis excocta; cumque vi fracti caloris à ſanguine ſecerni nequeat, vertitur in ichoroſam humiditatem: hinc febres ſynochi non putridæ. Bilis hæc alimentaria non naturalis redditur vel propriæ ſubſtantiæ corruptione: (unde herpetes, tertianæ febres, & ardentes) vel alienæ ſubſtantiæ permiſtione (ut bilis ſanguinea, pituitoſa, melancholica.) Hinc bilis quædam crocea, rubea, viridis & ad nigredinem tendens.

Bilis nutritia.

Pallida bilis.

Varia bilis

Supervacua naturalis bilis

Bilis ſupervacanea naturalis eſt ea quæ à folliculo attracta, naturali modo extra venas ſubſiſtit, genita ex toſta bile alimentaria quæ in venis continetur, & proprio ductu in inteſtina evacuatur, ut ea vellicatione ad egerendum excitet, & ut detergat pituitam muccoſam quæ eſt in inteſtinis.

Bilis præter naturam quadruplex.

Bilis præter naturam eſt quadruplex: vitellina, porracea, æruginea, & iſatodes.

des: ut enim varie torretur, ita & multifariam coloribus insignitur. Vitellina similis est ovi vitello veteri & crudo; estque flavior, calidior, crassior flava bile: oritur ab ustâ flavâ bile, caloris vi. hinc ex flavo, igneum colorem; & ex tenui substantia dissipata vi caloris, crassiorem suscepit consistentiam. Vnde cum flava bile sit calidior, non videtur Avicenna recte contendisse hanc fieri, quum misceatur portio pituitæ, flavæ bili; quia esset frigidior flava bile. at omnes medici calidiorem dicunt. Galenus dicit pallidam bilem fieri, cũ miscetur flava bilis aqueæ humiditati: vitellinam vero consumptæ humiditate aqueæ. Plato in Timæo, liquidum ichorem vocat hanc aqueam humiditatem. Diocles antiquus medicus dicit, omnibus humoribus peculiarem ichorem adesse; eo ichore quum spoliatur bilis, vi caloris, vitellina redditur. hæc est sententia Galeni. Quod vitellina bilis non oriatur ex mixtione pituitæ, ut putat Avicenna, his rationibus convincitur. Vitellina bilis est crassa & summe flava, ergo non fit permistione pituitæ; nam hæc pallidiorem redderet. pallidus color species tres auctione diuersas sub se habet; harum summe intensam ξανθὴν, hoc est, flavam vocant. colorem lumine remis-

Vitellina.

Contra Avicennam.

6. Epid. 2, 38.

Ichor.

Vitellina bilis unde.

Pallidus color.

sum ὠχρὸν, *hoc est, pallidum: medium* πυῤῥὸν, *quod est ruffum, vocitant. Singulique suum ambitum habent ad inferiores gradus. Plato in Timæo demonstrat* πυῤῥὸν, *hoc est ruffum, ex flavi & fusci contemperatione produci: pallorem, flavi & albi copula generari. Cumergo Galenus vitellinam bilem* ἀκρῶς ξανθὴν, *hoc est summe flavam vocat, non ea fiet ex pituitæ mistione. Hæc vitellina bilis in venis generatur & in hepate: at porracea, aruginosa, & isatodes frequentius in ventriculo oriuntur. Porracea, porro similis, oritur ex cibis calidis in ventre corruptis, nec in chylum abeuntibus: ex eduliis malis, ut à brassicæ, betæ, & olerum usu. Aliquando tamen in venis gignitur, & decumbit in ventrem. Itaque calorem indicat præter naturam, vel olerum naturam. Quare sæpe, at non semper, nascitur in ventriculo. Æruginosa ferri æruginis similis, gignitur ex corruptis eduliis, vel ex vitellina bile nimium adusta. Quare vitellina bilis & porracea cum in ventriculo generantur, nascuntur ex corruptis eduliis: cum in venis, oriuntur ex vitellina usta. Isatodes cæruleo colore est obscuriore, ex æruginosa magis adusta oritur, ut testatur Galenus secundo Prognostic. aphorismo trigesimo nono. Avicen-*

Vitellina ubi gignatur: & ubi aliæ.

Porracea.

Aeruginosa.

Isatodes.

na

na Zinariam bilem statuit barbaro nomine, tam alienam à natura, ut sit in venenis. dicit etiam ex porracea generari, quum adeo torretur ut in albedinem abeat, quemadmodum in carbonibus evenit. Sed id absurdum: esset enim humor, sine humiditate actu & potentia; non magis humor quam calculus. Signa abundantis bilis elucent ex rebus naturalibus: hoc est, temperamento totius & partium, calido & sicco, quique calido sunt hepate. à facultatibus naturalibus, vitalibus & animalibus. à rebus non naturalibus, ut est aër, potus & cætera talia: & rebus præter naturam, ut morbo. ex solemni evacuatione suppressa.

Zinaria bilis.

Signa luxuriantis bilis.

CAPUT IV.

De Melancholia.

MELANCHOLIA *est triplex: Alimentaria, & supervacanea: quæ aut naturalis, vel præter naturam.* Alimentaria ad nutriendum apta, est quarta pars sanguinis crassior, acerba, frigida, & sicca, quantum humoris indoles ferre potest. *Servit alendis membris frigidis & siccis, qualia sunt ossa; & vinculo quasi retinet spiritus & calorem, ut*

Alimentaria.

fiant constantes nec evanescant. unde hi
7. Physic. prudentiores, ut scribit Aristoteles. est enim, auctore Avicenna, spiritus & caloris vinculum. dicitur succus melancholicus, non atra bilis. Hujus succi duplex in corpore est finis, unus τῶ εἶ ἁπλῶς, alter τῶ εὖ εἶ, hoc est, ut sit animal simpliciter, ob fibras: & ut melius sit. Nam fibrosa siccaque partes hoc nutriuntur cum affuso sanguine: & retinet spiritus & calorem. maxime per corpora circumfluit autumno.

Supervacanea. 2. Nat. fac. 9. Supervacanea melancholia qua naturalis dicitur est crassior fax sanguinis: à liene prolectatur, ac ventriculo confert ad retentionem, & ad famem excitandam.

Alia est prater naturam, qua atra bilis dicitur. Galenus secundi naturalium facultatum ultimo, dicit, huic nullum nomen inditum fuisse, nisi quod eam quidam radentem & acidam appellarunt: quia acris fit in modum aceti, corpus & terram radit, & ebullitione fermentat terram. nam dicit, ex ustione acredinem ascivit, ac in cinerem quasi abiit. nam naturalis supervacua est quasi fax non usta, at hac, quasi usta fex. Est que triplex, vel ex vitellina bile, vel ex sanguine, vel ex melancholico succo nascitur. Galenus libro se-

Atra bilis triplex.

cundo

cundo Naturalium facultatum dicit ori-
ri, cum vel calore uruntur, vel putredi-
ne ferveſcunt. differunt calore, ut humor
fuerit unde oriuntur. A melancholico
ſucco quæ fit atra bilis, ita differt à priſca
ſua natura; qua fæx uſta à non uſta. nam
acris evadit, & terram fermentat: non
tamen ita ut illa atra bilis quæ enata eſt
ex vitellina bile; nam ea eſt omnium peſ-
ſima: tanto malignior, quanto bilis eſt
ſucco melancholico acrior. in terram ef-
fuſa, fermenti more eam attollit & radit;
plendetque. hac in perniciem ægri ſemper
xcernitur: nã omni ſeri ſui benignitate
poliata eſt ab æſtu; quare effera, omnia
orrodit & cancroſa efficit. Quæ fit ex
anguine uſto, omnium eſt mitiſſima. vi-
e Galenum ad Aphoriſmum decimum-
uartum, libri ſecundi Prorrhœic. n: &
Hippocratem De aëribus, locis, & aquis.
Negat doctiſſimus Fernelius à ſanguine
eri. Verum Galeno ſtatuitur ea quæ ex
nguine, ſemper mitior, quam quæ à ſuc-
melancholico fit; igitur diverſa. Aëtius
iam dicit omnem ætatem quartana cor-
ipi.

Ex ſucco melanch.

E ſanguine.

Avicenna adjecit atram bilem ex pi-
uita. Reſpondet Manardus 9. epiſt. 2. &
Hippocrates negat in ardentiſſimis febri-
us, & in thorace, partium omnium cali-

Num ex pituita. 2. Progn.

dissima, atram bilem ex pituita oriri posse. Igitur nec unquam, nec usquam id eveniet: Et pueri qui epilepsia tentantur, nunquam fiunt melancholici. Equidem agnosco ex dulci pituita sanguinem, ex sanguine bilem & melancholiam gigni, & ex hu tandem atram bilem: sed, ut pituita segregata à sanguine in atram abeat, negamus. Nam quæ extreme distant, mutari in se invicem nequeunt, nisi per media. sunt autem extremi colores albus & niger. albus non nisi per pallidum, rufum, flavum, rubrum, in nigrum mutari potest. Deinde, segregata à sanguine pituita, vel resolvitur in flatus aut aquam, vel concrescit in vitream, vel gypseam, aut corrumpitur in salsam. & usta pituita nunquam acescit.

Signa sunt, hypochondrium sinistrum distentum flatibus, &c. apud Fernelium de signis; ibi omnium humorum signa pulchre refert. Succus melancholicus non concrescit: sanguis concrescit.

Propriæ itaque cujusque succi dotes, hæ. Pituitæ, ut in sanguinem coctione facescat, artusque riget. Bilis, ut excretricem vim intestinorum irritet, & à pituita ea liberet. Melancholiæ, ut acerba vi ventrem tendens, firmet, & in amplexum ciborum cogat, dum coquantur. Sanguinis,

ut nu-

ut nutriat & calefaciat : tantum enim caloris, quantum sanguinis obtinemus.

Sed dum nos hæc, quæso, memor sit studiosus, ut in exercitationem medicam hæc abducenda putet. Hoc enim scopo, nimirum ad dignoscendum corpora, signa, morbos, & eorum causas, hæc discimus. præterea ad prænoscendum, & curandum. Ab humoribus enim excretis, & ex eorum circumfluentium per corpora signis, plurimum juvamur in præsagiis, & dignotione morborum, & causis morbificis. Et in curando maxima Indicatio ducitur à causa morbifica, quæ sæpe humor. Sed perpetuo menti hæreat, duplicem quemque humorem esse, nutritium alium, alterum vero excrementitium. Profecto si Paracelsus nutritium ab excrementitio potuisset internoscere : non ita hos dilapidasset. Inspicite à vena secta elisum sanguinem, nutritios humores videbitis. Dum enim conglobata fuerit illa sanguinea massa, in supremo loco purpurascentem bilem videbitis : volvite massam, in fundo atra melancholia erit : media si inspexeritis, lenta notabuntur, pituitam vocamus ; & omnia hæc, purpureo quodam colore à mero sanguine imbuta. Vocent alii sulphur hæc, salem, mercurium, de nomine cum nullo contendo. Sed in folliculo

liculo fellis alia bilis est, excrementitia illa. an, ô Paracelse, Asclepiadum schola unquam dixit corpora ex his constare? ex his nutriri? cancros potius ex his contaminatis asseruit. Cum itaque necessaria sit medico cognitio rerum earum ex quibus constamus, & Hippocrates demonstrarit nos constare ex humoribus quos ex sanguine materno hausimus; ratum sit, necessariam de Humoribus scientiam esse. Quibus autem modis integros humores, & temperies corporis tueri liceat, eleganter docuit Galenus, libris De Sanitate tuenda, & De Alimentis: quare ego supersedeo.

I. HEUR-

I. HEURNII INSTITUTIONUM MEDICINÆ

LIBER V.

DE PROCREATIONE HOMINIS.

CAPUT I.

Quid sit Semen. Unde effluat. Mutili cur integros procreent pueros. Semen quo modo generet hominem. De muliebri semine.

DEus *optimus maximus, maris, & fœminæ permistione, novus ut fœtus soboleſceret in caduca hac mortalitate juſſit. Propterea ſemen fœcundum ut in horum corporibus adoleſceret voluit. Hoc autem ex humoribus, de quibus hactenus, primordia ducit ſua. Etenim cuncta corporis partes ſanguinem (in quo quatuor nutricios humores ineſſe demonſtravimus) ſibi dicatum prolectant: quo hunc apponant,*

Homo cõstat ex quatuor humoribus.

nant, agglutinent, & assimilent. Quod ibi tum supereſt, in seminis abit materiã. Nã teſtes, per vasa semini dicata, à vena cava & arteriis sugunt putum purumq; sanguinem; hæc iterum ab aliis venis ac arteriis grandioribus; quæ iterum ab exilibus proliciunt; quæ nutricatum deferunt singulis partibus, & ex illis bibunt id quod reſtibile eſt ex nutricatis ſolidariũ partium. Ita ex quatuor ſuccis, qui in ſemine ſunt, gignitur homo. quod ſemen cum miſceatur cum ſemine menſtruo (in quo oculis & manibus tangi poſſunt quatuor humores) quis quæſo tam veritatis oſor hos à fabrica humana ut excludat? Cuncta quæ in lucem veniunt res ex ſemine naſci videntur, cui Deus mundi architectus vim quandam indidit, qua ſpecies quæque perpetuarentur. Seminis itaque natura eſt nobis perſpicienda & vis, quo ſciamus, quomodo humanum corpus procreatum ſit. Cum autem nihil melius rei alicujus naturam aperiat definitione; eam ſcribamus duplicem: unam brevem, memoriæ accommodam; alterã, doctrinæ cauſa, paulo prolixiorem.

Quid ſemẽ, & ſignitur.

Semen eſt corpus ſpumoſum, in teſtibus elaboratum, procreandi hominis cauſa. *Vel*, eſt corpus ſimilare ſpumoſum, dilabens à toto corpore, in teſtibus

bus elaboratum, quod in uterum eja-
culatur, ut ex eo homo procreetur.
Hanc si definitionem explicavero, postea
iure supersedebo. Dixi esse corpus similare; I. De semine 5.
nam ita hoc esse demonstravit Galenus ex
sententia Aristotelis, Athenæi, imo & ex
sua. Nam qualibet vel minima pars se-
minis est semen; etiamsi quod primo pro-
dit crassius sit, quam quod ultimo.

Diximus, esse Corpus spumosum: ita I. De semine 5.
Galenus lubenter amplectitur fabulam
Veneris natæ mari spumoso. Sed qua cau- Cur spumosum semen.
sa spumescit? ut Spuma nascatur, opus
est corpulenta materia, & vaporosa: &
ut talis materia agitetur motu, vel calo-
re, vel utrisque. Semini est corpulenta I. De semine II.
materia, quia est excrementum ultimi
nutricatus; vaporosæ illi materiæ loco est
spiritus vitalis; non autem flatus: nam
si is hic esset, non seminis ejectione anima-
lia languescerent plus, quam à sanguine
effuso. calor junctus motui hic, efficit in
ea materia seminali spumam ex Hippo- Lib. De genitura.
cratis etiam sententia.

Diximus præterea in definitione, semen
emanare à toto corpore; ita loquitur Hip-
pocrates libro De genitura, semen à toto
corpore deciditur, hoc est, à solidis parti-
bus, & etiam mollibus, & ab omni hu-
mido, hoc est à sanguine, & cæteris succis.

itaque

itaque à toto corpore manat semen. Sed quo modo à toto deciditur? Galenus primi De semine undecimo, scribit semen non fieri ex colliquatione totius corporis, sed ex coctione sanguinis. At nonne bellum gerit Hippocrates cum sua propria sententia, qui ait à toto fluere semen corpore: & tamen affirmat (& vita hac hoc docet) integros fœtus procreari ex mutilis parentibus? Sed respondet Hippocrates, mutili parentes tot habent membra, quot filii integri. Quare Hippocratis sententia non fuit, quod semen à qualibet parte effluat, ea ratione ut ex digito patris gignatur digitus filii. Recte itaque accipiatur Hippocrates. Natura sagax non ex una parte principe voluit semen proficisci, ne concidat animal: sed ab omnibus. non tamen ut à brachio quod funditur semen, brachium gignat; quamvis, ut mox dicemus, similitudinis in brachio causa esse possit. Nam omne semen stabulatur in testibus, idque decus suum induit, quo prolificum evadit. Itaque cum Hippocrates scribit, semen à toto corpore venire; si intelligere id velimus de seminis materia, certe illa decidua est à plurimis partibus corporis: sed procreatricem vim bibit à testibus. Sed quo modo mutilus pater refert integri pueri membra? Quæ dico ea habet.

4. De Morbis. Semen unde effluat.

Mutili cur integros procreent pueros.

abet. quia in ſemine à toto deciduo, quod
xcultum eſt in fœcunditatem à teſtibus,
a vis indita eſt, qua totum puerum pro-
reet. Itaque non fuit hæc ſententia Hip-
ocratis, ut ſemen à toto fluens, qualibet
otius pars, progignat talem partem; ut
uod à brachio funditur, brachium gi-
nat, ut philoſophi male illum intellexere.
ed dicet quis, ſi ſemen à toto corpore deci Dubium.
itur, ergo in cunctis partibus aderit ſe-
en. itaque dubitamus, cur ſpermatica 1 De ſem.
bſciſſæ partes non revocentur: nam cum 12. & pen-
enitæ ſint ex ſemine, eo etiam nutrien- ult.
ur: cur ergo non repullulant? Cum ita-
ue hoc non eveniat; videbitur certo ſe-
en non dimanare à toto corpore. Reſpon-
emus, generatur quidem in partibus ſo-
dis ſemen; at non ea copia, qua genera-
oni par ſit, ſed nutritioni ſufficit. nec
iam vaſa habet ſemen, quo reponatur, 1. De ſem.
tam diu hærere poſſit. Vena tamen re- 13.
ſci poteſt, ob tenellam naturam; arteria
nita. Ergo ſemen non fit colliquato cor-
re, ſed à ſanguine cocto etiam in venis
æ prope à partibus ſolidis abſunt. Pro-
erea dicimus ſemen eſſe partem ſuper-
am, ratione partis producentis: nam eſt
ile excrementum.

Diximus in definitione, A teſtibus ela-
ratum. nam ibi fœcundam vim, ulti-

mum-

mumque decus induit. Nec id reclamat Galeno, secundi * De semine quarto, dum in vasis semini dicatis hoc elaborari scribit. Non enim propterea credendum est, perfectius in testibus non effingi: argumento sunt Eunuchi; nam hi, etiam illæsis vasis spermaticis, non gignunt. & his abripitur corpus in alienam qualitatem; quod insigni testium vi spoliati vivant. etenim testes non aliter vim suam trajiciunt per totam corporis œconomiam, quam vis vitalis & animalis. Vt autem hæc pars Definitionis recte intelligatur, tria enarrabo, primum, quo tempore hæc vis elaborandi semen floreat in testibus. secundum, quo modo semen alliciatur à toto corpore ad testes. tertium, num semen exacte in testibus fœcunditatem bibat. Scribit Hippocrates hanc vim in testibus efflorescere, dum hirciunt homines, hoc est ea ætate, qua vocem graviorem edunt, & venerem agnoscere incipiunt; nimirum à decimo-quarto anno. Quo vero modo alliciatur semen ad testes à toto, difficile scribi potest: puto tamen id fieri non alia vi, quam tali, qua pharmaca adducunt purgandos succos. & quare hos trahunt pharmaca? propter similitudinem qua illis consociabilia sunt. talus similitudo est inter testes & sanguinem coctum seu semen. Et ut phar-

* & 14. De usu part. 11.

Testes faciunt semen.

6. Epid. 1.

pharmaci vis venit ad humores ducendos, non aliter vis testium ad sanguinem co-ctum: nam totum hæc vis corpus pervadit, & in testibus viget sincerissima seminis qualitas. Num vero exacte in testibus fœ-cund; vi imbuatur semen, jam indagan-dum. Dicimus fœcundari semẽ à testibus, non tamen exacte. imo idonea esse debet materia ea quæ accipiet vim formatricẽ, & in testibus elaborari, quo hac vi rige-ur à testibus. Verum testes ipsi hac vi per-unduntur, à toto & à partibus principi-us, & maxime à spiritibus vitalibus. ob d scripsit Galenus, semen plene rigari ac erfundi spiritu vitali cum elaboratum st in testibus. Itaque vis illi formatrix se-nini elaborato in testibus affunditur ma-ime à spiritu vitali. Et hoc forte voluit ristoteles, ubi scribit semen esse fœcun-um propter spiritum. Fœcundum semen ntelligit, quod decoratum est vi forman-i. Sed cur ob spiritum est semen fœcundũ? uia inquit Aristoteles, in semine est vis espondens elemento stellarum: quia sicut enerat cœlum & conservat elementa; à ari hæc vis generat & conservat semen ecundum. Si itaque semen fœcundum t ob spiritum vitalem quod vis procrea-ix in semine stabulatur, itaque hæc vis fluet testibus.

1. De sem. cap. penul.

2. Generat. animal. 3.

Dixi-

Quo modo excipiatur utero.

Diximus præterea in Definitione: id in uterum ejaculari: per uterum intelligimus ejus collum & internum ſpaciũ. Semen propellitur tenſione ſpermaticorum vaſorum à viris in collum uteri mulieris, & in fundum uteri (cum concipit mulier) trahitur. At fœmineum ſemen effunditur tam in collum, quam in fundum uteri, ut teſtatur Galenus, libro de Vteri ſectione, ex anatomicorum ſententia, qui prodidere, vaſa quædam ad collum uteri deferri; alia autem, his ignota, ad uteri apices. Sed his reclamat Fernelius; nam, ait, hoc ſemen in ingravidata muliere ſi in fundum effunderetur, putreſceret. Reſpondemus: Natura ſagax tunc uteri maxime in collum effundit ſemen; & exigua pars ſeminis quæ in fundum præcipitata fuit, una cum lochiis extruditur in parturigine. quin Galenus aſſerit in ingravidatis animantibus conſpici ſemen ſuper membranam allantoiden. Poſtremo in Definitione diximus, ut ex eo homo procreetur: hic eſt finis optimus.

2. De ſemine 1.

Quo modo generet ſemen hominem. Lib. 1. de ſemine.

Sed quo modo ex ſemine gignatur homo, non convenit inter Hippocratem & Ariſtotelem. Nam Ariſtoteles putat ſemen tantum concurrere cum ſanguine muliebri ut efficiens cauſa, poſtea evaneſcere, cum officium fecit in ſanguine

men-

menſtruo elaborando. Hippocrates contra, id ponit & efficiens & materiale. idque probat initio libri De natura pueri, in genitura pſaltria, elapſa ſexto die. Sententia itaque medicorum & ipſarum mulierum eſt, cum fit conceptio, ſemen retineri in utero; dum illud totum elabitur, irrita eſt conceptio atque fruſtra. Docet Galenus, in ſemine contineri vapidam partem, & corpulentam: vapida parte, hoc eſt ſpirituoſa, concurrit ſemen activa vi; at corpulenta ſua parte, concurrit ut materia paſſioni expoſita. hac ratione fugabitis philoſophorum hac de re controverſias. Cum autem dicit Galenus muliebrem ſanguinem convenire ut materiam; ſemen, ut agens ac vim effectricem: dicere vult, quod in ſemine vis effectrix multis paraſangis excellat materiã ejus: ex adverſo, in muliebri ſanguine efficacior eſt materia, quam vis agendi. nam ſemen majori vi ſpirituum vitalium turget; non ita ſanguis.

ſemẽ concurrit active & paſſive.

14. De uſu partium 7.

1. Sanit. tuend. 2.

Hæc hactenus de virorum ſemine: jam addamus quid de muliebri. Colligimus ex Galeni libro primo De ſemine, capite quarto & quinto, etiam uſus aliquos eſſe ſemini muliebri. Ab hoc rigatur uteri cavitas; cum virile non ea copia elidatur, quâ totum uterum occupet: ſed miſcen-

De Muliebris ſeminis uſu.

scentur hæc semina in unam compagem. Vtile etiam hoc semen, ad fabricam allantoïdis tunicæ. Deinde etiam est semini virili pro esca, ineunte conceptu. per escam non verum alimentum accipe, sed quasi alimentum: nam semen non vere & exacte alitur.

CAPUT II.

De Fœtus formatione. & de Secundinis. de Temporibus fœtus. Num mas vel fœmella gestetur.

1. De semine 10. SUPEREST *ut de fœtus formatione agamus. Dicimus fœtum fabricari à formatrice vi, quam vocat Galenus vegetabile principium. Et tamen de hac vi formatrice dubitare videtur Galenus: verum secundi De temperamentis ultimo, formatricem hanc agnovisse videtur. Scribit ibi Aristotelem dubitasse, utrum hæc vis formatrix prodeat ex elementis; hoc est, num sit ex temperie calidi, frigidi, humidi, & sicci: vel num potius sit quid aliud ab elementis. Credendum est, inquit, cum calidum, siccum, humidum, frigidum, sint instrumenta fœtus formationi dicata, formam quid aliud esse ab elementis & à temperamento: & quod tem-*

temperies accedit ad fœtum efformandum ut instrumentum, & agens secundarium: sed vis formatrix hæc, prodit ex forma parentis, tanquam princeps actionis. Hæc itaque vis effingit fœtum, at non ex qua vis materia, sed ex sanguine, & utriusq; parentis semine: Et hac etiam lege, ut non cunctæ partes ex eadem materia prodeant, nec ut eodem tempore proferantur. Ne quid confundamus, primo de membranarum productione agam, quibus involvitur fœtus, mox ad fœtum me vertam.

Membranæ fœtum involventes tres.

Tres sunt membranæ quibus includitur fœtus. Prima appellatur choroides, extima omnium: hæc utero adnascitur orificiis vasorum, hoc est osculis venarum & arteriarum: quo hujus combinationis beneficio hæc membrana plurimam venarum & arteriarum sobolem accipiat. Tota hæc soboles tandem in binas venas totidemque arterias abit, quibus advehitur nutricatus fœtui. Hæc membrana non tingit totum fœtum, sed, instar fasciæ, tantum pectoris & abdominis partem. Fabricata fuit hæc tunica ex utriusque parentis seminis parte impuriore. Hujus internæ parti adnectitur allantoides membrana, quæ fabricatur ex semine mulieri solum, cum in profundum uteri projiciatur;

ciatur; & totum fœtum cingit. rigatur venis & arteriis; quibus adnectitur secundinis, hoc est chorio. & cum secundina non involvat totum fœtum, hæc allantoides ultra chorion hæret utero, non autem adnascitur utero ut chorion, sed illi adhæret solum. Hac membrana servatur lotium. Vrinalis enim meatus prodit à fundo vesicæ fœtus, & pervenit ad cavitatem illam quam efficit allantoides & amnios. Nam tertia tunica est amnios: tenuis illa totum excipit fœtum; & jungitur secundæ tunicæ, beneficio vasorum umbilicalium. Pronascitur ex utriusque parentis semine impuriore: sed non adeo impuro ut illud, ex quo chorion. sudoris hæc receptaculum dicitur. Vesalius quartam addit tenuissimam, quæ amplectitur totum fœtum; quæ interdum prodit cum fœtu, sed sæpius cum secundinis. indusiũ vocant. usus ejus, ut sordes crassiores accipiat. Faces nullas excernit infans; nam ex sanguine puro nutritur: quare nec his tunica debetur. Hæc est Galeni sententia. qui volet accuratas de his observationes, legat Aurantium De formatione humani fœtus; qui quædam, usu secandi, in humano corpore aliter observavit, & profecto scitu digna & necessaria. Ego hic, qui depingo synopsin quasi ad lectionem veterum,

rum in Institutionibus ab eis abire nolui, quo rectius illi intelligantur. Id tamen fateor, Aurantium optime quamplurima observasse, & vere: ut ea quæ de corticosa substantia uteri dicit in ingravidatis, ego ita deprehendi sectione mulierum, & quæ de placenta uteri, cotyledonibus, de venis & arteriis uteri, vasis umbilicalibus, & de uracho optime ille in parvo illo libello De humano fœtu.

Iam ad formationem fœtus redeo. Hæc ut commode percipiantur, hac hypothesi utemur, Non cunctas particulas fœtus ex eadem materia fabricari. nam quædã verba fiunt ex solo sanguine. etenim, ut testatur Galenus, hepar & cor ex sanguine soboleſcunt. eo tamen discrimine, ut hepar ex crasso è venis effuso sanguine; cor vero ex tenui per arterias dimanante efficium sit. at cerebrum ex tenuissima parte seminis, vim ad centrum rapiente spiritu. Vnde illud observabile, Flatus natura sua ad peripheriam ferri corporis, verum spiritus, ad centrum, ob sui tutelam: nam est principium per se mobile. At crassior pars seminis ad circumferentiam propellitur, unde effingitur cranium: ut ea crassitie sua sit propugnaculum & quasi tutela tenuiori semini & spiritibus Itaque hoc ratum sit, aliquas partes ex semi-

Partes unde quæque fiant.

Gal. De format. fœtus 2. & 1. De sem. 8.

Flatuum & spirituum contrarius motus.

ne, nonnullas vero ex sanguine gramineſcere. Secundo, talem ponemus hypotheſin, cunctas partes non eodem tempore pronaſci. Cum enim ſimilitudo quædam intercedat arti cum natura, cujus ars imitatrix eſt: cumque ars nonomnes partes in fabricis ſuis ſimul abſolvat: nec naturam id facere putabimus: utpote cui illud ſtudium perpetuo adſit, ut ab imperfectis ad abſoluta prorepat. Quin uſus illum morem naturæ aperit: nam in abortivis fœtibus id conſpicuum eſt: quin dentes, & in brutis cornua poſt emicare ſolent. Quare non immerito dubitat Galenus de ſeriè filoque quo enaſcuntur in fœtu partes: & ingenuo illo verbo utitur, neſcio. Sed ſi quid veriſimile liceat proferre, dicam hepar primo, ſecundo cor, tertio cerebrum exſplendeſcere. Id puto innuere uſum partium. Nam ut genitus fœtus aleretur, non neceſſe fuit ut micarent arteriæ: quin minime viſu vel auditu opus fuit: etenim planta vitam prius vivit novus fœtus, atque ita nutritur.

Partes nō cunctæ ſimul creentur.

Propterea agnovit Galenus quatuor in fœtu tempora: quæ perpendi exacte debent. Quatuor etiam temporibus fœtus abſolvitur ex Hippocratis ſententia. Primum, dum adhuc ſemen apparet: qualem in eliſione facta à pſaltria, ideam notavit

Quatuor fœtus tempora.

tavit Hippocrates: hanc ſubſtantiam vocat non fœtum, ſed genituram. ſexto die pſaltria eam excuſſit, & characterem non ſolius ſanguinis, ſed & ſeminis præ ſe ferebat. Secundum fœtus tempus eſt, cum illa moles carnea apparet, ita ut non æque ſemen in ea conſpicuum ſit: attamen nec-dum in carnea hac mole elucent efformata viſcera, ſed rudimenta tantum eorum quædam adumbrata ſunt. Tertium tempus eſt, cum jam viſcera efformata elucent, ita ut etiam in reliquis partibus fœtus appareat conformatio; quæ tamen conſpectior exſplendet in viſceribus, quam in cæteris partibus: & hoc tempore dicitur ab Hippocrate fœtus integer. Vltimum tempus fœtus eſt, dum is movere ſe incipit: & tunc non amplius fœtus, ſed infans appellatur ab Hippocrate. Sed dices, quodnam eſt tempus fœtus, quodnam infantis? Fœtus tempus, ex ſententia Hippocratis, eſt plerumque quadraginta duorum dierum, ad ſpacium, quod longiſſimum eſt: ultra quod tempus ſi excurrat fœtus, inquit Hippocrates, graviter affligetur, ac brevi morietur. Diximus longiſſimum tempus fœtus eſſe quadraginta duorum dierum, vel, ut idem ait Hippocrates, paulo brevius, vel paulo longius. nam maſculus trigeſimo, vel vigeſimo

Lib. de ſtomeſtr., & De nat. pueri.

quinto die absolvi potest. si fuerit fœmininus fœtus, absolvi poterit trigesimo sexto die, & plerumque quadragesimo secundo. Quod longe prolixius excurrere
Puerperia. *nequeat tempus hoc, probat Hippocrates à lochiis: Nam ut lochia coacervantur in fœtus formatione, ita & in puerperio excluduntur: at quadraginta duobus diebus illis defunguntur: si vero marem pepererint, triginta diebus lochia puerperis fluunt. Et ineunte parturigine, copiose fluunt proximis diebus lochia, quæ eunte die sensim acciduntur: ita ut in fœmineno fœtu exarescant quadragesimo secundo à partu die; in masculo vero fœtu, trigesimo finiuntur. Eodem itaque modo ut effunduntur lochia, ita & coacervata fuere in primo ingravidationis tempore. Nam ineunte conceptu, coacervatio hujus excrementi fit perampla. nam exilis fœtus pauco nutricatu eget. propterea uberrime ilico à partu erumpunt lochia, & sensim sistuntur. Hæc etiam testatur abortus: nam, inquit Hippocrates, si abortiat mulier fœmellam quadragesimo secundo die, integra erit efformatio. sin marem, trigesimus dies integrum dabit. Ita habemus tempora fœtus. Hoc Carmen id fere dicet:*

Sed

Sex in lacte dies; ter sunt in sanguine terni:
Bis seni carnem: ter seni membra figurant.

Hic prima pars, exprimit genituram dictam Hippocrati seminiformem. secunda pars hic notat carniformem molem, in qua principum partium nondum conspicua admodum rudimenta: fœtus dicitur Hippocrati. tertia pars delineat tria membra, hepar, cor, cerebrum, & caterarum indest adumbratio, ramificatio quodammodo Hippocrati. Quarta designat articulata cuncta, cum jam calcitrat & movetur; dicitur puer & animal Hippocrati. Tempus vero infantis apud Hippocratem, libro De natura pueri, est, cum puer movetur. id fit in masculo, mense tertio: in fœmina quarto mense. Nam mas ex semine crassiore concrevit, unde cum citius stabilimentum sumat, etiam citius movetur, calidiore vegetioreque semine natus. Et si quid certi sit ad dignotionem gestati fœtus, num masculus vel fœmina, non rectius quam à motus principio id accipimus. Ita de tempore fœtus & pueri vere ratiocinamur, modo unicus gestetur fœtus: sed quid si gemelli? eorum procreationis causas videamus.

Tempus infantis.

Num mas vel fœmina gestetur

CAPUT III.

De gemellorum procreatione. & Fœtus in utero alimento. & de similitudine pueri cum parentibus. & cur mas vel fœmina gignatur.

Lib. de nat. pueri. & de octimestri.

SCRIBIT *Hippocrates unica venere gigni gemellos; quod in diversas uteri partes abeat semen: nam obtusos angulos cum habeat uterus, id facile veniet. Argumento sunt canes, qui unica venere plurimos fœtus concipiunt. Ita in muliere si in diversas partes se insinuarit semen satis copiosum, fient gemini membranis distincti: sin non satis copiosum in alterum sinum abierit semen, in alterum autem copiosum & fœcundum, simul procreabitur fœtus & mola, vel quid simile. Si gemini fuerint ejusdem sexus, fœtus uterque eidem secundinæ involvetur: attamen interceſſione tenuissimæ membranæ interstinguentur. Sin diversi fuerint sexus, etiam peculiares sortiuntur membranas involventes: Nam mares fiunt ex simili semine.*

Alimentū fœtus in utero. 1. De semine 7. & 5. aph. 37. De naturā pueri.

Iam de fœtus alimento. Scribit ex auctoritate Hippocratis Galenus, fœtum non solum ex sanguine, sed etiam ex lacte nutriri.

criri à sanguine, nimirum arterioso & venoso, qui à toto corpore allabitur utero. Allabitur hic sanguis longe alia ratione utero, in fœta muliere, quam cum his non ingravidatus, singulis mensibus excluditur. nam tunc exclusus à cæteris partibus, ad uterum propellitur; non autem attractus utero affluit. at in fœta attrahitur sanguis sensim singulis diebus. propterea asserit Galenus in semine vigere vim tractricem, coctricem, & expultricem. Attrahit itaque sanguinem, cujus puriore parte pro nutricatu fruitur, ac in substantiam fœtus migrat: alia pars facessit in lac, altera fœdior pars in excrementa abit. Sed quo ablegatur hoc excrementum? Duo habet receptacula. nam inter allantoidem & amnion membranas, maximeque ea regione qua effunditur urina, deponitur. alterum receptaculum est in venis corporis uteri; & in puerperio una cum lochiis excluditur. Fœtus itaque quocunq; tempore fruitur sanguine materno; sed postremis mensibus lacte etiam alitur, cum turgent mammæ.

1. De causis sympt. 2. Lib. de atra bile. 8.

Addamus jam quædam de similitudine liberorum cum parentibus. Causa hujus rei est formator ipse, qui est vis ipsa formatrix. Sed quo modo? Vt hoc eluceat, indaganda erit causa similitudinis quæ fit

Similitudinis causæ cum parentibus.

secundum speciem, dein secundum sexũ, ultimo secundum effigiem. Galenus secundi De semine secundo, quærit, cur non potius sequatur similitudo speciei patrem, cum ille robustam vim seminis effundat; sed potius matris ideam ducat? ut ex capra & ariete pronascitur hircus vel capra, non ovis. Hoc fit, inquit, quod fœtus non solum gignatur beneficio facultatis, sed etiam materiæ. & cum duplex sit principium conceptionis, agens & materiale: quamvis menstruus sanguis utroque gaudeat, materiale tamen potissimum agnoscit, & semen, agens principiũ, uberrimum sortitur. Cum itaque speciei similitudo assecla sit materiæ & substantiæ, quæ maxime in matre florent, ideo potius proles referunt speciem maternam.

2. De sem.

Alterum, cur modo mas, modo fœmella nascatur, causam esse dicit Hippocrates, robur vel infirmam vim seminis, utriusque parentis, jam commixti. Validum voco semen crassius, siccius, calidius. Si itaque mixtum semen utriusque parentis debile fuerit, tenue, aquosum, fœmina progignetur. Sin alterius parentis semen vegetum efflorescat, alterum vero imbelle; si superarit imbelle, sive ex viro sive ex muliere exilierit, fœmina fiet. si robustius superarit, mas gignetur; si utrum q3 æquali

De nat. pueri. 14. De us. part. 7.

Cur mas vel fœmella generetur.

aquali robore splendeat, fiet hermaphroditus. Monuit Hippocrates, imbelle fœmineumque semen à patre prodire posse, ut & validum ex muliere: quam vis hoc rarius fiat. Vsus hæc notavit. nam quidam mariti ex uxore solas fœmellas gignunt: cum aliis congressi, & mares procreant; quia semen meretricis hujus robustius est uxoris, & uterus calidior. ita mulier cum apud primum maritum fœminas proferret, interdum ex secundo masculos; quia jungitur calidiori mari. Quare ex semine patris producitur & fœmella: & ex matre masculus. nam ab eodem homine semen vegetum, & languidum etiam effluit in una venere, ita ut postrema ejaculatione imbecillius prorumpat semen: ut uno concubitu & masculus & fœmineus fœtus seminetur. Hermaphroditus.

Sed quænam est causa quod masculi rubent in dextra uteri parte, fœmina vere gignatur in sinistra? Quia dextra pars est validior sinistra, ob hepatis situm, & vasorum irrigationem: nam ampliores venæ dextram uteri partem pervadunt, unde calet dextra pars uberius. Præterea validius semen excidit dextris mulierum & virorum testibus. Fieri tamen potest ut à dextro teste profectum semen sinistræ uteri parti inferatur; ita à sinistro viri Cur mas in dextris geratur. Gal. 2. De sem. 5. & 14. usu part. 7. Hip. De superfœ.

teſte in dextram uteri partem elidi potepit. Vnde videtur quod uterus potior in
14. De uſu part. 2. hac re eſt ſemine: nam novem menſes is à fœtu habitatur: ſed tam diu non perennat ſemen: imo poſt ſex dies hoc commigrat in aliam ideam rubram & carneam. Itaque robuſtum ſemen ejectum in ſiniſtras, earum frigidiore habitu langueſcet ac effœminabitur: ex adverſo languidius ſemen dextris ab utero acceptum, vegetabitur ac vireſcet in virum. Attamen,
6. Loc. aff. 5. ut ſcribit Galenus, plerumque dextris mares geſtantur partibus uteri. fieri tamen poteſt, ut à ſiniſtro teſte immiſſum ſemen in dextram uteri partem procreet fœmellam: quod nimirũ valde langueat ſemen interdum, adeo ut nec vegeta uteri dextri pars in vigorem maſculum erigi poſſit: & ex adverſo evenit.

Cur gemini maſculi, vel fœminæ. Sed qua eſt cauſa in gemellorum generatione, ut nunc ambo mares ſint, nunc fœminæ, nunc mas & fœmina? Docet hoc Hippocrates, libro De ſuperfœtatione: cum nimirum ſemen valida vi nitet jam mixtum utriusque parentis, & jam ſeceſſionem fecerit in duas partes in utero; ex robuſto hoc ſemine proveniunt mares; ſin debile id fuerit, fœmina; ſi vero altera pars ſeminis evaleſcat tantum robore, mas & fœmina creabuntur. Hac etiam

unica

unica venere evenire poterunt: nam sæpe evenit ut postremo emissum semen langueat magis.

Investigandæ jam sunt causæ similitudinum & dissimilitudinum ex effigie parentum; nam hactenus de similitudine speciei, & sexus. Galenus cunctas causas ad semen refert: nam & mascula & fœminea proles, modo patri, modo matri similis evadit: modo partem aliquam refert parentum, modo nihil. Plerumque tamen patri filius similis est, ob vim masculi seminis. At cur non semper patri similis est? Hippocrates libro De superfœtatione, & De Aëribus, locis, & aquis, hoc docet: nam hæc similitudo nascitur à semine, quatenus id dimanat à tota corporis œconomia. hoc est, nonnunquam plus effluit à patre, interdum à matre. ab hac copia est hæc similitudo. Ita aliqua pars in liberis matrem refert, alia patrem, ut copiosius illud ex parentis utriusque partibus affluxit semen. Hinc est quod morbosi parentes tales etiam proles proferant, surdi surdastros, cæci cæcos. Hæc est causa similitudinis. Sed quo modo semen in causa erit dissimilitudinis? Galenus refert cunctas causas in semen. inficitur interdum semen, tempore veneris, vel ingravidationis, valida ab imaginatione paren-

similitudo effigiei.

Dissimilitudinis causæ.

parentum. ut si pater, dum hoc agit, imaginem quandam valide conceperit mente, filius hujus characterem exprimet: sin matris imaginatio fortior fuerit, hanc testabitur effigie sua foetus: ut si Æthiopem cogitet, quod de Chariclea narrat Heliodorus, quæ alba, ex Æthiopissa nata fuit. Ita ἀμέσως semini indetur talis vis. alias μέσως, per sanguinem mulieris, cum imaginatio post conceptum inficit foetum. Cum nimirum tunc imaginatio mulieris sanguinem foetus nutricium inficit: nam in eo non solum est principium materiale, sed etiam effectivum: & alumno suo imprimit hic sanguis conceptam à matre imaginem. Ita si mora petet ingravidata vehementer, vi imaginationis fortis, imprimet semini & sanguini menstruo notam. ita, ut dicit Hippocrates, si carbones petat ingravidata, & hos comedat, in capite nota erit carbonis. dicit in capite: nam ibi habitat imaginatrix.

De superfœt.

CAPUT IV.

De Fœtus conceptione. quo modo ea fiat. Semen quodnam fœcundum. quibus opus ad conceptionem.

Quid sit conceptio.

SED *videamus jam quid sit conceptio, & quo modo ea fiat.* Conceptio est vivi-

vivificatio seminis fœcundi, ad formandum fœtum. *Sufficerit illa: sed ut omnia includamus mox notanda, addamus*, Prodiens à proprietate corporis uteri; concurrente maris & fœminæ concubitu, propter speciei conversationem. *Hæc historia serie quadam à nobis explicabitur. Primo itaque indagabimus, Quomodo fiat conceptus. secundo, definitionis partes enarrabimus: nam causam insanæ libidinis, schola parcens, omittere volui. Modus conceptionis hic est, cum jungitur fœmina viro, vir ejicit semen in collum uteri: fœmina in uterum; & in ejus collum. Uteri collum tunc aperitur, & prolectat semen, ac id arctissime amplectitur. Et tunc proprietas uteri peculiaris, agens in geminum illud sementum, efficit in fœcundo illo naturæ horto unum corpus ex utroque semine, & vivum semen. Nam hanc vim à summo* DEO *habet uterus, qua robur & facultatem sopitam in semine evocet ἐν δυνάμει in ἐνέργειαν, quo expergiscatur, ut attracto sanguine menstruo, commodissimo alimento, fabricet fœtum. hoc modo fit conceptio. Inde facile definitionem intelligemus. In ea diximus esse vivificationem: Nam etiam semen foret quam maxime fœcundum, unquam tamen fiet conceptus, ni semen vivi-*

Quo modo fiat conceptus.

Explicatio definitionis.

vivificetur: vivificabitur autem ab utero foecundo.

Vteri vis

Diximus: Seminis foecundi: Etenim potis non est uterus ut quodlibet semen vivificet: sed solum id potest in foecundum. Nam foecunditas quæ habitat in utero, non infert foecundam illam amœnitatem semini, sed δυνάμει jam ante semini inerat. quæ cum sopita jaceret, debebat ab utero excitari, & vivificari. Nam creatæ virtutes, non possunt materiæ, potentiam, quam non habet ante, donare: nec sine ea formam imprimere: alioqui quidlibet ex quolibet oriretur. Id autem non fit, quia qualibet res potentiam non habet cujuslibet formæ: itaque semen debet esse foecundum. Seminis foecundi nomine intelligo copiosum, quod per uterum expandi queat, & propterea lentum, & non aquosum, ne effluat; calidum, in quo formatrix vis splendeat: quo fiat ex gemino semine corpus unum vivum, in quo sit motus principium unum, ut docet Galenus decimiquarti De usibus partium septimo.

Semē quod fœcundū. 2. De sem. 6.

8. De sem. 10.

Diximus in definitione, ad formandum foetum: nam, ut scribit Galenus, vegetabile principium est in semine: hoc est, formatrix, quæ effingit venas, arterias, nervos, ossa, & cæteras spermaticas partes. In definitione posuimus, prodeuntem vim

ex

ex proprietate corporis uteri. Hæc enim proprietas principatum gerit inter vivificandi organa: quamvis alioqui eucrasia quædam opus sit utero: hoc est, ut calidum nativum suam eclampsin ibi habeat. quod est instrumentum adjuvans: nam si intemperie valida tactus fuerit uterus, non concipiet, non aliter ac in hepate hæmatosis immemor redditur sui officii, à soluta intemperie, si stupeat calidum nativũ ejus; quod secundarium est ejus muneris instrumentum. Ita etiam in utero evenit; in quo tunc etiam retentrix vis sese erigit; & clauditur vehementer os uteri: nisi superfoetatio fiat. 14. De usu part.

Diximus in definitione, concurrente maris & fœminæ concubitu. Duo hic explicanda, Num opus sit congressu: deinde quibus ille absolvatur. Galenus secundo de semine quærit, cur opus sit fœminæ mare, cum ipsa semen foecundum gignat? Cum eodem respondemus, fœmina non solum conceptu gaudet, sed etiam foetus nutritioni vacat, hinc illi evenit copia sanguinis: sangüinis autem copia est illi à frigore: & propterea non adeo foecundum semen profert: igitur illi opus est viro. Cap. 4.

Vt autem recte instituatur hæc consociatio maris & mulieris, quædam à viro, quædam à fœmina, quædam ab utrisque Quibus opus ad conceptũ.

postu-

postulantur. A mare, temperies, & matura ætas: à foemina, ut cum menstrualis adhuc sit, illi menses non appareant eo die valide. Si enim nondum menstrualis fuerit, cum his ora venarum & arteriarum nondum pateant, adeo lævis est uterus, ut semen hærere illi nequeat: nam asperitate quadam opus est. Præterea commodam temperiem gerat uterus, vel saltem viro
5.aph.62. contrariam. Situs quin etiam orificii uteri sit rectus. Vtriusque autem ratione, petitur venusta voluptas tempore opportu-
14.De usu part.10. no. Id tempus indicat Hippocrates libro De puero, dum menses constiterint, jam
6.Epid.1. jam à purgatione solemni mensiũ. Quamvis alioqui jam, cum velitationem primam movent menses, conceptus felicitari possit: non tamen cum jam vastum impetum nacti sunt: nam abluunt unaque rapiunt semen. Post purgationem menstruam est siccior uterus, & semen avidius attrahit. Sunt tamen quædam, quæ non concipiunt, nisi cum jam jam sistent se periodicæ illæ fluxiones: nam harum os uteri à fluxione connivet valide, & non ita rectum est. Pridie antequam se sistant
3. De Republ. menses, hæ conceptui studeant. Plato vult ut viri à trigesimo ad quinquagesimum annum; mulieres à vigesimo ad quadragesimum liberis operam dent: ita fortes

reantur fortibus; nam tunc emicat ca-
idi vis. Foeminæ si senioresfuerint, illa
omœria sanguinis tabescunt; & sibi so-
um eum gignere potest calor tunc, ut eo
anguine mulier nutriatur. & juniores
um crescant, copia sanguinis etiam frau-
latur, qua & sibi & foetui ea par sit.
deo caveant mulieres ne nubant ante
ecimum octavum annum; nam vel
bortus vel mortis discrimen facile in-
urrent.

Tandem diximus in definitione, Pro- 4 De caus. puls. 2.
ter speciei conservationem. finem addi-
us, nam de re bona agimus.

LIBER V.

e signis conceptionis. De notis fœ-
cunditatis. & Num marem vel fœ-
minam gerat. & num Geminos.

DE signis conceptionis acturi, pri-
mum proponamus notas foecundita-
: dein conceptus signa; tertio signa qua
tant masculum vel foemellam gestari.

Signa foecunditatis proponens Hippo Num fœ-
ates, ait capitis lotione opus esse, utque cunda.
cetur linteis, omnis odoris expertibus: & Lib. De superfœt.
spera galbanum sinui muliebri subdat:
mane capitis verticem calfacias, dum
adhuc

adhuc cibi expers est: si galbanum olet, foecunda erit: alioqui non. Ita etiam in
3. Aph. 59. Aphorismis suffiri jubet mulierem styrace, thure, myrrhâ. si odor naves & os feriat, foecunditatem arguet. nam nulla astrictio odoram vim intercipiet: hoc est, nulla angustia, densitas aut durities occupabit uterum; quæ soboles sunt valida dyscrasia uteri. His adjicit Avicenna, ut hordeum primum maceretur urina viri, dein foeminæ: si germinat, terræ commissum, foecunditatem denotat. addit etiam, urinæ inspergi sulphur, &, si die procreet urina vermes, foecunditatis argumentum esse. Calidiores temperie, masculos ut plurimum gignunt: & quibus turget dexter testis. Num mulier conceperit, ita deprehendes. si semen non elabitur. & ab osculo uteri clauso. Sed obstetrices monendæ, mollem hanc clausionem esse debere, sine duritie oris uteri à tumore præter naturam. præterea menses consistent, sine febre & rigore; sed cum nausea, vel pica; hoc est, rerum alienarum desiderium aderit, à malis succis ventriculo conceptis. Sed dices, Affirmat Galenus quinti Aphorismorum sexagesimo, quod semicantibus mensibus utero gerat nonnunquam mulier. Imo dicimus & profluvio muliebri hanc tentari posse: nam

Et Ar. 3. De gene. animal. 5.

Num conceperit.

14. De usu part. 7. & 2. Decem. 1 5. aph. 55. & 57.

vena quæ sunt in collo uteri, interdum effundunt κατὰ illa retrimenta, quæ in uteri venis & quæ inter secundam & tertiam membranam colliguntur. ita in profluvio illo albo fit. Sed quo modo igitur sciemus, dum ita effluit sanguis, num conceperint? Hoc interno scemus ex sanguinis copia & qualitate, quibus differt pic sanguis ab eo, qui eliditur muliere à foetu libera: Quia in ingravidata, pau us & malus emanat: colore foedus; nec foetui nec foetæ utilis. Ille sanguis in ingravidatis egreditur tantum per venas olli uteri, non etiam per venas corporis teri. Præterea ex motu quoque quem mulieres sentiunt circa uteri regionem, uod concepit mulier significatio adfertur. Sed id evenit etiam ex flatibus. ve um. at tunc non erunt turgidæ mammæ um papillis. sed tument mammæ tunc emum, cum venter tumet, hoc est ultimis fere mensibus. Illud tamen videri ossit à natura alienum, mammas nimium turgere ultimis mensibus. nam cur õ potius primis mensibus surgunt mammæ? jam enim tunc circumfluit pluritum excrementitii succi. Respondemus: Primo tempore excrementum in venas teri ablegatur: & tandem, his repletis c tensis, alio sanguis truditur. accedit etiam

Gal. de Præcog. cap. 8.

7. aph. 62.

Cur mammæ turgeant, & quando.

14. De usu part. 4.

etiam tumor abdominis, qui venas jam repletas premit. Sed dicet quis, Quomodo primis mensibus uterus membranosus & tenuis tot excrementis erit par? nam tensione illa uterus tenuissimus redditur.

Vtetus mire mutatur in gravidis

Credite Aurantio & mihi, qui hoc vidi in secta gravida, uteri substantiam in ingravidatis non attenuari, ut hactenus creditum fuit, sed crassescere. imo tunc uterus à membranea substantia abit, cui similem substantiam toto corpore non invenias. Est enim spongiosa instar spongiæ, & in multos cortices divisibilis, & pervia pumicis more, si exceperis externam tunicam quæ à peritonæo est. In absoluto fere foetu uterus duorum pene digitorum crassitiem æquat. quare his etiam excrementis par erit. Cum vero tandem repletus fuerit totus uterus, pressioque abdomini ultimis mensibus à tumore adsit, quæ venas uteri comprimit repletas, sanguis alio viam affectat: & quo potius, quam ad spongiosam inanitatem glandularum, & genuinam, ob cognationem quæ illi est cum mammis, feratur? eo igitur cursum suum sanguis ille flectit. Præterea ingravidatis concavi oculi sunt & subalbidi: nam fraudantur hi animalibus spiritibus: qui cum à vitalibus fabricentur, jam non æque ad cerebrum,

sed

ſed potius ad uterum feruntur. Avicenna meminit urinæ ineunte prægnatione, ſubalbidæ, tenuis, cui grana quædam innatare dicit. ſed hoc vanum eſt: nam nec per uterum, nec per uteri venas labitur urina.

Num marē vel fœmellā gerat mulier. 7. aph. 42.

Iam pauca ſymbola dicam unde noſcamus num maſculum, vel foemellam gerat utero mater. Hippocrates libro De natura pueri, & De formatione foetus ſcribit: Si maſculus foetus geſtetur, primo intumeſcet dextra mamma; & oculus dexter vivacior erit. Cauſa eſt, quod hic maxime in dextra uteri parte concipiatur: Et colore vivaciore erit mulier: nam ſum mas nutricatum attrahat, vim illam maſculam toti corpori affundit, non aliter quam teſtes. Sed non debet mulier aliis, verum ſibi tantum comparari: hoc eſt, num ingravidata jam venuſtior ſit quam à foetu cum eſſet libera. & num eadem, qua ante, victus ratione utatur. nam ſi meliorem, jam poſtquam concepit, vitam inierit, etiamſi fœmellam geſtet, meliori colore pingetur, quam ante. ita marem gerat, & ſusque deque vivat, priſtinus color deformabitur. Sed inter cuncta, motus infantis fidiſſimum ſymbolum eſt: nam vehementius ſe movet mas: Sed & foemella interdum hoc facit.

cit: propterea prudenter subdit Avicenna, id mas facit ante quartum mensem: nam is incipit moveri tertio mense. Et mulier sentiet motum in dextra parte uteri, si sit mas; & brachii dextri pulsus validius feriet: contra, si fœmella. Addit Avicenna, dextram mammam non solum turgere, sed etiam lac fundere. Hoc, inquit, lac speculo inferes, soli expones: si id concreverit instar gemmæ, marem gerit; si diffluit, fœmellam. nam dum mas geritur, vegetat calor, unde lac crassius pronascitur. Addit Hippocrates, si lac super lactucam spargatur, si effluat, foemellam gestari denotat. &, dicit, si lac farinæ misceatur, eaque massa igni apponatur: si torreatur, marem; si dissolvatur, foemellam præsagit geri.

An Gemellos gerat.

An vero ex Gemellis gravida sit, & ante parturiginem, & in ea præsente agnosci potest. Ante, si vastus sit abdominis tumor, & illi mulieri insolens hæc amplitudo. In parturigine id notari asserit Avicenna ex umbilico primi erumpentis foetus; is si nodum habeat aut rugam, significatio fiet alterum restibilem in utero esse foetum.

CAPUT

Caput VI.

De menstruo sanguine. Et cur viri non sint menstruales. & quod mulieris sanguis sit calidior viri. Quibus non fluant menses, & quibus parcius, vel validius fundantur. Qua copia ferantur. Muliebritas quid sit.

ITA *summus* Deus *effinxit ea animantia quæ vivum fœtum edunt, ut quamplurimo sanguine circumfluant, quo dum vitalem in auram nondum conceptum tulerunt fœtum, is alatur ac crescat. Dum vero menstrualis mulier à fœtu libera & expedita est, is statis periodis, rataque vicissitudine singulis fere mensibus erumpit & sistitur.* Est *itaque* sanguis menstruus, sanguis excrementitius, qui in mulieribus non ingravidatis nec lactantibus, à decimo tertio anno usque ad quinquagesimum egreditur singulis mensium periodis, per venas uteri, quo sana degat mulier.

Diximus esse hunc sanguinem excrementitium: Nam ut semen est excrementum partium solidarum, ita sanguis menstruus est partium carnosarum excrementum. hoc est, sunt reliquiæ san- Definitionis explicatio.

guinis redundantis, quæ in mulieribus copiosiores sunt quam ad nutritionem sit opus. idque ex eventu; quod corpore prædita sint minus perspirabili, ac densiori quam par sit, ac quam viri corpus: argumentum est in venæ sectione quæ fit emissio sanguinis, quam largiorem ferunt quam viri. Variæ sunt opiniones de hoc sanguine. Breviter, ut nodos solvamus, perpendemus, duplici idea sanguinem hunc muliebrem notari; vel ratione mulieris, vel ratione fœtus. Si ratione mulieris illum intueamur, erit tota vi excrementitius. propterea si aliqua ejus moles supprimatur, hoc non sine incommodo mulieri eveniet: nam copia peccat. Dico sola illum copia primum peccare: nam tũnc qualitate alteri sanguini est simillimus. Nam est superfluitas tertiæ coctionis partis sanguineæ. Si autem præter naturam cohibeatur in denso corpore, magnas calamitates adferre solebat, dum vel ruit orgasmo concitus in partem aliquam principem, cujus officio vita carere nequit: vel dum in corpore putrescit. Alioqui sanguis menstruus non est vitiatus; imo potius benignus, purpureusque dicendus est, utpote qui fluat ex venis & arteriis. Similis enim est hic sanguis cruori mactati recens agni: consistentia me-

diocri

diocri, sapore dulci; ac in terram effusus concrescit. Nec illud rationi consonum est, sanguinem utero vel aliqua parte contineri tam diu, donec excernatur, quam toti massæ sanguineæ manet junctus: & postea, distentis sanguine vasis, per apastomosin excluditur, utpote excrementum superflui alimenti. Hanc autem excretionem promovent naturæ vis, meatuum libertas, & materiæ præparatio. Si vera contaminatus esset hic sanguis, ut quidam putant, profecto mulieres à lonis morbis exhaustæ, illum deponerent, nec eo pro nutricatu fruerentur, cum his nunc sanguis, ex naturæ lege, sistatur menstruus. Ita ratione mulieris sanguis ille est excrementitius. Si intueamur hunc sanguinem ratione fœtus, dicimus in eo esse principium non quidem procreationis, sed molis: plus enim materiæ habet quam fœtus. fertur per venas & arterias in fundum uteri, ibiq; diastole arteriarum paternarum & secretione purior factus, & alimentum vertitur fœtui. Nam in sanguine tres partes deprehenduntur. una utilis, nutritioni dicata utero conspti fœtus, & quantum ad mammas surgitur; ex qua parte lac procreatur. altera incommoda est nutritioni; hæc in uteri membranis & venis colligitur,

& in parturigine excluditur.

Cur viri non sint menstruales. Gal. 2. De sem. 5.

Sed cur viri ignorant menstruã hanc sanguinis eruptionem? Galenus scribit hanc evenire ex muliebri quadam imbecillitate. Sed quæ hæc imbecillitas, & unde? ex frigore quo illæ viros superant. hoc illud est, quod dixit Hippocrates, Mulier ambidextra non est. nam tanto calore non perfunduntur, quo utraque excellant parte. Amazones quamvis abscinderent uber dexterum, quo robur in brachium iret, tamen non potuere efficere ut ambidextræ evaderent. in causa est frigidior temperies. In viris autem calor validus gignit & exhaurit sanguinem; nam à calore tenues evanescit in auras. Sed his refragari videtur Hippocrates, qui scribit, Mulierem habere sanguinem calidiorem viro. Respondemus ex Galeni sententia, qui scribit, in maribus pulsus esse majores ac vehementiores: in fœminis esse frequentiores & velociores. Quia calor in maribus splendescit vehementius, & arterias ferit gravius. Ex adverso evenit fœminis: nam in his, ait, circumfluit sanguis excrementis plenus, cujus causa fœminarum calor eventationis indigus est. quare pulsus æquat magnitudinem atque vehementiam non passibus æquis, hoc est, frequentia & velocitate. Ex quibus

Hipp. De morbis mulierum. Mulier habet sanguinẽ calidiorem viro. Gal. 3. De causis puls. 2.

bus colligas, caliditatem bifariam occurrere, vel ut est innata, vel ut est ascititia. Certe calore innato partibus, magis viget virile corpus. inde pulsus his major ac vehementior. Sed ascititium calidum, quod nimirum micat in humoribus & excrementis, hoc vegetius micat in mulieribus. inde pulsus nactæ sunt frequentiores & velociores. Quare calore ascititio fœmina superat marem. Et passim dicit Hippocrates, virum esse calidiorem muliere. Quare illud notandum, Hippocratem non dicere fœminam esse calidiorem viro, & propterea habere sanguinem calidum: sed dicit fœminam habere sanguinem calidiorem. Alia profecto sententia est ejus qui affirmat calorem sanguinis nasci ex solidarum partium calore: & aliud is affirmat, qui asserit calorem solidarum partium auctorem sui agnoscere sanguinis calorem. Qui enim profitetur calorem sanguinis pendere ex solidarum partium calore, is asserit calorem innatum, qui habitat in solidis partibus, & earum partium solidarum temperiem (ex qua pendet calidum nativum) eo calore excellere. Qui vero pronunciat calorem solidarum partium pronasci à sanguinis calore, asserit calorem ascititium florere in eo corpore. Itaque cum Hippocrates

ſcribit, fœminam viro calidiorem, id ſumendum de advena calore. nam ait, eas calidiores (non ἁπλῶς) quod ſanguinem gerant calidiorem. Inde eſt quod maribus pulſus ſint majores: nimirum ob calidum innatum vegetius: at in fœminis frequentiores: & minores, & celeriores, ob calidum alienum. Hoc itaque calidum nativum in cauſa eſt quo minus menſtruis tententur viri.

Quibus nō fluant mēſes. 5. aph. 50. & 31.

Præterea in Definitione diximus, In mulieribus ingravidatis & lactantibus menſes non egredi: nimirum ea copia quæ fœtu vacuis fundi ſolent: ita enim accideretur puero nutricatus. Vt etiam evenit dum lac fundit: nam nec tunc large funduntur, ut ſolent alias. Nam, ut ait Plato, fucum facit natura blandum in lacte: quod, nihil aliud eſt quam albore fucatus ſanguis menſtruus: quo à crudeli cruore veſcendo hominem alienaret. Deinde in definitione diximus, A decimotertio anno menſes fluere, ad quinquageſimum. Hippocrates libro De morbis virginum ſcribit, tenellulis illis ante decimum tertium annum ductus vaſorum eſſe ſtrictiores. & hæ creſcunt, ſanguisque illis in incrementum abit. Nec vetulis: in quibus cum non ita calor floreat, ut poſſit ſanguis exhauriri: nec etiam mode-

ratus

ratus calor vigeat, sed potius frigus quoddam habeat illas, non mirum si inopia sanguinis ille fluxus arescat. Cum ponimus menstruales annos illos qui inter decimum tertium & quinquagesimum sunt, nolim ita concisim intelligi, sed plerumque id evenire. quibusdam enim emicari post decimum tertium annum, aliis à quinquagesimo cunctantius sistuntur; ut fuerit peculiaris cujusque temperies.

Quibus mulieribus valide fluant, & quibus parcius. 6. Epid. 2. 70.

Sed quibus mulieribus parcius, quibus effusius feruntur menses? Quadam candida mollesque sunt mulieres: alia aspera & fusca. Si tenellula illa fuerint, quales candida & molles, ha circumfluunt excrementis, ac his ultra quinquagesimum annum menses funduntur. at in asperis & fuscis, quinquagesimum annum menses non attingunt. Si semen virile fœmineum, vincit virile mulieris, inde nascuntur viragines, biduo menstruales, & diebus sedecim vel octodecim puerperiales. Sin viri fœmineum semen evicerit fœmineum mulieris, mulier inde sata succi plena erit triduo menstrualis; & viginti quatuor vel viginti septem puerperialis: Sin quatriduo, triginta sex: Sin fœmineum mulieris jus exerceat in fœmineum viri, inde nata erit mollissima, quam vo-

Viragines, mediocres, & mollissimæ.

cat Hippocrates ὑδατώδεα sexti epidemiorum prima. pallida hæ sunt, & menstruales quinque dierum: fereque sunt puerperiales ad quadragesimum quintum diem à partu. Has periodos nec transcendere, nec antevertere, nec inhibere debet hæc effluxio. Et puerperia exitum habeant liberalem & liberum. Addidimus in definitione, singulis mensibus hos fluere: nam inde nomen habent. Effluunt autem triũ vel plurium dierum spacio. quin saltem tres dies ut fluant, naturæ lex jubet. Scribit Paulus, quibusdam ultra duodecimum diem excurrere has purgationes. Tempus Hippocratis, ob sobrietatem, qua excrementa fugabantur, non novit in mensium fluxu spacioſius tempus quam trium dierum, aut paulo plurium, hoc est quinque dierum menstruales: Nam molliſſimæ replentur celerius; viragines autem serius: ita purgantur quidem illæ diutius, hæ vero celerius. Harum purgatio fere est bidui; illarum est quinque vel septem dierum: Moises hunc terminum statuit. Sed jam gulæ ventrique deditæ suâ inertia excrementa congerunt: Ideo nec certam mensium copiam qua ex naturæ lege fluant, docere possumus. Optima tamen mensura erit, convenienter prodeuntis sanguinis hujus * διαφορία. illa enim

Copia qua ferantur menſes.

* Hoc est, si mulier recreetur, alacriorq; inde fiat.

enim index optimus. hunc sanguine decenter ferri in substantia, copia, qualitate, tempore, & excernendi modo. Hippocrates scribit, menses elidi copia duarum heminarum Atticarum, hoc est, octodecim unciarum: paulo plus vel minus, inquit.

Diximus in definitione, Per venas uteri: nimirum quæ fundo & ejus collo inseruntur. Sed cur assuetis periodis fertur sanguis ad uterum? quia à natura hic imbecillus est, eo igitur protruditur. sed cum fœtum habet, ab eo trahitur. 1. Epid. 2. 58. & 69.

Tandem hoc adjecimus definitioni: Quo sana degat mulier, ut nimirum sanguis elabatur ex natura ductu: id cum fit, non æque morbis tentantur mulieres ac viri. nec, si his involvantur, ita in discrimen trahuntur, beneficio mensium. Ex hac itaque definitione intelligimus, menses ferri debere, si nulla sit excusatio morbi, mœroris, unde sic emacruerint ut nihil restibile in iis sit evacuandum; nulla etiam ingravidationis, lactis nutritii, aut ætatis. Illa purgatio merito muliebrium nomen habere potest. nam videtur ipsa, ipsa muliebritas, ut placet Hippocrati, cum ait; Phaëthusam, olim naturaliter menstrualem, non potuisse γυναικᾶσθαι, hoc est, mulieriscere, & mu- Muliebritas est in mensibus.

libritatem rursus nanciſci, quam prius amiſerat ex viri exulantis pragrandi
6 Epid. in fine. *mœrore, cum ei ſedulo medicatum fuiſſet ad menſtruorum ſuppreſſionem. ſed hirſuta penitus evaſit; & barbam produxit, & vocem gravem edebat. Ergo menſtruo-*
χροιὴ, quid. *rum cauſa eſt ἡ γυναικεία φύσις καὶ χροιὴ, hoc eſt natura muliebris, & color, vel potius ſuperficies perpolita & lævis. nam Pythagorei olim omnem corporis ſuperficiem χροιὰν vocabant. Fundamentum itaque naturæ muliebris eſt uterus, cui ſummus rerum opifex* DEUS *ingeneravit amorem gignendi, ac tum velut fundum concupiſcentiæ condidit, qui nutriendo contineat, & continendo concipiat, unaque fundatur cum ſemine alimentum, & per hyſtericas venas ſanguinis allapſus; unde coagmentatio eſt, ſive παρέγχυμα viſcerum, & intertexta fibris nervorum caro, unde muſculi & cutis. Etenim jecur ἡμάλλιον, hoc eſt, gratioſi ſuccei fons, affinitate quadam voluptuariæ concupiſcentiæ utero morem gerit, ac rigat ſanguine fundum matricis, concipiendo, gignendo, & nutriendo. Facit autem ipſa uteri concupiſcentia, & venus ipſa, ut viam ad uterum affectet ſanguis promptius: nam ea mulier bis vel ſæpius menſe, menſtrualis apparet, διοχμεύει, καὶ ἰμεσθμεύει, καὶ συνε-*

ἕνεκα ἀναθοί. *Periodica autem mensium excretionis causa est repletio carnium & venarum in corpore, quod est* * δυσδιαφόρητον. *Repletionem parit edacitas cum hæmatosi valida hepatis, & exigua distributio, otiosa vita.*

* Id est, vix perspirabile.

CAPUT VII.

De Partu, & quod septimestris vitalis, & cur non octimestris. & cur mulier non certo tempore pariat. puerperalia ut fundi debeant. Signa partus.

NATURALIS Partus est exclusio infantis qui in caput prodit tempestive, id agente vi uteri expultrice, eamque fœlicitante fœta & fœtu, cum utriusque salute. *Nam pariendi omnium optima ratio est, fœtu sua sponte in caput progresso: nam consectaria partes facile cum se extendant, una non ægre prodeunt: ita parentum & obstetricum votis respondet.* Quid sit.

Definitio docet tempestive fœtum prodire debere. Scribit Aristoteles, à septimo mense, ad undecimum tempestive puerum nasci. addit tamen, sæpius nono & undecimo mense nasci puerum: verum omniũ rarissime octavo. Hippocrates à septimo 7. Lib. De hist. animal.

Lib. De septimestri, & octimestri fœtu.

undecimum etiam ponit, ita ut undecimum non superet. nam, inquit, quæ putant se ultra undecimum gestare utero, falluntur à flatibus, quibus septimanis aliquot ante conceptum intumuerant. nam hæc flatuum moles, mox excipiens ingravidationem, ejus falso suspicionem ante dedit. quare censet Hippocrates, undecimum mensem superari in ingravidatione non posse.

Elegans dubitatio.

Sed quanam causa est, cum cætera animantia stata partus tempora sortita sint, mulieri vagum & incertum id evenerit?

7. Hist. animal. 4.

Animantia cetera certum tempus illud à summo DEO *ad partum habent quo jam adolevere in justam magnitudinem. ea de causa grandiora animalia, serius pariunt: nam majori spacio his opus est ad fœtus absolutionem. Eadem etiam de causa masculus citius à matrice abit quam fœmina, quod, cum calore fulgeat, uberius in se trahat alimentum: & inde citius incrementa ducit, & se movet promptius. quare tunc parturigo in procinctu est, cum maturuit in magnitudinem decentem fœtus. Præterea cum jam in suam magnitudinem adolevit nova soboles, spoliatur suo nutricatu, cum ei par mater non sit. hinc calcitrat, disruptisque membranis facit viam vi. Inde, si mentem intendas,*

Hipp. De nat. pueri.

inno-

innoteſcet, cur, præter mulierem, cætera animantia ſtato tempore pariant: Cum enim varie paſtum ineat mulier, varie etiam magnitudinem trahet fœtus, modo cunctantius, modo celerius. Bruta vero eidem paſtui perpetuo indulgent; quare ab eodem nutricatu creſcet fœtus & augeſcet, eodemque ſpacio perficietur.

Fœtus octimeſtris nõ vitalis.

Sed ſi ſeptimeſtris fœtus vivit, cur non etiam octimeſtris? Cauſa eſt, quia eodem menſe movetur, & editur. ſed novimeſtris vivit, quod octavo menſe cum moveatur, tandem nono operam dat eruptioni: itaque uno menſe octimeſtris ille non perferet geminos labores. Sed objiciet quis; Hæc ratio non omnino firma videtur: Nam ſi cæteris cunctis menſibus, quibus naſcitur fœtus vitalis, ante motu percellitur, cur & octavo qui naſcitur fœtus, non etiam ſeptimo movetur menſe? etenim qui in lucem progreditur decimo, is movetur nono menſe. Quo itaq; aucupia ſophiſtarum fugentur, ita ducemus hanc rem ex arbitrio Hippocratis: hic longâ experientiâ doctus ſcribit, in totius geſtationis hiſtoria tres quadragenarios peſſimos eſſe: primus quadragenarius eſt in primo conceptionis menſe: in hoc vehementer affligitur fœtus: ſecundus quadragenarius eſt in octavo menſe:

Lib. De ſeptimeſtri partu. Tres quadragenarii peſſimi.

hic

hic monstris & mutilatis dicatus est mensis. ultimus est quadragenarius, cum jam in lucem prodiit puer. hic quadragenarius continetur quatuor primis puerperii diebus; tunc enim incurritur variis injuriis puer, ab insolentia aëris, alimenti & tegumenti. His ita positis, cum in octavo mense vigescat vis secundi quadragenarii, qui maxime affligit fœtum, cumque hunc excipiat injuria tertii quadragenarii omnium pessimi, pessundatur infans, impar tot injuriis. Nec hoc Aristoteli pugnat: qui ait, non omnem fœtum octimestrem esse vitalem, sed in Ægypto, ubi scrophâ albâ fertiliores matres ha validos proferunt fœtus, injuriarum solemnium contemptores. Quare tempestive erumpit fœtus à septimo ad undecimum mensem. Plerumque nascuntur nono, rarius decimo, nec crebro undecimo, rarissimè octavo: nam eo mense, ni fœcundissima fuerit mater, natus moritur.

Gal. 3. Fac. nat. 3.

Diximus in definitione, Id agi à vi uteri expultrice: cum enim primum arctissime conniveret uterus, tempore parturiginis ita se laxat, ut animal totum

15. De usu part. *evomat. At quo modo illud fiat, inquit Galenus, hoc solus ille novit, cujus opera admirari possumus, intelligere non possumus. rectè Avicenna vi* DEI *excelsi illud*

illud fieri accinit, ut citra noxam uteri os ita se aperiat. certè τὸ θεῖον principatum obtinet causarum omnium, quod in hac naturæ historia potissimum eluceſcit: quod est ipsa vis DEI; ac nefas est illam ad examen vocare, nulli subjectam Categoriæ, sed omnium potentissimam.

Positum est in definitione, eam fœlicitari exclusionem, uteri excretrice, fœtu, & fœta: Nam partus pari contentione suscipitur uteri atque fœtus. Vteri quidem, nimium gravidati; propterea que sarcinam studentis deponere. Fœtus autem, nutricatu & spiritu defraudati, ob molem corpoream & cordis calorem: propterea que viam ad exitum affectantis, ubi est expiratio. quæ non erat in utero, & lactis ad nutricatum ubertas. Itaque ad partum non solâ expultrice uteri opus fuit, sed infantulus maximè operam suã adhibere debet, quo ruptis membranis, in vitales auras evadat. Quin & ipsa mater opportune suam operam admovebit nitendo: jam tunc cum laxatus est uterus, & os ejus hiatu patet: tunc intensis pressisque abdominis musculis elisioni stultium omne conferat, cum vivido quodam donatus. Merito reprehendit Galenus obstetrices, quæ primis doloribus, nondum uteri cervice patente, sedi, parturigini dicatæ, 3. Nat. fac. 2. & 12.

dicata, imponunt parturientes: quo fit, ut fracta miſella muliercula irritis conatibus tandem fatiſcant: Cum alioqui, cervice patente uteri, animosè ac ſtrenuè ad hoc bellum concitanda eſſent ab obſtetrice.

Addidimus definitioni, cum utriuſque ſalute: Nam ille eſt naturalis partus, quo non perit puerpera. Servatur facile, cum à parturigine commode feruntur lochia. Quod fit trigintaquinque dierum ſpacio, & ad quadrageſimum ſecundum. nam fœmella cunctantius procreatur, hinc reſtibilia trahit excrementa plurima, craſſiora, & frigidiora; quæ non facile excludi poſſunt. ſed interdum longe curtius finiuntur, ut mox dicemus. Sed quo modo purgari debent lochia in puerperis? primis diebus, plena manu fundantur, ad ſeſquicotylam; quæ implet uncias tredecim, & ſe pedetentim ſiſtant, dum ita duos, tres, vel quatuor dies ierint. Dum enim puerperia purgamenta ante diem ſiſtuntur, calamitoſa ſunt. Nec profuſio copioſa primis orta diebus repente ſuppreſſa, in vicem ſubit purgationi debita. Eſt enim conſentaneum, ut ſi fœta mulier fuerit menſtrualis trigeſimo quinto die à fœtu concepto, atque id ſemel tantum, integris rebus pueri; eadem fœtum enixa, pari dierum

Lochia ut fundi debeant.

nume-

numero sit puerperialis. quo exhaurian-
tur reliquiæ menstruorum in venis majo-
ribus & circa locos muliebres stabulan-
tium. Itaq; intra quadragesimum quin-
tum diem partus historia hæc peragitur,
prout periodus menstruæ purgationis bre-
vior aut longior esse solet. Nam quæ sunt
biduo menstruales, ut sunt viragines, dies
octodecim exigunt in puerperiis, quæ tri-
duo, viginti septem: quæ quatriduo, tri-
ginta sex: at menstruales quinque die-
rum, puerperiales sunt ad quadragesimũ
quintum diem à partu. Infans etiam in
naturali partu superstes sit: Itaque non Hip. libr. De natura pueri.
mole nimia aut accisa peccet. Si enim
mole nimia turgeat fœtus, ni illa quatuor
aut quinque dierum spacio evanescat,
perit puer: validam enim mutationem
is subit in tertio, ut diximus, quadrage-
nario. in utero, præter umbilicum, omnia
clausa erant; jam os, nares, nates, vesica
patent, & sua excrementa reddunt, &
umbilicus clauditur. Quare ut hæc ferat
puer, robore opus est. Quo autem robore- 1. Desinit, tuenda 1, & 12.
retur fœtus, suadet Galenus, ut ilico à par-
tu puer aspergatur sale, quo arctior super-
ficies evadat corporis: nam ita aëris in-
juriam non æque percipiet. Abluant aquâ
salsâ ilico infantem: lacte alatur optimo.
Pravum fit lac à venere: nam ejus copia

&

& qualitas nutricia, à venere corrumpitur. Copia nam sanguis menstruus ita cursum suum flectit ad uterum, qui jam mammis debebatur: quare lac tabescere incipit qualitate etiam mala, venus contaminat lac, fœdoque odore id afflat: quod illi evenit dum à testibus & utero muliebri totum corpus fœmineum alterationem quandam in venere subeat, cujus ideam sanguis lacti importat. Praterea à venere lactantes mulieres novam nonnunquam sobolem concipiunt, qua omnia lactis prædia absumit: nam & copia illi opus est; & optimam lactis partem prolectat. ita quod impurum restibile haret in sanguine, mammis conceditur solùm, cum maxima pueri calamitate. fugiant itaque lactantes fœmina venerem, quo venustiorem fœtum ac sanum quam maxime nutriant.

Compendiosa ratio historiæ partus. * Conformationis.

*Iam finem fecero, si paucis repetiero necessaria quadam de tempestivo partu. Est is tempestivus, nec ante diem, cui præeunt periodi conceptionis, * τυπώσεως, & motus. Nam concepti fœtus à virili semine utriusque parentis, propterea que suam adepti τύπωσιν die trigesimo quinto, bis tanto (hoc est septuagesimo die) moventur. Ex quo ter tanto, hoc est postquam compleverunt ter septuaginta dies gravi-*

dita-

ditatis, perfecti & vitales eduntur in lucem. Hoc est quod dicit secundi Epidemiorum tertia: Quicquid movetur septuagesimo, triplicatione perficitur. hoc est, ducentis & decem diebus: qui septem faciunt menses. unde Iurisconsultus: septimo mense nascitur perfectus partus; id jam receptum est, propter auctoritatem doctissimi viri Hippocratis. Sin verò utriusque seminis prolifici non ante quadragesimum quintum diem descripta sit τύπωσις, & expressa: non ante puer movebitur, quàm ejus temporis duplicatio nonagesimum diem absolverit. ex quo inita triplicatio & absoluta, partum edet perfectum, mensibus novem exactu, qui continent, suo velut ambitu, ducentos septuaginta dies. Itaque naturalis partus, qui verus est τέλειος, est hic, cujus inoffensa fuit gestatio, & qui exacto graviditatis tempore prascripto, sua sponte, foras affectat viam vitalis, materna & uteri virtute adjutus. Itaque nihil editur à fœta vitale, ante perfectum partum: perfectus verò est, septimo vel nono mense. Itaque cum octimestris, serius aut citius his mensibus erumpat, significatio erit aliquid sinistri evenisse fœtæ, & fœtui: quod vel septimestrem partum tardarit, vel anteverterit novimestrem. Sed cur non septimo

Partus naturalis.

mense

mense exigitur fœtus, postquam moveri cœpit septuagesimo, cum fausto pede iret fœtus à conceptione ad τέκνωσιν, & inde ad γέννησιν? remora est mœror matris interdum, qui protraxit, impressa imbecillitate fœtui, ad octimestrem hunc partum. hoc etiam fit vitio aëris & diæta. Nec etiam septimestri partu vitalis est fœtus, si partio novimestris illi debebatur. Cum mulier est propinqua partui, crebro spiritum ducit; & insolito dolore cor feritur, hoc est stomachus, ab extento infante.

5. Aph.

Signa partus.

CAPUT VIII.

De Monstris.

MONSTRA *ortus sui causam agnoscunt conceptionem depravatam; qua est vivificatio seminis depravata. opus itaque hic etiam erit concubitu, & semine, unde nascatur menstrum, & mola. Propterea jure ita monstrum definimus, quod est animal male compositum in utero. Mala enim si non adsit compositio, deformationem etiam monstrificam nesciet animal. Quare malam compositionem perpetuò sociam trahet: sive illud monstrum enatum sit ab intemperie, vel à soluta unione. Compositio mala haret,*

ret, in mala conformatione, magnitudine, numero, situ: mala autem conformatio, in superficie, figura, meatu, & cavitate. Vitium superficies facit, cum animal rugosum & inaqualitate deformatum pronascitur. In figura monstri quid gerit, cum totum corpus aut ejus pars à suo charactere abit. In meatu, ut si optici nervi clausi fuerint. In cavitate, ut si abdomen ingenti à mole turgescat. In magnitudine, ut si brachium longius aut brevius fuerit. In numero, si quatuor, vel unum adsit crus. In situ, ut si hepar in sinistris consederit: & si ossa sede suâ exuta sint. Cum autem monstrorum tam polydædala varietas ludat, quæ quæso maxima horum causa erit? eritne illa in semine, vel sanguine menstruo? Cuncti fere medici & philosophi asserunt monstra gigni vitio materiæ, & non crimine agentis. Quam ad rem hac demonstratione utuntur. Natura ducitur ab intelligentia erroris experte: itaque natura peculiari sua vi erroris est expers: quare omnis error materiæ asscribi debet. Aristoteles huic sententiæ subscribere videtur, qui ait monstra fieri materiæ vitio: & Galenus, qui demonstravit ornatum ac decus à superiori divina emanare causa; etiam materiæ deformitatem ac errorem apponit. Si tamen

Causa monstrorū

4. De gen. animal. 4.

2. Decret. 2.

tamen rem ad Lydium lapidem examinaverimus, aliud videbitur. Aristoteles auctor est, artem esse naturæ æmulam; quod hæ maxima jungantur cognatione. At ars vitia sentit & à materia, & ab artifice. similiter itaque in rebus quæ naturâ constant, vitium non solum faciet materia, verum etiam agens. Propterea scripsit Aristoteles, monstra esse naturæ errores; ut artis errores, ea, quæ male ab ea fabricata sunt. Quin Aristoteles subdit, monstra pronasci ex corruptela seminis. nonne ergo nascuntur illa vitio agentis? nam Aristotelis sententia, semen agendi vi tantum, ad fabricam fœtus concurrit, & non ratione materiæ. Si itaque, ex Aristotelis sententia, in semine vis sobolescit agens, principiumve activum; & monstra fient ex semine corrupto. itaque monstra fingentur agentis, & non materiæ crimine. Scribit etiam Galenus mole auctiore in vitio corpora esse, quæ ita increscunt, ob vegetum facultatis robur, aut ob materiæ affluxum uberiorem. at molem nimium attenuatam à fracta facultate, materiæque inedia evenire. Quare monstra concipiuntur & materiæ, & agentis seminis crimine. Nec illud inficiamur, naturam rata lege ferri, nec unquam extra recti lineam in errorem deflecte-

Lib. De causis morborum 9.

flectere, sed intelligentiâ quâdam dirigi erroris nesciâ: at non rite hinc conficias, vitio agentis nihil peccari. Quod ut eluceat, compertum esse debet, quanam sit differentia inter naturæ & artis molitionem. Cum quid fabricatur ars, illi opus est materia ex qua surgat opus, instrumento, & artifice. Si in aliquo horum vitium fuerit, culpabitur inde ars. In naturalis rei fabrica, tribus etiam opus est, naturâ ipsâ, agente secundario, hoc est, instrumento & materia. Quamvis tamen his tribus in natura, & in arte opus sit, hoc tamen discrimine differunt, quod artifex, etiam nactus fuerit commodissimam materiam, & promptissima instrumenta, in eo tamen absolutissima artis sua encheiresis quandoque languet, & deformis editur fabrica. At in rebus natura constantibus, dum instrumentum vitii expers fuerit, nec materia contumax fuerit ad typosin, necesse erit ut id quod fabricatur, venuste integrescat: nam in principe actore, nimirum natura, nefas est errorem cogitare. sed hunc agnoscit agens secundarium, nimirum instrumentum. Itaque si fœdatum fuerit malignitate quadam semen, ob calorem quem habet à delatoribus spiritibus vitalibus: cuius actio à temperie bona fœlicitatur, à

mala

mala depravatur; hic calor est agens, at non principatum agendi tenet, sed est actor secundarius, & pro instrumento est actori. Propterea vitium facit in monstris agens causa instrumentalis. Et Aristoteles prodidit, ratione loci, hoc est uteri, etiam proferri monstra: ut si uterus minor fuerit. Itaque monstra eduntur triplici vi, nimirum materiæ, instrumenti, hoc est agentis secundarii; & uteri minoris; sed raro evenit uteri vitio.

4. De gen. anim.

Quæ causa idea monstrosæ.

Sed quanam causa est quod hoc vel illud monstrum nascatur? Varietatis hujus causa est efficiens varium, veluti mala conformatio, vel vitiosa magnitudo, numerus, situs partium. Conformatio si violetur, ejus vitium conspicuum erit, in superficie, figura, meatibus, vel cavitatibus. inde si deformem sui ideam ducat monstrum, hoc ex materiæ iniquitate ortum ducere ponit. non quidem quâ hæc materia peccet copiâ, sed quia extra naturæ suæ lineam abiit materia in suæ substantiæ modo, aut qualitate. Dum ex substantiæ modo materia peccat, ut cum illa contumaciam & indomabilem quandam vim spirat deformitatis minimeque materiæ æqualis, asperitas quædam monstrosa superficiem fœdabit, nec meatus erunt meabiles, sed præter naturæ legem clau-

clausi: ita cæci nascuntur, ob densiorem materiam. Sin materia in qualitate peccet, cum nimirum intemperata illa est, præferent vitia potissimum figuræ: ita scribit Galenus, oculos maximos, qui monstri quid inde gerunt, ex materia intemperie tacta pronasci. quod de magnis ille, nos etiam de parvis parum concinne effectus. Magnitudo partium etiam monstrum effingit, cum analogia corpori cæterisve partibus non respondet. hoc evenit ex materia quæ copia, non autem qualitate in vitio est, cum illa tanta est, quanta à natura triumphari nequeat. accisa vero magnitudo, à materiæ nascitur inopia; vel, ut auctor Hippocrates, ab exili utero. nec tunc aderit figura violata; quæ si adfuerit, significationem adferet intemperatæ etiam materiæ. Vteri tamen parvitas totum infantem pusionem facit: at materiæ inopia & totum fœtum, & ejus partem attenuat. Sed dicet quis, cùm monstra nascantur diversæ speciei insignita partibus, potestne homo nasci capite vituli? Philosophi hoc negant, historici asserunt; quid dicendum? Vtrique verum profitentur: philosophi; etenim notus non est, ut homo caput vituli gerat, ita ut edat functiones vitulini capitis. historici verò exempla spectant. Numerus,

Artis med. 54.

Lib. 3. De morb. mul.

rus etiam partium præter decus luxurians, aut fraudatus, monstri causa esse poterit. id fit vel ineunte jam conceptione, ex materiæ inopia; vel à concepto fœtu octavo mense: nam eo tempore plerumque ægrotat: & mutilatur. Sed cur non aliis mensibus mutilantur? Quia, inquit, Hippocrates, si aliis mensibus ægrotaverint, moriuntur. nam aliis in mensibus non ægrotant fœtus, nisi invicta quadam causa morbifica eos fatigarit. Si numerus partium luxuriarit, ea partes referent ideam non alienam sibi à sexu, vel alienam. non alienam, ut si sextus accedat digitus manui: alienam, si hermaphroditus. Hoc fit vitio qualitatis & quantitatis materiæ, quæ non potuit commodè mitigari. Sed hæc materia vel est æque calida, vel æque frigida. si fuerit æque calida, partem superaddet ejusdem sexus, indeque surget in mare vel fœmina sextus digitus. Sin materia inæqualis fuerit, ita ut quædam calidior, alia minus calida, nascetur, ex copiosa hac materia, pars diversi generis. Situ à pravo etiam monstra nascuntur. situs malus oritur à mala qualitate, cujus ratione fit commotio, & ratione commotionis fit postea materiæ transpositio. & hoc evenire potest octavo mense: dum fœtus abs-

Hip. De octimestri & sept. part.

abscessibus tentatur. unde claudi nascuntur.

Num vero primo conceptu dum typosis fit, enata sit monstrositas, vel octavo mense, ita notabitur. Si mater referat se primis mensibus pravis cogitationibus indulsisse, vel si ipsa eo vitio tacta sit, vel si ipsa parte aliqua mutila; in prima typosi vitia induet fœtus: ita si uterus minor, cunctos tales pariet fœtus. Sin octavo mense ægrotavit mulier validè, hinc illæ injuriæ erunt. Studeant itaque fœtæ ut pravas pellant imaginationes: optimaque ut dicta fruantur. Ar. 4. gen. animal. 4. Quo ingravidationis tempore monstra fiant.

Inter monstra etiam videtur mola locum habere, inde dicta, quod characterem referat lapidis molendinarii, tardoq; quod ejus motui respondeat hæc moles. Est *autem* mola rudis indigestaque moles utero addita, quam cruditas edit semiinis atque corruptio, unde est impedita corporis partiumque discretio & accretio. *Dixi esse rudem indigestamque molem: Nullam enim gerit formam quæ speciem aliquam referat. quapropter uterus laborat tunc morbo in aucto numero: etenim illi additum est quod non deberet. Est autem hæc accretio physica, sed informis. crivit enim & crescit more tuberum, quæ ita Græci vocant: non autem stirpium,* Mola quæst. 14. Moth. 15. Anie. capite De mola.

suis partibus discretis, absolutarum. Praterea addidimus, Eam edi ex seminis cruditate & corruptione: Nam ex depravata conceptione nata fuit. Hæc impeditio discretionis, impeditio est à seminis cruditate, quod in matrice conceptum est, nec foras elapsum. Cruditati seminis, quæ in testibus ortum habuit, multum adjicit oppressio quam facit muliebris quæ in procinctu est purgatio. hæc copia sua obruit conceptum semen. Non enim à sanguine semen nutritur, dum informatur fœtus; sed à suo consociali, quod est semen alterutrum, quod dominatu regitur informantis, tum maris, tum fœminæ. Est itaque mola velut quædam μόλωσις, quod illa sit crudor quidam, quo vis exolevit gignendi ac discernendi à semine. nam καταμόλωσις Hippocrati est, à celeri motu & mutatione quiescere refrigeratum. Quare, ex Hippocratis sententia, gemina videtur causa molæ, semen scilicet crassius, & menstruus sanguis crassior, qui obruere potest ita semen, ut discretioni & accretioni operam navare nequeat. Sed Aristoteles ex solo menstruo molam compingi scribit: Nam cum inter cuncta animantia sola mulier menstruis tentetur, hæc unica tantum mola laborat. Itaque ex solo menstruo sanguine illi mola nasci vide-

μόλωσις quid. 2. Epidem. De fratre coniugis Aristæi. De morb. mul.

4. De gen. animal. 7.

videtur, & nequaquam ex semine. Recte hoc Aristoteles ducit ex suis fundamentis, quibus consentanea affirmat: qui asserebat semen solum efficientis causa ratione concurrere. Verum Hippocrates, Galenus, Avicenna existimant, eam ex semine, interdum etiam ex abundanti crassoque sanguine combinari. Si enim ex solo sanguine mola cresceret, virgines ea etiam nonnunquam turgerent; quod nunquam evenisse demonstravit Galenus. Sed jam in his contraho vela, ne extra lineam institutionum longius abeam.

14. De usu part. 13.

I. HEURNII

SECUNDA

MEDICINÆ

PARS,

ΠΑΘΟΛΟΓΙΑ.

I. HEURNII
INSTITUTIONUM MEDICINÆ
LIBER VI.
DE MORBORUM DIFFERENTIIS.

CAPUT I.
Quid sit morbus.

HACTENUS *quæ ad Physiologiam spectant enarravimus, elementa, temperamenta, facultates, atque humores; quæ res naturales à medicis dicuntur. Iam doctus artis eo nos trahit, ut de his dicamus quæ horum sanitatem evertant, quæ in hac secunda parte, nempe* παθολογίᾳ, *breviter complectemur; videlicet affectus omnes præter naturam: nam ut scribit Galenus*, initium curandi est affectus 2. Meth.
dignotio; quemadmodum finis, remedium. *Vult autem Hippocrates naturas in primis morborum esse considerandas*

Sed singulorum quia nulla est scientia, ab universis initium ducam.

Res præter naturam tres.

Res igitur præter naturam sunt tres, quæ corpus humanum male fatigant: morbus, morbi causa, & symptoma. Ut Sanitas est commoderatio seu dispositio secundum naturam, potens edere actionem per se; Ita Morbus est constitutio præter naturam corporis viventis, primò & per se lædens actionem. *diciturque morbus quasi μοῖρα βίου, fatum vitæ.*

Morbus quid. 1. Sanit. & 1. De Morborũ Diff. & 1. De symp. diff. Definitionis explicatio.

Definitur itaque morbus, Constitutio præter naturam. Constitutio rerum alia composita est ex forma & materia: alia est tantum quædam præparatio & conformatio, quam res quæque sortita est ad actiones suas commodè exercendas. Prior constitutio ex elementis & rerum formis pendet: altera, ex temperie, in partibus similaribus: in organicis verò ex structura, ut in rebus artificio confectis: quemadmodum in gladio, præterquam quòd constet ex materia & forma, requiritur acumen & durities, ut sit ad usum promptior. quæ constitutio quasi forma accidentalis est, quæ intendi & remitti potest. talis forma est morbus, non ut prior. Præter naturam diximus: nam in ametria consistit ejus forma accidentalis, ut

sa-

ſanitas in ejus ſymmetria. Dixi, corporis viventis : nam morbus cum actionem ladat, reponendus erit in ea re quæ actionem edit ; ea eſt pars corporis. igitur nec humor, nec ſpiritus, nec calculi, nec lumbrici morbi ſunt, ſed tantum cauſæ. Diximus, primò ladens actionem : excludimus cauſas morborum, & ſymptomata, levioresque affectus. Actionem ladens, diximus ; actio formæ debetur, quare excludimus materiæ vitia, ut craſſitiem, mollitiem, denſitatem : eò quod ad eſſentiam formæ nihil conferant. æquè enim culter eſt ligneus atque ferreus ; niſi quod hic diutius duret, & melius ſcindat. Materiæ vitia, quæ intemperiem ſequuntur, ſunt ſymptomata, non morbi.

Argenterius ſummis viribus utitur probare, morbum primò ladere facultatem, deinde actionem. cui reſpondemus, facultatem nihil aliud eſſe quam ſubſtantiam partium animatarum, quæ ſanitatis habitu actiones exercet. ita ut abolita facultate, actio & vita perdatur. at actione læſa non ſtatim perditur facultas. quare immediata cauſa actionis eſt ſanitas, non facultas ; & morbus cauſa eſt per ſe actionis impeditæ : Ideo medicus non curat facultatem ſed morbum ; ut in obſtructo nervo optico. Argenterii definitio.

Tria ob oculos semper habenda: corporis partes, contenta & actiones: ex his est quicquid in nobis subsistit. In partibus morbi: in contentis causæ morbificæ fere: in actionibus symptomata etiam consistunt. morbus suum ambitum habet, uti sanitas: inde graves quidam sunt morbi; quidam sunt morbi leves: ita est sanitas perfecta, & aliæ non absolutæ. Quod inter sanitatem & morbum ambigit corpus, neutrum dicitur, hoc est, nec sanum, nec ægrum; id suum quoque sortitur ambitum, ut proxume ad morbum vel sanitatem accedit.

CAPUT II.

De morborum variis differentiis, quæ ducuntur à partibus nostri corporis. Et de parte obsessa proprio morbo: & ab alieno cum afficitur.

Differentiæ morborū unde, & quot.

MORBORUM *differentiæ sumuntur à partium nostri corporis varietate, in quibus consistunt: à natura membrorum: & ab adjunctis.*

Partes autem quum aliæ simplices sint sibique similes, ex elementu genitæ: aliæ organicæ, vel instrumentariæ, ex simplicibus partibus conflatæ; hinc oritur triplex

plex morborum genus: nempe morbus similaris, ἀνεξοίκειον naturalemque temperiem pervertens partis simplicis: morbus organicus, qui instrumenti frangit proportionem: tertius morbus utrique parti communis, solutio continui dicitur; etenim incommodat functionibus partium similarium & organicarum.

Partes similares occupat intemperies calida, frigida, humida, sicca, simplex vel composita: quæ quum exsuperant, morbi sunt, & actiones lædunt. Intemperies octo morborum genera profert: quatuor simplices, ut calidos, vel frigidos, humidos, aut siccos: vel calidos & humidos, calidos siccos: vel frigidos humidos, frigidos siccos. Porrò hæc intemperies est vel cum materia, vel sine materia. Intemperies partis calida & humida sanguinis particeps φλεγμονὴ dicitur, hoc est inflammatio; si vehementi impetu incubuerit, & tumorem dederit. frigida autem & humida, pituitam conjunctam habet, unde (si tumor) οἴδημα. frigida & sicca, particeps melancholiæ, vel atræ bilis, scirrhus, si tumeat, vel cancer dicitur. At si mixti humores tumorem fecerint, genuinum nomen trahet à vincente humore, ut phlegmone erysipelatodes: œdematodes: prout cum sanguine copiosiore, & pitui-

Intemperies morbi.

pituita vel bile profusiore, collectus fuerit tumor.

Materiæ morbi an sint.

Addit Fernelius prater morbos in intemperie, materia immoderationem, & forma corruptelam. Verum qui medicinam cum philosophia conformem reddere conabitur, morbos forma vel totius substantia eos duntaxat agnoscet, qui ex incerto, seu nobis incognito intemperiei gradu, dependent. Etenim forma partium majus & minus recipere, & tot morborum variationes sine certa pernicie subire nequit. Quos autem ponit materia morbos, materia intemperiem, ejusve puritatem, vel propriam formam sequuntur; aut occasionem externam; ut callus à corpore duro.

Morbi organicarum partium.

Partes organica nostri corporis ut ritè munia sua exequantur, apte composita esse debent in conformatione, numero, magnitudine, situ & conjunctione. unde tot morborum genera in partibus organicis esse possunt.

Conformationis morbi.

Conformationis vitia conciduntur minutiùs: suntque vel in figura læsa, ut vatii, vari, capite acuminati: vel asperitate aut lævitate, ut aspera arteria si nimis exasperetur, & uterus qui aspredinem habere debet, si nimiam lævitatem nanciscatur, quâ fœtum retinere non potest. Denique in meatu

vel

vel cavitate, quæ sunt aut angustiores, aut latiores: ut quando obstruuntur venæ, aut spiracula cutis. *In numero, cum* In numero morbi. *quid redundat vel deficit: ut in manu, accesserit si sextus digitus, aut si unus desit. In magnitudine, cum diminuitur, vel augetur nimium; ut vastitas unius* M. in magnitudine. *cruris; & lingua si nimium concisa. In* M. in situ. *situ, si pars malè nectitur, locove suo recesserit, ut ossium luxatio, & linguæ vinculum.*

Tertium genus dicitur continui solu- Continui solutio. *tio. & est unionis communis: aquè partem similarem ac organicam tangit. Ex varia naturapartium quibus incumbit, diversisque ex causis, varia sortitur nomina. ut vulnus à tenuibus rebus ad secandum aptis inciditur: fractura à duris fit: caries, in osse: contractio, in nervis: fissura, in osse. sic diversa nomina sortitur soluta unitas à forma vulneris; ut vulnus profundum, latum, penetrans, rotundum, in venis soluta unitas, dicitur ruptio venæ. apertio venæ fit vel ἀναστόμωσις, quando oscula venarum aperiuntur; quum copiosus sanguis impetu affluit, unde se laxant venarum oscula; vel oscula illa imbecilla facile cedunt. Cum ob raritatem venarum sanguis exilit & exsudat à venis, dicitur διαίδρωσις, quæ etiam*

à tenuì

à tenui sanguine nascitur. ἀνάβρηξις *vel* διάβρηξις *dicitur, si venarum erosione prodit sanguis; ab acrimonia fit.*

Duplici ratione ægrotant partes.

Morbo qui parti insidet, duplex differentia à Galeno adscribitur, ut sit alter parti cui insidet proprius, alter adventitius & per consensum eam afficiens. quorum illum Primarium seu Primitivum, hunc Secundarium seu supervenientem appellare possumus. Galenus illum, affectum per ἰδιοπάθειαν *&* πρωτοπάθειαν: *hunc, affectum per* δευτεροπάθειαν *&* συμπάθειαν *appellat. Posterior hic efficacia morbi alia in parte consistentis parti laboranti impertitur, idque duobus modis, nimirum per Sympathiam, seu Progressum & communicationem, seu Concordiam, ut loquitur Plinius: aut Metaptosin seu Transitum & Translationem. Per Sympathiam morbus fit, cum superstite priori morbo, alius ab ejus fomite alteri parti imprimitur: unde ab Archigene umbra affectus vocatur, ut cum ventriculi vitio caput tentatur. ideo etiam Sympathiâ parti laboranti remedia non adhibemus. fit tamen morâ ex Sympathiâ Idiopathia: hoc est cum pars diu alterius partis vitio laboravit, diuturnitate affectum proprium contrahit, qui (ut jam diximus) propriè* δευτεροπάθεια *&* συμπάθεια *nuncupatur, &*

Nimirum Idiopathia, & Deuteropathia.

Deuteropathia duobus modis, nimirum per Sympathiam, aut Metaptosin.

Pro-

Protopathiæ opponitur. quare Idiopathia communis est Protopathiæ & Deuteropathiæ. Fit autem per Sympathiam morbus duobus modis, nempe sine materiæ communicatione, aut cum materiæ communicatione. Sine materiæ communicatione per Sympathiam tribus modis apud Hippocratẽ fit morbus; videlicet generis similitudine, operis societate, & vasorũ communione. Generis similitudine fit vomitus bilis vulnerato capite, quia dura meninx detecta & ab aëre immutata trahit ãn consensum suæ affectionis omnes membranas, unde & ventriculum. Operis societate, ut osse brachii læso una læditur & actio musculi. Vasorum communione, ut in fractura calcis apud Hippocratem, quod illa sine magna contusione fieri nequeat, eo quod fiat tantum casu, hinc chorda maxima trium musculorum suræ convellitur: inde nervi affecti cerebrum delirio afficiunt: & per venam & arteriam insignem transfunditur materia ad cor, unde febris oritur. Cum materiæ communicatione per Sympathiam quando fit morbus, Hippocrati dicitur ἐπιγένεσις, id est causæ morbificæ propagatio, ut si materia pleuritidis, superstite pleuritide ad pulmonem & cerebrum transferatur, unde peripneumonia & phrenitis. Quare omnis

Sympathia duobus modis morbũ infert, nimirum sine materiæ communicatione, idque tribus modis. Gal. in Comm. in Hist. 1. Lib. 3. Epidem.

2. De Fracturis 16.

Aut cum materiæ communicatione, & Epigenesis dicitur.

omnis epigeneſis peſſima quidem eſt reapſe, ſed multo pejor habetur, quando fit propagatio in nobiliſſimas partes, quæ habent imperium in corporis univerſitatem, & quæ mutuo datatim materiam morbificam cum fœnore communicant. Nam tunc hæc duo mutuam tradunt operam in ægri perniciem: ita in phthiſi pulmo & caput conſpirant in mortem; ille quidem caput replendo; hoc vero perennem catarrhum fundendo & pulmonem opprimendo. Per Metaptoſin autem (id eſt Tranſitum ſeu Tranſlationem totius materiæ morbificæ ab una parte in aliam) duobus modis morbus generatur: uno modo lege criticâ, ac proprie Hippocrati διάδοσις & διαδοχὴ appellatur: altero ſymptomaticâ, & propriè μετάστασις Hippocrati nuncupatur; ut cum pleuritis tranſit in peripneumoniam. Nam διάδοσις apud Hippocratem ſemper in bonam partem ſumitur; contra μετάστασις, in malam: unicus locus excipitur lib. 5. Aphor. 7. ubi in bonam partem uſurpatur. Nam Metaſtaſis eſt mutatio morbi in morbum, tranſlatione materiæ morbificæ à parte ignobiliore ad nobiliorem: ab exteriore ad interiorem: à parte quæ continetur in eam quæ continet. In hac tranſlatione pars ignobilis quos exceperat ſuccos à parte nobili (at jam morâ graviori pu-

Metaptoſis duplici fit modo; nimirũ per Metaſtaſin aut Diadoſin.

Metaſtaſis.

putredine affectos) illi refundit per Palindromen refluxus, non recidiva. Nam duplex est Palindrome seu regressus in morbis: una per Recidivam, quæ fit cum morbi exacti superstites sunt reliquiæ; aut cum causa morbifica perennis adest generatio, ut fit in hydrope per alienationem facultatis sanguificæ: altera per Refluxum, & hæc proprie Palindrome nuncupatur: cujus causa est retractio aut Orgasmus. Fit retractio, quia pars empyreuma habet superstes, cum amplitudine venarum & arteriarum, quæ vi attractrice carnes ipsas præcedunt. Orgasmi causa est materia exclusa feritas, qua tempera-mento & corruptione calida est, substantiâ tenuis, & qualitate acris, ut evenit in morbis in quibus τὸ ὀξὺ aut τὸ θερμὸν dominatur. Quemadmodum autem in tenui salutis spe tanta sæpe naturæ contentio est per Diadosin, ut mortis periculum aufe-rat; ita etiam per Metastasin frequenter tota curationis spes præciditur. Sic in angina cùm fortis strangulatio, sævique dolores cruciatus & orthopnœa, præcipitis mortis causas in procinctu stare arguant, desperatio vertitur in spem, si erysipelas in cervice & sterno per Diadosin exortum, laryngis dolorem minuat, simulque largam respirandi faciat copiam. Eadem spes

Fit per Palindromē.

Palindromē duplex: una Recidivæ.

Altera Refluxus.

Hipp. 1. De morb.

Orgasmus.

Varius in morbis eventus à diadosi, aut metastasi.

ſpes rurſum in deſperationem vertitur, ſi Eryſipelas per Metaſtaſin intrò reverſum peripneumoniam faciat, aut anginâ relapſum. Diadoſis. *Diadoſis contrario modo quàm Metaſtaſis contingit. nam fit tranſlatione materiæ morbificæ à parte nobili ad partem ignobilem: à parte interna ad externam: à parte quæ continet ad eam quæ continetur. Continet autem una pars aliam, derivatione, ſeu deductione vaſorum, & ſitu. His in tranſlatione accedunt concauſæ, meatuum amplitudo, materiæ tenuitas & quantitas, ſuſcipientis partis infirmitas, & excludentis robur. Ita à partibus noſtri corporis variæ trahuntur morborum differentiæ.*

CAPUT III.

De morborum differentiis quæ ſumuntur ab ipſorum indole.

A Propria morborum indole variæ ſumuntur differentiæ: nam inde dicuntur extremi, magni, acuti, mites: Continui, lethales, incurabiles, recrudeſcentes, periculoſi, ſalubres; manifeſti, occulti; Contagioſi, Venenati, Novi.

Morbi qui extremi. 1. Aph. 6. *Extremi dicuntur, ultra quos non ſunt alii. his adhibet Hippocrates extrema remedia.*

remedia. in his ſumma ſymptomatum adeſt violentia, ut in metaſtaſi: vel impedimentum partis principis dominantis aut miniſtrantis: aut τὸ ὀξὺ, aut τὸ δεῖν.

Magni morbi quatuor de cauſis dicuntur: quia principem partem occupant, cujus officio vita carere nequit: vel vehementiâ ſymptomatum: aut quod ſit malis moris morbus; vel quia magnam cauſam agnoſcit: ut ſenes ſi implicentur febri ardentiſſimæ, qualis juvenibus evenit, lethalis eſt; nam oritur ex immenſitate cauſæ; ſenile namque corpus frigidum. Magni qui morbi.

Acuti morbi dicuntur qui celeriter & cum vehementia hiſtoriam ſuam abſolvunt, horum non una eſt ratio. Sunt enim peracuti quidam, qui quarto vel ſeptimo, quod longiſſimum, die finiuntur; in quorum cenſu ſunt cholera, tetanus, & anginæ veræ. alii ſunt acuti ſimpliciter, qui quatuordecim diebus finiuntur; in quorum albo ſunt pleuritis & peripneumonia, lethargus & cauſos. Alii ſunt acuti non ſimpliciter, quos pragmatici vocant acutos ex decidentia, hoc eſt, ἐκ μεταπτώσεως, quod ſignificantius ad rem, verterent ex degeneratione. hi finiuntur die vigeſimo, vel vigeſimo ſeptimo, vel quadrageſimo: hunc ſi ſuperant, chronici dicuntur. Acuti morbi varii. 1. Aph. 14.

Peri-

Periculosi. *Periculosi morbi fiunt, ex magnitudine causæ, symptomatum vehementia, & curandi difficultate.*

Contagiosi. *Contagiosi morbi sunt, qui contagii seminaria quæ habent, in alium transfundere possunt.*

Et quid contagio. *Contagio est communicatio ejusdē morbi à corpore in corpus. Dicimus esse communicationem: est ergo motus. in motu hæc considerandæ sunt quatuor: id quod communicatur: corpus quod communicat: cui communicatur: & medium per quod communicatur. Id quod communicatur hic est res præter naturam: igitur vel morbus, morbi causa, vel symptoma. Hic morbi causa communicatur. quæ est corporea vel incorporea: incorporea, vel meræ qualitates, ut stupor à torpedine per tridentem piscatoris transmissa, qualitate communicatur ejus manui. sic morbi à veneno: at illi non communicantur per qualitates. Causa corporea, oportet ut illa sit mobilis loco, non solida. Igitur vel humor, vel spiritus, vel vapor contagium præbent; qui vapores & alterando interficiunt, ut alia plurima venena; quia sæpe*

Pestis Anno 1445. *moriuntur homines in peste sine ullo putrefactionis signo, ut refert Iacobus de Partibus suæ ætate accidisse. ut qui cum urinis illum accessissent, sine febre & aliquo symptomate, repente concciderent; quia alteran-*

erando sine putredine interficiebat. Alio-
qui, cum putrefaciendo jugulat, hoc mo-
do id evenire solet: vapor pestis labefactat
calorem nativum, hinc humores putres-
cunt spoliati naturæ calidique nativi cu-
stodiâ. Vt itaque fuerit validus calor na-
tivus, ita vel statim extinguitur sine pu-
tredine, vel colliquat humores putrefa-
ciendo. Quod autem certam ætatem tan- 2. Antiq. Roman.
gat hoc malum, quemadmodum Dionysius
Halicarnassæus scribit, vel quod subita
pernicie, sine ulla ægrotatione sit calami-
tosa, ut Plutarchus in vita Romuli prodi-
dit: & quod alias bruta animantia, alias
fœminas, iterumq; his fere intactis, viros
robore præcellentes invaserit: & olim, ut
scribunt Orosius & Eusebius, fœtus in
utero mulierum ac pecudum necârit: cau-
sa est, quod cordis intemperies certa, certo
inquinamento veneni respondet.

Novi morbi dicuntur, quorum causa Nov imorbi.
& natura minime nobis est cognita aut
perspecta, ut olim mentagra Romæ enata:
& carbunculus primum Romæ visus Lu Plin. 26. lib. 1.
cio Paulo & Q. Marcio Censoribus: & ge-
nursa morbus, qui digitos pedum tantum
invadebat. Sensit & nostra ætas novos, ut
sudorem Anglicum, & morbum vene-
reum, qui Apua Indorum videtur esse.

CAPUT

CAPUT IV.

De morborum differentiis quæ sumuntur à tempore, & eventis quibusdam.

A Tempore quoque morborum differentiæ sumuntur: Inde dicuntur quidam longi, quidam breves, recentes & inveterati. Diuturni sunt vel causæ magnitudine: naturæve infirmitate, quæ excutere morbum nequit: vel malæ curatione. Sunt & morbi continui, & intermittentes. Præterea morbi æstivi, autumnales, hyberni, vernales. Quidam sunt communes omni ætati & sexui, ut epidemii, endemii, sporadici. alii proprii & peculiares; ut morbi puerorum, juvenum, senum. hos describit Hippocrates tertio Aphorismorum. Sunt & connati morbi, & hæreditarii. maligni, & benigni. Maligni dicuntur, qui invehunt graviora symptomata quàm pro ratione propriæ essentiæ conveniat; vel quorum symptomata ad manifestas causas redigi nequeunt. Sunt & morbi ordinati & inordinati; crescentes & decrescentes. quique ab auctoribus nomen habent: ut ulcera Chironia, Telephia. Præterea morbi legitimi sunt & nothi. legitimi dicuntur, qui ex since-

Diuturni.

Varii morbi.

Ab auctoribus M.

sincero & puro humore coriuntur, ut ex sola bile, vel ex pituita sola. nothi dicuntur, qui ex mistis humoribus.

Hæ sunt morborum cunctæ differentiæ. sed & hi morbi variè miscentur: inde & compositi morbi dicuntur & impliciti. Compositi, qui eandem sedem occupant; ut in tumore præter naturam, inflammatio: est ibi morbus in intemperie, morbus calidus; in mala compositione; & solutione unitatis; nam eo tumore partes à se invicem discedunt. Impliciti morbi dicuntur, qui in partibus diversis consistentes uni eidemque actioni officiunt, ut pleuritis & peripneumonia: ambo enim illi morbi quamuis sedibus distincti respirationi nexii sunt.

Compositi M.

Implicati M.

Hic studiosos iterum admonitos volo: hæc ab illis disci, ut, cum homines remedia petent, consulto ea aptent morbis. quod fieri nequit, ni scias qui sint illi morbi, & cujus sint naturæ & indolis. Nam prima ad curandum indicatio ducitur à cognito morbo: is enim contrarium remedium à medico exigit. Quomodo deprehendes contrarium remedium, si nescias id cui contrarium oppones? alia morbus in intemperie; alia is qui in mala conformatione hæret; alia qui in violata unione, expetit remedia.

I. HEURNII.

INSITUTIONUM MEDICINÆ

LIBER VII.

DE MORBORUM CAUSIS.

CAPUT I.

Quid sit morbifica causa. & quotuplex. Earum divisio. quid externa, quid interna, & quæ eæ sint.

MORBORUM *differentiis enumeratis causarum eorum indago ineunda, hoc ordine. primò quæ sit hujus indagationis utilitas ostendentes. deinde quid sit causa morbi. hinc quot causarum differentia, & quæ singulis morbis respondeant.*

Utilitas. *Utilitas ejus est, ut ait Galenus, quò his cognitis ac retusis, sanitatem reducamus; quod incognitâ causâ fieri nequit. Cum enim species morbi deprehensa fuerit, ea*

elidi

elidi nequit, ni causa ejus primum exscindatur: ut docet & hæc usui accommodat Methodus medendi, At causa, ni cognoscatur, exigi non poterit. nam, cum omnia pereant à suis contrariis, quemadmodum servantur à suis similibus, contrarium causis remedium invenire debebis. At hoc nunquam poteris, ni primum id agnoscas cui opponere contrarium velis. Igitur causæ morborum disci debent.

Quid morbifica causa, & quetuplex.

Morbi causa est, quicquid ad generationem morbi aliquo modo confert confert autem quod morbum constituit, gignit, auget, conservat. Constituit morbum ipsa forma corpori impressa. gignit causa efficiens. augent eædem causæ, si perseverent. Conservant omnes causæ quæ ejusdem generis sunt cum gignentibus, sed imbeciliores quam ut augere possint. Causarum, in omnibus rebus quæ gignuntur, quatuor genera sunt: materia: efficiens: forma: & finis. nos efficientem propius persequemur; quam illa proprie corpus immutat. Hæ in externas & internas dividuntur. Externæ dicuntur quæ foras incidentes corpus alterant. prisci occasiones vocabant, quod evidenter morbos præbeant. ut qui à calore febrem incurrunt, aut à frigore consolationem: occasio ejus morbi est à calore, vel frigore. Hæc à Græcis προκαταρκτικαὶ

Divisio causarum morbificarum.

Externæ.

quasi præincipiens dicitur, & internã irritans; ab ea enim fit ferè motus initium, id quod significat προκατάρξιν. *Hæ causæ ubi morbum dederint, abſiſtunt, nec manent.* Internæ. *Internæ causæ duplices ſunt, Antecedentes, & Continentes. Antecedentes in contentis exiſtunt, ab externis ortæ. verbi gratiâ, ex pleno victu, ſanguinis copia ſuccreſcit tanta, ut venæ deducantur, unde ſanguis in latus effunditur. cibi copia eſt evidens cauſa & externa. ſanguinis copia inde orta, & venarum deductio, eſt cauſa antecedens. at effuſus in latus & putreſcens ſanguis, eſt cauſa continens.*

Humores unde labefactentur. *Contenta igitur, hoc eſt, humores & excrementa, à quatuor rerum generibus labefactari poſſunt: ſunt autem ea quæ aſſumuntur, geruntur, educuntur, & quæ retinentur. Quæ aſſumuntur ſunt, alimenta, aër, cibus, potus, & medicamenta per quæcunque loca corporis immittantur, ſive per os, nares, aures, ſedem. Quæ verò geruntur, ſunt ea quæ à nobis fiunt; ut motus corporis & animi, inſolens gaudium, amor, quies & motus. motus, ut in aëre limpido, vel putrido: quique extrinſecus adhibentur; ut balnea, frictiones, cataplaſmata, labor, vigilia, vulnerantia, periapta. Quæ educuntur, ut ſudor, urina,*

urina, & excrementa cætera: humor pharmaco excretus, lumbrici, calculi, caruncula, venus intempestiva, & immodica quæque evacuatio. Retinentur hæc eadem subinde præter naturam, pariuntque morbos, si peccent in substantia, quantitate, qualitate, agendi modo, & ordine.

CAPUT II.

De Aëre.

INTER morborum causas externas, & censum eorum quæ assumuntur est aër, qui nobis cognatus semper adhæret, & sine quo vivere non liceat. Nobis hic necessarius; ut & res omnes non naturales à medicis dictæ: nempe cibus, potus, motus, quies, somnus, vigiliæ, excernenda, retinenda, & animi motus. à Galeno autem in arte medica dicuntur causæ salubres & conservatrices: quod corporis nostri commoderationem recte accommodatæ servare tuerique possunt. Inter hos aër maxime morbos parere solet; quod eo dum vivimus necessario fruamur. Propterea nõ male dixit Avicenna, aërem nostrorum corporum & spirituum elementum esse, hoc est, veluti pabulum. etenim vita nostra nititur spiritibus. spiritus autem pa-

ſtum ineunt ab attracto aëre, ut docet
Lib. De utilit. reip. Aër qui bonus. *Galenus. quare ſanis & ægris aëris maxuma habenda eſt ratio. Aër ergo qui omnibus temperamentis ex æquo uſui futurus erit, ejuſmodi ſit oportet, ut non peccet in ſubſtantia, qualitate, agendi modo, & occaſione. talis fuerit ſerenus, purus, nitidus, tenuis, patens, nullis inquinamentis obſitus, vel putredinis corruptelâ fœdatus, vel uligine perfuſus; lenibus & ſuaviter ſpirantibus ventis diflatus, qui modice agitetur. Cui contrarius erit, qui cloacarum & paludum halitu infectus fuerit; ut olim Lerna inter Argos & Mycenas. ſic qui demiſſo loco montibus ſeptus nullum recipit perflatum: ſquallet enim ſitu, & nidorem contrahit, morbosque præbet ad pulmonem*
Lib. 1. De re ruſtica. *attractus. Hinc Columella de Catonis & Varronis ſententia, in emendo agro, aëris ſalubritatem inprimis ſpectandam docet. Nemo enim ſanus ſumptus debet in eo agro emendo facere, qui dominum ad fructus pervenire non ſinat, Aër ergo temperatus non parit morbos: omni enim tem-*
Calidioris aëris noxa. *peramento convenit. At qui calidior eſt aër, exhauſtis ſpiritibus vires dejicit; (hinc Ariſtoteles Æthiopas & qui Lybias incolunt brevis ævi eſſe ait;) urinam minuit, quia ſudores prolicit; coctionem debili-*

bilitat; bilem torridam facit, hinc morbi acuti. Frigidus aër coctionem promovet, cogendo intrò calorem nativum: humores incrassat; longos morbos parit & destillationes. Humidus aër torpidum corpus reddit, & cruditates humoresq; multos. Siccus spiritus colluſtrat, humores absumit; Attamen obstructiones præbet. Aër quem Barbari turbatum vocant, Latini impurum, fœdat spiritus & humores, nubemque & quasi caliginem iis inducit, ut scribit Galenus; quemadmodum serenus mentem exhilarat, & spiritus alit; quod innuit Hippocrates quum odores implere, oblectare, placare, conceptis verbis dixerit. Quem locum Ioannes Alexandrinus enarrans, Democritum Abderitam vitam mellis odore quatriduo sustentasse dicit; aut, ut alii affirmant, panis calentis odore, & Oribasius quadraginta dies aliquem vixisse asserit, solius mellis odore. scribendum ibi quatuor, pro quadraginta, numerorum facili lapsu.

Frigidi aëris vis.

Humidus aër.

Aër impurus.

1. Epid. 2.

6. Epid.

2. aph. 13.

Aër mutatur modo ad calidum, frigidum, humidum, & siccum. Vere temperatus est: inæqualis autumno: calidus æstate: frigidus hyeme. at hæ vicissitudines à naturæ ductu aliquando abeunt; ut ver non sit temperatum, sed imbriferum & aquilonium. sic & æstas sævit

Aëris mutatio ex anni tempore.

aliquando non ferendus ardoribus; modo humet. Id ubi evenit, Hippocrates graves morbos exspectandos asserit. at temporibus ex sua natura fluentibus, fiunt morbi non lethales sed secundi judicii.

3. aph.

Contaminatur contagio aër.

Aër aliquando contrahit squallorem atque situm, nidoribus plexus, à re tetrum spirante, ut ex sepulchris, lacunis: unde vim deleteriam contrahi nostræ naturæ adversam; à nobis contagio dicitur: Hippocrati ποσερὴ ἀπόκρισις, *hoc est, seminarium contagii, vel, ad verbum, morbida excretio vocatur. sic concluſus aër in specubus, antris, & metallariis fodinis putrescit: hinc afflatus qui certo homines interimunt. Albertus Magnus de Puteo Patavii aperto refert, qui multos auræ afflatu interemit. refert & Georgius Agricola de quibusdam fodinis tetrum spirantibus.*

Lib. De natura hum.

Ventus quid & qui. 2. Meteo. 4 3. Lib. De Placit. phil.

Ventus, soboles aëris, varie nostra corpora afficit. Est *autem* ventus, *ut refert Aristoteles*, exhalatio sicca, quam terra profundit, circum terram acta. *Plutarchus ex Anaxamandri sententia, ventum esse arbitratur aërem fluidum, à Sole ejus partibus liquatis atque fusis. Seneca esse existimat ventum, aërem in unã mundi partem fluentem.* Est *verò* ventus, exhalatio ex mari terraque hausta,

5. Natur. quæst.

quæ

quæ exprimitur aliquo, qua liberius exitus patet. *Sunt venti quidam locis quibusdam vernaculi. Atabulus infestat Apuliam: Calabriam Iapyx: Athenas Scyron: Galliam Circius: & nostram regionem λιψ seu Africus.*

Salubris regio unde, & situs habitationis.

Hippocrates libro De aëribus, aquis & locis: aëris, regionisve salubrem, morbosam, vel pestiferam naturam ex ventis, aqua & terra, locorumq; positu animadverti posse recte docuit; ut recte quomodo ad morbos inducendos aër compositus sit, scire possimus: ex aëre enim magna pars valetudinis pendet. Vnde Aristoteles, in 7. Pol. 11. *situ urbium describendo, aëris salubritatem inprimis spectandam docet, ut valetudinis incolarum prima ratio habeatur. Ea, ut scribit Porcius Cato, optuma erit* 1. De re rust. 25. *in ea regione, in qua nitent omnia, & in qua solum naturâ suâ valet. Nitor enim cœli, clementiæ & bonitatis terræ indicium præbet. Quam sententiam Catonis* 5. De re rust. 25. *Varro explicans, inter alia dicit: illas civitates quæ palustribus in locis sunt,* Palustris aëris noxæ. *obnoxias esse corruptelæ; quod in eis crescant animalia quædam parva oculis incomperta, quæ cum aëre per nares in cerebrum, & per os in corpus trahuntur, & difficiles morbos pariunt. inde Iacobus* Cap. 1. Praxis Med. *Holerius scribit, in cerebro Itali scorpionem*

nem enatum ex odore basilicæ herbæ: nam minuta animalcula ita quoque cum aëre sorbentur. Vnde Scropha, auctor, ut Varro dicit, gravissimus, oppida sublimi loco posita, affirmat salubriora esse, quam quæ in valle sita sunt; quod bestiolæ si quæ innatæ fuerint, aut efflantur, aut aretudine citò pereunt: & si quid contagii conceperit, dissipatur, aut vi Solis exeditur. Sed omnium saluberrimus situs est ad auroram, quod illæ civitates hyeme solem, æstate umbram habeant. Intelligo ad auroram, ortum æquinoctialem, hoc est, cum contra urbem Sol radios suos fundit cum sub Ariete oritur. etenim horum aquæ, ut ait Hippocrates, sunt splendidæ, suaveolentes, & molles; quod Sol oriens eas expurget. Et, ut dicit Hippocrates, in tali tractu cœli quæ nascuntur plantæ aut mineralia, primam bonitatis notam habent: raroque homines morbo tentantur in tali loco habitantes; unde & longævi sunt. Sic in Taprobana insula, quam hodie Sammotram vocant, quæ sub æquinoctiali ad ortum sita est, ferunt homines trigesimum supra centesimum superare annum; qui, nisi naturæ lege non concidunt, hoc est, solum senio, calore naturæ exhausto, moriuntur. Ad occasum sitæ civitates, ægrescunt maxume. nam ter-

ram

ram & aquam crassam, minimeque splendidam habent: quia mane à Sole non emendantur, sed rore vel pruinâ madent, & à meridie Sol eas præcoquit: propterea catarrhis & putridis morbis obnoxii redduntur. Qui Austrum spectant, aquis subsalsis & crassis utuntur, longisque morbis, ut diarrhœis tentantur. Qui Aquilonem habitant, pleuritide, lippitudine, ardentibusque febribus sæpè implicantur.

Hæc de Aere aliquantulum prolixius nos: quod, præcæterus, Hippocrates huic præcipua quædam ascripserit. Is duo observavit quæ in morbis consectariam calamitatem trahunt, morbi acumen & malignitatem. hoc est, τὸ ὀξὺ, καὶ τὸ θεῖον. Divinum vocat, aeri aliquid impressum præter morem; continentem rem pro contenta indigitans. nam aerem divinum jure appellare potuit, politico loquendi more: cum vulgus aereum hoc spacium, quod protenditur ad nubes, cœlum turbidum vel serenum dicat. & ipse scribit primi Epidemiôn secunda, καὶ ἀέρια λαιλαπώδης καὶ θυηφιλος, hoc est, cœlum procellosum & nubilum. Quare ex divino laborare, est ægrotare ex causa morbifica, quæ non à diæta, sed aeris vitio contaminata fuit. Hæc longè exitialior malignitas contagia

Divinum in aëre.

sæpe spargit: & est indomita, coctionique invicta, venenata & pestifera sæpe; epidemiorum morborum auctor. Quomodo id innascitur aëri? hoc tradidit Hippocrates libro tertio Aphorismorum: nimirum, ab omni insolenti aeris mutatione in temporibus integris anni. Hæc mutatio aëris extra naturæ legem, propriæ substantiæ corruptione qui in vitio sunt succos profert. Quare prudenter initio Prognostic^{or} monet Hippocrates, ut providentiam consectemur, num quid insit morbis divini. nam ibi τὸ ἐξὺ prosequitur: & ei silentium est τῶ θείω, nam de eo in Aphorismis egit. Tantum itaque tribuit huic divino Hippocrates, ut jure acumen in his negligere fere velle videatur. Hoc est, si quid divini insit ab aëre, divino etiam remedio, hoc est antidoto, compescatur. Ita refert Gesnerus, pleuriticos quodam anno, à secta vena expirasse: à theriaca pota redintegratos fuisse. ita in peste.

CAPUT III.

De Alimentis.

Quid cibus.

CIBUS *quoque morborum sæpe causa est.* Vocamus *autem* Cibum vel Alimentum quod corporis nostri substan-

ſtantiam augere poteſt, quodque nutrit. *eo differens à medicamento, quod hoc ſubſtantiam noſtri corporis alterat, ut ſcribit Galenus primo Simplicium.* at Venenum corporis noſtri ſubſtantiam depopulatur atque depaſcitur. *Alimentum vero apud Hippocratem eſt triplex: id quod jam actu nutrit: & quod veluti nutrimentum eſt: & quod nutrimentum futurum eſt. Nutrimentum verum vocat Hippocrates, quod aſſimulatum jam corpus nutrit atque auget: quod eſt veluti nutrimentum, vocat id quod quidem appoſitum eſt parti, ſed nondum aſſimilatum: futurum nutrimentum, quod in ventriculo & venis contentum, nutrire tandem poterit.* Nutrimentum. Lib. De alim.

Atque talia alimenta vel ſunt pura alimenta, vel alimenta medicamentoſa, ut zinziber, piper, lactuca: nam & nutriunt corpus, & alterant conſimili qualitate. Vt varia ſint alimenta.

Morbos autem invehunt cum peccant in ſubſtantia, qualitate, quantitate, utendi modo & tempore: ut quæ lenia ſunt & alvum ſubducentia, prius; quæ plenius nutriunt, poſterius ingerantur: nec dura mollibus, nec adſtringentia laxantibus, aut craſſa liquidis, nec concoctu lenta facilibus præmittantur. Vnde morbos præbeant.

Tempus ſumendi cibi eſt, cum latrat fame ſtomachus. nam famelico cibum ſubduce-

ducere, ut inquit Avicenna, ventriculum pravis implet humoribus. Sic si cibus antevertat famem; inde enim morbi graves putredinesque oriuntur. Hippocrates inquit: Si plenior supra naturam cibus sumatur, morbum facit. nunquam enim ad satietatem, sape infra eam cibum sumpsisse profuit. Sic enim mitigatur, & minor excrementorum est proventus. Hinc Hippocrates inquit: sanitatis studium est non satiari cibis, & ad labores impigrum esse. Vnde doctissimus medicus Dissarius apud Macrobium admonet; quod & Socrates suadere solitus erat; illos cibos & potus vitandos esse, qui ultra famem & sitim peterentur; illi enim morbos dant. idque probat Dissarius pecudum pastu: qua enim simplici gramine vescuntur, salubriores sunt quam qua ad sanguinem farciuntur: illas enim agrescere ait.

2.aph. 17.

6.Epid.4. 20.

2.Satur. 4.

Qualitas quoque diversa ciborum, si temperamentis non respondeat, morbos concitat: ut si calidis naturis calida alimonia suppetatur, frigidis frigida etenim, ut inquit Galenus, intemperata natura modico contrariorum gaudent usu. Hippocrates in cibis magnam curam habendam censet; qui ita scripsit: Paulo deterior cibus & potus, suavior tamen, melioribus

Lib. De Arte medica. 2.Aph.28.

Suavia nutriunt.

ribus, sed suavitate imparibus est anteponendus; hoc est, quamvis non ita sit materia exhausta, nec historia morbi accommodatus. tacita enim natura vi suavem cibum arctè ventriculus amplectitur ac melius concoquit: id cum non fit: fiunt cibi morborum causa. unde Avicenna dicebat, quod sapit nutrit; Suavitas enim ea, exuit & superat id, quod in cibis invictum erat. unde quidam bubulam carnem vi ventriculi facile edomant. Consuetudinis quanta sit habenda ratio, legite apud Hippocratem secundo libro De victu in acutis morbis, & secundi Aphorismorum quadragesimum nonum, & quinquagesimum. Si consuetudo ladit, sensim in melius transferenda erit; alioqui & morborum causa fiet. Consuetudo.

Præparandi cibi exactè, ne in morbi causas abeant. Inter omnes præparationes assatio & elixatio naturæ commodiores videntur: differunt, quod assa majus robur afferant, modò vi ventriculi superentur; elixa facilius consequantur. Quæstio non parva est, num assa elixis sint humidiora. Respondeo breviter: assa nativa ac interna humiditate prævalere, quod crusta ab igne internum humorem arctè contineat: elixæ verò carnis humiditas aliena major est, quod sit in aqua cocta. Præparatio ciborū. Quæstio.

Quan-

Quanta vis sit ciborum ad sanitatem, demonstrat Diodorus, qui scribit ichthyophagos vitam totam sæpe sine morbo vivere. Iosephus etiam secundo libro De bello Iudaico ait, Essæos quietissimam vitam egisse, quod apud eos potandi & edendi modus saturitate definiretur. uno genere cibi utebantur; senescebant valde. Et Apollonius Tyanæus apud Philostratum octavi libri tertio, cum apud Domitianum se purgaret de incantatione per dæmonem, ait, Levibus & tenuibus cibariis vescor: hæ mihi lautæ dapes. Hoc, ô Rex, admirabilem quandam & arcanam perspicuitatem tribuit sensibus; nec turbidum quicquam aut obscurum apud nos manere patitur; & facit ut tanquam in speculo clare videam facta & futura. hæc victus frugalitas & sobrietas. Certe natura recte instituta paucis eget, indeque suaviter dormit, grataque illi Aurora affulget. mensæ vero epulis æstuantes, morbi. Vide Macrobium septimi Saturnaliorum quarto capite, & quinto.

CAPUT IV.

De Potu.

CUM id quod humidum de corpore effluxit, ut potu resarciatur necesse sit

sit; qua efficacia is corpus afficere possit, dicit Hippocrates medicis exacte cognoscendum. nam nisi rite corpus humescat, idem nobis quod terra satis & nascentibus eveniet; quæ nisi rigentur humore, tabescunt. Aqua & vinum in communi usu, ad potum, posita sunt. Aqua sit ab omni sapore aliena, colore pellucida, levis & moabilis, quæ (ut dicit Hippocrates,) facile calescit facileque frigus concipit. Alia est aqua fontana, quæ optuma censetur, modo fons ortum spectet, ac loco sublimi dimanet; nam tales aquæ hyeme tepent, & æstate frigent. Aliæ sunt aquæ cœlo deciduæ: illæ, à fontanis, optimæ: nam quod levissimum est à sole rapitur; sed tetri quid à nubibus trahunt. quare dicit Hippocrates, illæ coquendæ sunt ac colandæ, alioqui vocem raucam efficiunt, ac facile putrescunt. bona censetur quæ tonitru dejicitur; malæ procellosa, à venis enim cruda est. Puteales aquæ his deteriores habentur; quod per anfractus terreos, arte factos, ferantur. At quæ per tubulos plumbeos invehuntur, pessimæ habentur; nam plumbi vim perniciosam corpori invehunt; unde viscerum gravitates & dysenteria quod & Vitruvius annotavit: nam plumbarii artifices, coloribus pallidis fœdatum habent corpus;

Aqua quæ optima.

2 aph. 16.

Fontana.

Pluvialis.

Putealis.

Lib. 7.

nam

nam quum funditur plumbum, inquit, vapor ex eo insidens corporibus, artus exurit, eripitque ex membris eorum sanguinis virtutem. Columella prohibet gallinas potari ex plumbeis vasis. Propterea Galenus, in componendo medicamento ex capitibus papaveris, aquam pluvialem commendat, quæ non per plumbos tubulos fluxit: quod recrementa quædam plumbi illi immittantur; unde, inquit, eo utentibus dysenteriam adfert; cerussam enim habet. Hinc male medici eliquant remedia per plumbea vasa: etenim Galenus stannea vasa vitat ad conservationem remediorum, quod plumbo adulteretur stannum. Fluminum majorum aqua suspecta fuit Hippocrati, quod invectitiis aquis undique congestis ferantur: hincque calculum generari, coxendicum dolorem, & herniam. Palustres aquæ pestilentes sunt ac perniciosæ, quod stataria sint lentoque lapsu repant. Nivosæ & ex glacie eliquatæ pessimæ sunt: quamvis antiqui obnixe his delectati sint. legite Athenæi librum tertium, & Plutarchi symposiorum sextum, & Galenum ad sextũ Epidemiων, commentario quarto. Nero Imperator aquam coctam nivi imponebat, unde Neronis decocta celebris fuit Romæ; uti patet ex Iuvenalis satyra

7. κ̃ τόπ.

Lib. 1. De antidot.

Fluviorũ aqua.

Palustres aquæ.

Nivosæ.

quinta.

quinta. & Galenus libro septimo Methodi decoctam vocat illam aquam.

Vinum sæpe morbos facit. Vocant medici Vinum ὀλιγοφόρον *quod tenue est & parvum, quodque facile aqua dometur.* πολυφόρον *quod Hippocrati* οἰνώδης, *vinosum dicitur: est vinum grave, quod multum aquæ fert, nec facile domatur. quod vinum si immodice hauriatur, valetudinem turbat; ut de Sileno narrat Hippocrates, furorem adfert, rabiem, apoplexiam, & omnes morbos frigidos Vnde Androcides philosophus ut coerceret Alexandri intemperantiam, vinum potaturus inquit, ô Rex, memor sis te sanguinem terræ bibere. Vina crassa, rubra, & acerba, atram bilem generant, & crassum vitiosumque sanguinem. Nova vina quæ musteam dulcedinem nondum exuerunt, excrementosa sunt, & graue concoquuntur, & difficile permeant. hinc flatuum proventus. Annosa vina, nervos & caput tentant, nimiumque urunt corpus, ut scribit Galenus septimo Methodi, & libro De cibis mali & boni succi. Quibus crasso sanguine corpus perfunditur, à nigro vino læduntur; sed tenue illis usui est: sic quibus frigidus est sanguis, his generosa vina prosunt. breviter, quæ sunt salubria vina, quæ mentem minime*

Vinum.

1 Epid. 2. ægro.

Crassa vina Gal. 5. De Sanit.

Nova.

Annosa. Macro. 7. Sat. 12.

Quibus nocent.

nime de sede sua dimovent, quaque facile penetrant; quale Rhenense est. Plato & Galenus pueris & adolescentibus denegant vinum, quod ad iram & libidinem præcipites eos reddat, & rationem hebetem & turbidam efficiat. Senibus vinum idoneum est, quod, calidum & humidum cum sit, mitiget eorum frigus & siccitatem. Hyeme, dicit Polybius, parcius est generosum vinum bibendum: æstate, imbelle & copiosius parum bibendum, & ad necessitatem. alioqui morbos vinum concitat. Asclepiades medicus, primum cyathum ad sitim pertinere dicebat: secundũ, ad voluptatem & amorem: tertiũ, ad ebrietatem: & quartum, non esse nostrum, sed insaniæ. Nos id aliquantulum laxius: primus cyathus ad sitim: secundus ad lætitiam: tertius ad voluptatem: quartus ad somnum: quintus ad ebrietatem: sextus ad iram: septimus ad lites: octavus ad furorem: nonus ad morbum. Sed indubie à cibo nec jejuno stomacho potandum; quod flaccescat cocto vino, & nervos ladat, Iarchas, apud Philostratum De vita Apollonii, tertii libri decimo capite, vocat Tantali φιλοτησίαν propinationem post cœnam benevolentiæ causa. Recte Plinius vigesimi tertii primo: Corpus augere volentibus conducit inter cibes bibere. Con-

tra

2. De legibus.
1. De Sanitate.
Plutarch. prob. 48.

Quando, vino quo utendum.

Quantum.

Philotesiæ pocula.

tra minuentibus, sitire in edendo; postea parum bibere. Qui noctu bibere appetunt, his admodum sitientibus, si superindormierint, bonum, inquit Hippocrates. 5. aph. 27.

Nec bibendum statim ab exercitio, cum corpus æstu incandescit: id enim funestum est. Videte Dioscoridis libri sexti trigesimum tertium. Quæstio medica est, num vinum sit humidum an siccum. sed ex Galeno patet id humidum esse & calidum. ea enim ratione pueris vinum, quod calidum & humidum sit, adimit; & senibus concedit, quod eos humectet & calfaciat. & Avicenna capite De melancholia dicit, nocere ea quæ frigida sunt & sicca, & iuvare ea quæ humida sunt & calida, ut vinum.

Num vinũ humidum. 1. & 5. De sanitate.

LIBER V.

De somno & vigilia. & De exercitio: Excernendis, & Retinendis: & de Animi accidentibus.

INTER agenda censetur & somnus, qui sæpe, si non recte ineatur, morbos parit; alioqui, DEI *gratissimum hoc donum his quibus placide serpit, facultates omnes recreat, coctiones promovet, & viscera humectat, (unde Hippocrates dicebat, dormitu-*

miturientibus non esse dandum potum ;) senilique duritiem mollit. At immodicus si fuerit, hoc est, si ultra concoctionem ciborum extendatur, distributionem alimentorum impedit: unde excrementorum proventus, ac gravitas corporis. Aptissimum somno tempus nocturnum, quod spiritus, præ tenebris, intro viam affectent, nisi tamen inflammatio adsit viscerum; tum præstat de die dormire, ut inquit Hippocrates, & noctu vigilare; ne intro repant spiritus confertim, & ita inflammationem augeant. Et spiritibus exhaustis labore vel æstu, meridiari non est malum. Septem horarum spacium plerumque cibum coquit. Decubitus formam primus omnium Hippocrates libris Prognosticon prodidit: decumbendum in latus vel sinistrum vel dextrum : manus & crura cum cervice paululum inflexa sint. Avicenna primum in dextrum latus, hinc in sinistrum decumbendum censet, & in ventrem cubandum. Avicennæ modus valido ventriculo confert : at eo imbecilli, in sinistrum prius latus cubandum scribit, id enim concoctionem promovet; quod hepar tunc ventriculo incubet, eique calorem aspiret. Si itaque somnus non ex lege naturæ ineatur, morbi auctor evadit. nam, ut canit Bacchylides,

Tempus.

Decubitus

des, μελίφρων ὕπνος θάλπῃ κέαρ: *mellitus somnus movet cor.* & *Homero dicitur* ἡδύμος ὕπνος, *suavis somnus, qui suaviter subit. eidem* μαλακὸς γλυκερὸς *dicitur. Et Iuno promittit, apud Homerum, Somno* Πασιθέῃ, *quam se amare ait Somnus: tum enim naturæ ductu qui fit somnus, obrepat laxatis corporibus, indulgentia naturali nihil certe jucundius corporibus evenire potest: ut nec quicquam infelicius, si gratissimo hoc naturæ dono fraudentur. Vigiliæ corpus frangunt & macerant. oriuntur à calore & siccitate cerebri, anathymiaseos inopia, & animi curis.*

DE EXERCITIO.

EXercitatio *corpus varie ad morbos vel robur trajicit: ut de se ipso testatur Galenus. legatur Aristoteles, prima problematum, quadragesimo septimo.* Cap. 1. De cibis bonis & malis. *cur cibum minuere, laborem augere salubre est? an, inquit, quia excrementa absultant cum cibus supersit, aut labor est? Certe Phraotes, Indorum rex apud Philostratum ait, His quæ in venationibus capto, socii amicique vescantur: mihi sim exercitatio satis. Pulchre etiam Plato in Theæteto demonstrat, cuncta à motu servan-*

servari, & à quiete interire. ita Pinda-
rus meminit ἀεξιγνίων ἀἰθλων, *certami-*
Quid sit exerceri. *num membra augentium. Est autem*
exercitatio, motus corporis vehemens,
quo alteratur anhelitus: vel unde fati-
Varia genera exercitiorum. *gatio subit. Pilæ lusus, & concitatior*
ambulatio laudatur. etenim cursus cru-
ra maxume exercent; & armorum ve-
litatio brachia; equitatio lumbos & cer-
vicem: clara lectio & cantus pulmones:
at pila omnes corporis partes. legite Ga-
lenum de lusu parvæ sphæræ. Id omni stu-
dio cavendum, ne corpore excrementi
pleno exercitia ineamus, ne, quæ crudæ
sunt, in habitum corporis detrudantur
Quare non statim à pastu veniendum ad
6. Epid. 4. *exercitium. Et Hippocrates jubet ut cib*
sequantur labores: si contra feceris, mor
bi succrescent ab exercitio. & sensim la
xetur corpus exercitio & molleſcat. Fi
Finis exercitii. *nis exercitii esto cum turgidus corpor*
habitus sidere incipit, & cum corporis ef
floreſcentia diminuit. si ulterius progre
diatur, succosum humidum exedit: in
de fatiscit corpus. Itaque cum labi cœper
ab exercitio moles, hoc est, cum fatigatu
vere fuerit corpus, protinus tessandum
alioqui morbos dabit.

D

DE EXCERNENDIS ET RETINENDIS.

EXCERNENDA & retinenda si ultra modum excrescant, plenitudinem vel cacochymiam pariunt. Plenitudo quæ πλῆθος dicitur, duplex est: quando humores omnes pro sua quique portione creverunt, plenitudo dicitur ad vasa Quantum autem periculi illa plenitudo adferat, declaravit Hippocrates, primi aphorismorum tertio, ubi scribit, Habitissimam athletarum constitutionem esse periculi plenam. Nam ipsa suis viribus oneratur, ab ea sagina, omni fame praviore. unde metus, ne oborta universali inflammatione per causos, & syncope, vel apoplexia, subito extinguantur. Quare horum studium, apud Plutarchum, ridet Philopœmenes, quod quanto plus corpori accedit, tanto plus periculi accedat, & securitati decedat & quod vasta illa corporis moles, ad res gerendas, & ad sanitatem tuendam sit incommoda. Est autem sanguinis duplex fere portio in hominibus bene habitis, ad pituitam: pituitæ duplex ad bilem: bilis duplex ad melancholiam. loquor jam de nutritiis qui sunt in sanguine humoribus: quorum copia, in

Plethorę duplex.

effuso sanguine conglobato, sæpe oculis notatur. At reliquis tribus humoribus bene dispositis, si sanguis superat, dicitur plenitudo ad vires, hoc est, quamvis non tendat vasa, est tamen major quam vires ferant. At quum unus humor tantum redundat & præ cæteris luxuriat, nempe bilis, pituita, vel melancholia, dicitur κακοχυμία. Agnoscitur plenitudo ad vasa, ex venarum tumore; & lassitudine tensiva. At plenitudo ad vires dignoscitur ex gravitate, corpus pigrescit. cacochymia, ex ulceroso dolore deprehenditur. Quomodo hæ affectiones curandæ sint, videte apud Galenum libro quarto de sanitate tuenda.

Ad vires.

Notæ eius quæ ad vasa.

Eius quæ ad vires.

Nulla causa est efficacior ad morbos, quam cum retinentur excernenda, ut muccus, bilis utraque, alvus, urina, menses, hæmorrhoides, vel nimia horum effusio: ex sententia Hippocratis, sexti aphorismorum vigesimo septimo. Flatus retenti quam sint fœcundi in morbos, ex Claudii Imperatoris edicto intelligas, qui, ut refert Suetonius, edicto veniam dedit, efflatum crepitumque ventris in convivio emittendi; cum periclitatum quendam præ pudore ex continentia reperisset.

Solennis evacuatio.

Venus quoque inter excernenda & retinen-

Venus.

tinenda censetur. Mirum quod de Epicuro, summo philosopho, scribit Galenus in libris Artis medicæ, Veneris nullum esse usum salubrem. Sed non sine ratione: contemptu enim voluptatum corporearum, is ita existimavit. Fuit enim vir ille temperans, ut scribit Diogenes Laër- Lib. 10.
tius, & vir bonus, pius, & dei & amicorum cultor: sed ex Pythagoræ sententia hæc dixit, qui affirmabat tunc coitu utendum esse, cum quis se ipso infirmior fieri vellet. Immoderata Venus virium infirmitates adfert, & senilem juventam; quæ, ex Catonis sententia, ut refert Plinius, maturam mortem indicat. quia concubitu à cerebro exhauritur spiritus: cumque subito benignus humor eliquatur ex partibus solidis, fraudantur suo genio & nativa humiditate. Profecto nihil æque cerebrum infirmat, quam firma Venus; unaque corpus enervat, animæq; substantiam turbat, inquit Cælius Au- 28. Lib. 6.
relianus. Hinc Democritus omnem venerem damnavit, ut refert Plinius, quod homo alius ex homine exiliret. Mala est venus in fluore mensium; & conceptus infœlix tetra lue madens: ut qui ex polluto sanguine sit genitus. hinc elephantiasis & lepra. Fœcunda autem prole venus, quæ fit cum recens fluxere menses,

illisque quasi taciturientibus. unde veteres dicebant; imminente luna, quod est, ex cœlo illucescente, præsultrix Venus choros ducit. In ætate tenella nocua est: unde Cæsar libro sexto De bello Gallico scribit, Germanos intra annum vigesimum fœminæ notitiam habuisse, in turpissimis habuisse rebus.

Animi accidentia.

Animi accidentia corpus manifesto à naturali statu evertunt. Hoc est motus rationi non obtemperantes: ut ira, tristitia, gaudium effusum, quod instar fulminis spiritus dissipat; furor, timor, invidia, mœstitia. Timor subito intro trahit sanguinem: hinc enim algent, tremunt, acc pallent extrema. Ira contra, ad peripheriam valide excutit: hac nullus obiit. Gaudium præter spem, occidit fractiores homines. ita Lacon Chilo, insignis philosophus expiravit, cum filium victorem olympici certaminis conspiceret. Ita Sophocles, & Dionysius tyrannus victoria tragica rapti sunt. id & Diagoræ Rhodio, Marco Iuventio, & plurimis aliis evenit. Legite Platonem libro quarto & nono De Republica, ubi duas animi partes exprimit, rationalem & irrationalem: & accedite Phædrum Platonis, ubi allegorice equo refractario similem facit animi partem irrationalem. Consulite Galenum

libro

libro quinto De placitis Hippocratis & Platonis, capite septimo, & nono, & undecimo, ex Posidonii sententia. & capite etiam undecimo. Scribit Lerius, in Brasilia homines canescere, nam ab omnibus malis affectibus & molestiis absunt. Plato etiam in Charmide eleganter demonstrat ex Zamolxidis sententia, omnes morbos ex animo nasci.

CAPUT VI.

De reliquis morborum causis.

EVIDENTES *morborum causas (earumque vires) quas vocant externas & procatarcticas, & manifestas, quod sensibus conspicua sint, ut aërem, cibum, exposuimus. Sunt & aliæ duæ causæ: Antecedens, quæ ab externis originem ducit: & continens, quæ ab antecedente oritur. Hæ sunt præcipuæ causæ morborum. Agnoscunt & medici alias quasdam causas non æque præcipuas, ut est conservatrix causa, quæ præsentem corporis statum inviolatum servat. ut temperatum corpus, rebus omnis excessus expertibus conservatur, hoc est, similia similibus. Est & causa quædam præservativa, quæ ab impendenti malo corpus tuetur: ut si ni-*

Conservatrix.

Præservatrix.

mium caluerit, frigiditatem addit; quod, ut scribit Galenus De arte medica, intemperatæ naturæ modico gaudent contrariorum usu. Ex hac causa enatus fuit tractatus De sanitate tuenda. Est & causa sine qua non: quæ quamvis nihil agat, actio tamen sine illa non habet eventum. ut præmansio cibi, sine qua concoctio non fit in ventriculo. Adjutrix causa illa quidem opus conficit, sed ægre; aliique jungitur, ut rem assequatur felicius: ut in partu, tensio octo musculorum abdominis adjuvat actionem uteri. Sunt & abditæ causæ morborum, quæ intus latent, & notis aliquando se produnt, ut pleuritis. Aliquando nullis notis deprehendi possunt, dicitur que morbi abditi: Hippocrates diurnos vocat. talem expertus fuit olim famulus Crateri medici, de quo scribit Porphyrius, libro De differentiis animarum: cui omnis caro ex ossibus decidebat, nec ullis auxilius curari poterat: quam esu viperæ, quam anguillarum more coxerat. ita elephantiasis quoque curatur, ut scribit Galenus. Insitæ morborum causæ sunt ex sanguine materno, & parentum, & semine. tales morbos parentes in fœtus profundunt, quibus obnoxii vixere: ut est epilepsia (sed rarius:) sæpius hepatis imbecillitatem, calculum, podagram.

Causa sine qua non.

Adiutrix.

11. Symp. 2. Abditæ causæ.

In

In causarum investigatione, à procatarcticis ad causas antecedentes, hinc ad continentes deveniendum. Sed in consultationibus medicis praestat continentes praponere: hinc antecedentes: dein evidentes. Sunt autem causæ morborum, quæcumque vim, temperiem, & structuram partium violant. Causæ morbificæ internæ, ut antecedentes, fere in contentis stabulantur. Contenta autem labefactari possunt à quatuor rerum generibus, nimirum ab iis quæ Assumuntur, Geruntur, Educuntur, & quæ Retinentur. Assumuntur alimenta, ut cibus, potus: & etiã medicamenta. hæc si peccent in substantia, aut qualitate, quantitate, tempore & utendi modo, morbos dant. Geruntur ea, quæ à nobis fiunt, ut motus animi & corporis, ut, vigiliæ, frictiones, unctiones. Educuntur excrementa omnia, ex suis ductibus. Retinentur, ut solemnis evacuatio, transpiratio, corrupti succi. Hæc parient morbos cum vitium fecerint in substantia, qualitate, copia, agendi modo, ordine, & tempore: si corpus præparatum jam fuerit ad has injurias. Quare dispiciendum diligenter, quid quæque causarum harum possit, & in quæ corpora quid valeant moliri.

Intemperierum causæ.

Antecedens causa.

Iam exemplis ostendemus ut morborum

Calidorũ morborũ causæ.

causa à summis quatuor rerum generibus elici debeant. Morbus intemperie calida, est proportio vitiata mistarum qualitatum, calore ladens actionem. Hæc calida intemperies oritur vel ab iis quæ assumuntur; quorum quædam vi propria calidam intemperiem inferunt, eo quod natura calida sint; ut aër, cibus, potus, medicamenta, piper: vel aliena vi calorem præbent, ut quæ frigore stipant cutem, caloremque includunt; ab his calidi fiunt morbi. vel quia viscida sunt & crassa quæ obstruunt, unde fervor & putredo: & liberalior cibus & potus cruditates generant, unde obstructio & putredo; quæ enim putrescunt, calida sunt, & fœcunda in causas est inedia quoque, & quæ perverso ordine sumuntur: Et quæ à nobis geruntur, & quæ adhibentur, calidos morbos concitant; ut nimium exercitium; & animi motus, ut ira. Et quæ adhibentur calida & obstruentia; ut balneum in aqua aluminosa, calidos morbos parit. & à dolore attracta nimia materia cum in parte calescit & putrescit. Quæ educuntur, nonnunquam calidos morbos præbent, ut si educantur frigidi humores, calidorum liberum dominatum relinquunt. Quæ autem retinentur excrementa, quia putrescunt, calidos inferunt morbos.

Frigi-

Frigidorum morborum causæ eliciuntur etiam ab iis quæ assumuntur, geruntur, educuntur. Quæ assumuntur, morbos frigidos inducunt vel propria vi, ut aër, cibus, potus frigidus, & remedia frigida: vel aliena vi, ut calida edulia, aromata, vel vinum si nimia quantitate sumatur, morbos frigidos pariunt. hinc multi in hydropem inciderunt vastato hepatis calore nativo. Et quæ geruntur à nobis, ut somnus largior, otium animi & corporis: quia languet inde calor nativus. cataplasmata quoque frigida, & olea frigida tenuium partium, quia facile se insinuant in corpora nostra, calorem premunt, ac frigidos morbos pariunt. Quæ educuntur calida, dominatum relinquere frigidis succis solent: hinc subducto freno frigidis succus, frigidos morbos pariunt, ut larga venæ sectio, & bilis immoderata purgatio aliquos in hydropem conjecit; alios in intemperiem frigidam ventriculi vix sanabilem. Hæ sunt causæ morborum simplicium, qui in intemperie simplici, quemadmodum & humidi & sicci una generantur ex his quatuor rebus, nempe quæ assumuntur, geruntur, educuntur, ac retinentur. Hæ intemperies simplices raræ sunt: frequentes autem compositæ, præsertim quæ cum humore

Frigidiorũ morborũ causæ.

Gal. de causis Morb. 4. & 5. cap.

Compositæ intemperiei causæ.

componuntur, ut bile, pituita, melancholia, aquosa substantia, vel flatu. hisque varie mixtis, & plerunque cum affluxu illorum humorum composita intemperies fiunt: unde & tumores sæpe surgunt, gerentes ideam illius humoris, unde orti fuerunt: ut anthraces, erysipelata, herpetes ex bile; phagedænæ; gangrænæ, cancri ex melancholia. Cur materia fluat, & cur potius in hanc quam in illam partem (nam inde plurimorum morborum pendent causæ) videte pulcherrimum locum apud Fernelium de morborum causis ultimo: & apud Galenum libro De morborum causis caput sextum.

Fluxus causæ.

Organicorum morborum causæ.

Causæ morborum instrumentalium seu organicorum pendent ex mala proportione partium similarium. Partes enim similares organicas componunt sua conformatione, numero, magnitudine, & unione. Conformatio partium consistit in figura, asperitate, lævitate, & concavitate seu meatibus. Cavitates vitiantur, cum sunt vel pauciores, vel plures; aut angustiores vel latiores quam partis organicæ officium postulat. angustiores redduntur, quia obstruuntur, vel quia contrahuntur, aut comprimuntur, vel concidunt labra, aut coalescunt, vel extenduntur. Obstruuntur meatus ab humore crasso, lento,

lento, viscido: vel lapide, pure, grumo sanguinis, caruncula; quod sæpe viis urinalibus evenit. Contrahuntur meatus à rebus adstringentibus, frigidis & siccantibus. Comprimuntur meatus tumore partis adjacentis; ut uterus tumidus vesicam: vel vinculis injectis, ponderibusque pressi. Concidunt labra, vel quia nimio humore madent, ut se erigere nequeant, aut vacuata cavitate ab ea re qua implebatur. Coalescunt simul latera, prius vulnerata & male curata. Distentione nonnunquam angusti reddunt meatus. Ampliores meatus reddunt aperientia & laxantia remedia, ut calida & humida, & rarefacientia calida. Figuræ vitiatæ causa sunt, rebellis qualitas materiæ ad figuram inducendam: & cum male locantur à medicis artus. etiam resolutio, vel contractio membrorum hoc facit. Aspera redduntur quæ lævia esse debebant ab assumptis inæqualiter siccantibus & acribus: ut oculi fumo pulvereve læduntur. Morbi in numero diminuto causa est defectus materiæ, facultatis formatricis imbecillitas, vel sectio. Numeri aucti causa, sunt contrariæ. Magnitudinis imminutæ causæ, sunt materiæ & facultatis inedia; & obstructio meatus per quem fertur alimentum; vel

Figuræ vitiatæ causæ.

Numeri læsi causæ.

Magnitudinis vitiosæ causæ.

Situs mali causæ.

facultas coërtrix imbecillus. Situs morbi causæ sunt: quod pars male retinetur, ut intestinum in hernia: vel male articulatur, ut quum excidit acetabulis: vel male connectitur, cum vincula longiora sunt, vel strictiora. Morbi communis, hoc est

Solutionis continui causæ.

solutionis continui, causæ sunt quæ erodunt, vulnerant, rumpunt, contundunt, frangunt, avellunt, nimiumque tendunt; acris humor & rodens, & flatus distendens.

CAPUT VII.

De causa morborum continente.

Lib. 12.

NOMEN causæ continentis fuit philosophis & medicis antiquis minime in usu. A Stoicis initium habuit, à quibus Herophilæi medici; qui & tempore Augusti floruerunt, ut scribit Strabo: scholamque habuerunt inter Caruram & Laodiceam. de quibus Herophilæis loquitur Galenus in libro artis medicæ. Hi

Vnde medicinæ invecta hæc causa.

causæ continentis nomen in medicinam innexerunt ex Stoïcorum medicina. Hi

Nominis ratio.

enim spiritu, proxume rerum essentias contineri existimabant; nec videbant quomodo formæ rerum, sine vinculo, in materia habitarent; eamque spirituum causam

causam continentem dixere. Cum itaq; duo sint rerum genera summa, unum earum quæ absolute sunt; alia quæ esse dicuntur cum fiunt: necessarium est in utroque genere dispares esse causas continentes. & Galenus concedit eas esse in rebus quæ fiunt; non autem quæ facta sunt. ut aqua ab igne remota calefacta, calet, quamvis ignis absit, nec causam continentem habet: quemadmodum etiam hectica febris. At quæ calefit aqua, causam continentem habet dum incalescit ab igni. sic in febre putrida evacuato humore putrido, perit febris. Hæc fuit nominis hujus ratio tempore Galeni.

Nos intelligimus causam continentem esse, quæ præsens morbum creat, & qua abeunte, morbi una cessant. *Igitur intelligemus de externa causa corporea, inter quam & morbum nulla alia causa intercedit, sed morbo proxuma est.*

Quæstio autem maxime nata est ex eo morbi genere, quod corporea causa excitavit, nec tamen ita corpori impressa, ut in habitu jam sit morbus, sed ut leviter inhæreat, & cum efficientibus causis suis sæpe abeat: de talibus controversia jam est: cum aliquando fugaces morbi deleantur cum suis causis; aliquando paulo post: adeo ut aliquantulum sese sistant sine causa continente. Ga-

Galenus hoc nomen fugit, cum ambiguum esset suo tempore, quodque Stoicis infensus esset, qui illo vocabulo utebantur. At tandem Arabes, quum hoc nomen in veterum monumentis invenirent, quæ ad nos non pervenerunt, usum hujus nominis induxerant, ac rebus aliter quam veteres medici applicuerunt. Eas morborum causas quæ jam actu morbos faciunt, conjunctas vocabant Arabes, quod inter illas & morbos nulla alia causa intercederet; sed una cum morbis essent, & una evanescerent. Antecedentes vocabant, quæ morbum antecederent, necdum cum illo congressæ fuissent, sed congressuræ. ut in febribus putridis, qui humor putrescit ac commovetur & paroxysmum adfert; est causa continens: at qui humor post aliquot dies paroxysmum movebit, est causa antecedens.

Sed dicet quis, Galenus non ita utitur causæ conjunctæ nomine. Respondeo, id verum esse, sed eandem rem docuit. Iubet enim humores qui putruerunt, & paroxysmum præbent, expugnare; ac corrumpendos corrigere, & ad benigniorem naturam traducere: id nihil aliud est quam quod affirmant Arabes, Antecedentem causam corrigendam esse, & alterando coquendam; conjunctam ejiciendam.

Quare

Quare rem à Galeno unico nomine proditam, illi duobus exprimunt, ut natura illarum melius innoteſcat.

Qui aſſerunt non dari cauſam continentē, hac ratione utuntur: Galenus ait morbum eſſe affectum ſeu diſpoſitionem: at omnis affectus, ex ejuſdem ſententia, permanere poteſt: igitur morbus eſt ex genere permanentium. Iam vero quæ ex genere permanentium ſunt, remotis cauſis ſuis ſubſiſtunt: carent ergo cauſa conjuncta. Reſpondeo, non decenter nectiſyllogiſmum, quippe nihil ſequitur ex antecedentibus, quam morbum poſſe aliquando perſeverare in corpore abſque cauſa: quod nos non negamus.

Quare breviter hanc rem explicabimus. Partium ſimilarium morbi, qui permanent remota cauſa, carent cauſa continente, ut hectica febris: ut aqua fervida ab igne remota, caret cauſa, nimirum igne. At donec fiunt illi morbi, id eſt, quando permanere non poſſunt ſine cauſa, habent cauſam continentem, ut aqua quæ caleſcit ab igne. At morbi inſtrumentales plerunque cauſam continentem habent; nam à talibus qualitatibus generantur quæ ſibi ſimile quid in partibus nō generant, nec ſe multiplicant, ut obſtructio, magnitudo, numerus.

In

In solutione continui aliquando causa conjuncta datur, ut quæ fit ab extensione partium à flatu vel humore tendente.

CAPUT VIII.

De Caussis morborum Acutorum, Continuorum, Criticorum, Periculosorum, Lethalium, & Recidivorum.

Acutorum causæ.

ACUTI *morbi causa est, vehemens calor vel frigus. quæ vel universum corpus occupant: ut febris ardens. vel partem nobilem occupant: per se nobilem, vel usu. per se, ut inflammatio cerebri; apoplexia; syncope, quæ est præceps omnium virium lapsus; inflammatio hepatis: usu, ut Angina. Fiunt & acuti morbi, parte principe læsa translatione symptomatica materiæ morbum committentis. ut in hydrope, cum tumor pedum evanescens, sursum viam affectat, & in capsulam cordis transfertur, vel in pulmones.*

Continuorum causæ.

Continuorum morborum causa est, humoris nulla vel exigua vacuatio. id fit, vel quia destituitur causa impetum faciente, veluti putredine: vel quia materia nova æqualiter accrescit, & locũ vacuatæ

cuata materia implet: vel quia materia crassior & nimis copiosa, à viis obstructis exitu prohibetur ad externa: intemperies quoque simplex; & continui solutio. Continui morbi subinde exacerbantur, eo quod nova materia accedit ad causam stabilem. Qui autem non continui recrudescunt paroxysmis, his tribus simul junctis opus est, nimirum materia congestione, ejusque putredine, & motu. si unum horum desit, non fiet paroxysmus.

Criticus morbus est, qui confestim solvitur. *hujus solutionis duplex est causa: humor irritans vim expultricem: quo erethismo natura in ἴσοδον excitatur: altera, humoris liber promptusque exitus.* Criticorũ causæ.

Acuti morbi sunt qui celeriter, continenter & summa symptomatum vi moventur: sive sint febres essentiales, quæ considerantur in vitio humoris, ut causi: sive morbi cum febre in nobili parte. Hi sunt vel acuti, vel peracuti: & utrique exacte, vel non exacte. Acuti exacte, 14. diebus suam absolvunt historiam; acuti non exacte, 20. diebus. Exacte peracuti, 4. diebus, aut citius finiuntur. non exacte peracuti, à quarto die, in septimum excurrunt. Morbi acuti ex decidentia, Græcis ἐκ μεταπτώσεως (melius degeneres In acutis.

dixe-

1. De diebus crit. dixeris) qui ad 40. 60. 80. 120. diem prorogantur. Galenus, duodecimo, inquit, die, nunquam criſes viſæ ſunt.

Periculoſorum cauſæ. Periculoſi morbi cauſa eſt, quæcumque excedit nimium naturæ robur, & remediorum vim. quod fit vel ratione materiæ, ut bilis atræ, vel æruginoſæ, hoc eſt quæ ferri æruginem refert: vel ratione partis affectæ.

Lethalium cauſæ. Lethalis morbus tribus ex cauſis fit: ex inflammatione, quæ inducit maraſmum ſeu tabem: vel venenata qualitate, ut in febre peſtifera: vel tranſlatione ſymptomatica materiæ morbum committentis, quando fertur à parte ignobili ad partem nobilem. ſæpe tunc pars affecta lethalem reddidit morbum; ſæpe virium imbecillitas; ſæpe morbi diuturnitas.

Recidivorum cauſæ. Recidivum facit morbum, cum vel humor ex priori morbo relictus eſt: vel morboſus character, id eſt, qualitas mala.

Maximum in medicina uſum habet morbificarum cauſarum cognitio; ut docebit vos Methodus medendi. Nam præcipua indicatio medendi ſumitur ab his cauſis: quas ni noveris, nunquam contrarium his remedium decernere poteris.

I. HEUR-

I. HEURNII
INSTITUIONUM MEDICINÆ
LIBER VIII.
DE SYMPTOMATIS.

CAPUT I.

De Symptomate & Signo: quid differant: & quot Signorum genera.

EX *tribus illis quæ nobis adsunt præter naturam, nempe morbo, causa morbi, & symptomate superest ut de symptomatis agamus.* Vide Gal. De symptomatũ causis, cum seriem hic videris: nã ibi omnia uberius.

Non enim satis est morbos & causas morbi novisse, quæ sæpe intus conduntur, nisi eos adesse ex signis cognoscamus. Signum & syptoma ambo ad morbum referuntur: nam idem est symptoma quod signum, ratione diversorum. Nam est signum ut indicat: symptoma, quatenus morbum sequitur. Signum dicitur, quicquid potest aliquid eorum quæ in corpore sunt significare; *ut intellectus, ex comparatione* Signum & symptoma

tione rei significantis ad eam quæ significatur, deprehendit id quod quæritur. In morbis quædam sunt signa inseparabilia à morbis, quæ παθογνωμονικὰ dicuntur, quæ proprie morbi speciem indicant. dicuntur & hæc symptomata, quia morbum sequuntur. Hæc autem παθογνωμονικὰ signa morbo semper adsunt, uni & soli. Nam quæ non semper adsunt signa; dicuntur σωμπαρόντα, id est, assidentia. Sed aliquando una cum morbo invadunt, & aliquando postea superveniunt, & tunc ἐπιφαινόμενα dicuntur. quæ & aliquando non eveniunt. At παθογνωμονικὰ una cum morbo invadunt, & pariter desinunt. Exempli causa in febre ardente, signa pathognomonica sunt, sitis perpetua, & torridi caloris æstus. at deliria, vigilia, alvi bilioſa excretio comitantia sunt signa; nam aliquando eveniunt in febribus ardentibus, aliquando non; sic in pleuritide, dolor lateris pungens, difficilis respiratio, tussis, & acuta febris sunt signa pathognomonica. at quod dolor sursum vergit, vel deorsum est signum assidens & comitans. Difficile in morbis unum signum pathognomonicum invenire, sed plerunque multa simul morbum indicant. Epiphænomena signa quædam salutem vel mortem; eventumve meliorem

Pathognomonica signa.

Epiphænomena.

rem aut deteriorem; quædam coctionem aut cruditatem denotant. Sunt inter hæc & signa κρίσιμα, hoc est, judicatoria: ut in febribus, rigor superveniens, dolor capitis repente natus, & talia: quia mutationem subitam significant in morbis, propterea critica dicuntur. Illus familiare est hoc axioma: Iudicatoria non judicantia apparent vel ad mortem, vel ad deterius. ut in febre ardente, quando ex naribus stillæ quædam sanguinis emanant tantum: quia nihil paucum est criticum. Secundo, non statim apparere debent si in melius decernent: nam in principio nihil est coctum. & coctionis signa semper fauste apparent. Crisima signa.

Symptoma apud medicos, est affectus præter naturam, citra morbum, & causam morbi. Hujus triplex est differentia: Actio læsa: Qualitas: & Excrementum. Et quodq; horum triplici modo in vitio esse potest: vel enim diminuitur, vel aboletur, vel depravatur. exempli causa; si visus meus percellatur ita ut hebescat, dicetur diminuta visus actio: si omnino cæcus fiam, dicetur abolita visus actio: si videam quidem, sed ita prave, ut quæ alba sunt videantur mihi nigra, dicetur depravata actio visus. Actionis noxa est vel animalis facultatis, naturalis vel vita- Symptoma quid. Quotuplex.

vitalis. Adest enim vel harum ablatio, vel diminutio, vel depravatio.

Primum de actione vel functione facultatis animalis læsa agemus: dein de functione læsa naturalis facultatis: tandem de vitalis facultatis functione læsa sive diminuantur, aboleantur & pereant, sive depraventur. Nam functiones vel actiones facultatum his modis violari possunt. non tamen perit Facultas earum quæ ab anima non abit dum in corpore est. Dein de Qualitatis mutatæ, & excrementorum Symptomatis agemus.

CAPUT II.

De Symptomatis Functionis Animalis: & primum De his quæ in violato Motu.

Motus symptomata.

ACTIO *facultatis animalis versatur in motu & sensu: motus igitur à morbo vel aboletur, vel diminuitur, vel depravatur. Aboletur, ut in paralysi. diminuitur, ut in stupore. depravatur, ut in convulsione, tremore, palpitatione, horrore, sternutatione, oscitatione, pandiculatione, tussi, singultu, ructu, & in rigore. Inter quos motus convulsio, paralysis, & palpitatio fiunt à causa morbi-*

Motus depravati.

fe-

bifera, nihil conferente facultate.

Est autem convulsio, nervorum mus- Convulsionis causæ.
culorumque, suam originem versus, præter voluntatem, perpetua retractio. *Id fit vel proprie, vel ex eventu. Proprie, quæ fit in ea parte quæ convellitur: ex repletione, vel inanitione. ex repletione: si quidam humor ad cerebrum pervenerit & ad nervos. ex inanitione, ut si ardore febrili humidum radicale absumptum fuerit. Ex eventu fit, in partibus quæ musculos habent congeneres, pares magnitudine, numero, & robore: nam his solus ab una parte, adferunt contractionem alteri parti oppositæ. fit & convulsio ex inflammatione, ut in phrenitide. vel ex venenata qualitate quæ aliunde in cerebrum repit. Cum corporis partes anteriores tenduntur, dicitur id symptoma* ὀμφαλότονον: *cum posteriores,* ἐπισθότονον: *cum utrinque, hoc est toto corpore,* τέτανος.

Tremor est partium quæ vicissim sur- Tremoris causæ.
sum deorsumque feruntur motus involuntarius. *Quare constat ex gemino motu, sursum & deersum: oriturque ex facultatis motricis imbecillitate. Nam natura membra gravia deorsum viam affectant: at ea erigit facultas; hac cum imbecillis fuerit, fit tremor. Sed illius facultate*

cultatis fracta quatuor sunt causæ; nimirum materia copia, vel alimenti inopia: aut dissipatio calidi, vel oppressio ejus à valida vi frigoris. In tremore à materia copia, Hippocrates secuit venam malleoli puerperæ; cum nec secundinæ nec lochia profluerent: nam erat ille tremor ex materiæ copia. In tremore membrum locum mutat. in palpitatione non. Oritur palpitatio ex una causa tantum, spiritu crasso; quare uno remedio curatur; calidis tenuibus, ut castoreo. at tremor quamvis oriatur ex una facultatis imbecillitate, hæc tamen imbecillitas, ut dixi, oritur vel à materia copia: vel alimenti inopia: vel quia calor exhauritur, vel nimio frigore opprimitur.

Gal. De tremore, cap. 5.

Rigor. Rigor est inæqualis totius corporis concussio, per affectionem caloris nativi, ex concursu materiæ contrariæ. *Differt à tremore, quod sine consilio moveatur quodque totum corpus concutiat: & semper fiat sensibili cum refrigeratione. Si enim solam superficiem tetigerit, horror dicitur, qui medius affectus est inter rigorem & frigus; febri hemitritæo proprius; quæ item dicitur semitertiana per antonomasiam; ut mali homines dicuntur semidiaboli, non semihomines. constat enim hemitritæus ex quotidiana sed*

Hort.

bre

bre continua, & tertiana intermittente; quod plus est quam tertiana. Quia autem constat ex duplici natura, propterea neque rigore neque frigore invadit, sed horrore. Hinc ab Hippocrate dicitur febris horrifera Rigore quidem non invadit, quia acrimonia bilis frigore pituitæ obtunditur: neque etiam frigore, quia frigiditas pituitæ, calore bilis perfunditur. Fit rigor, ex motu caloris nativi, & occursu materiæ contrariæ. etenim calor nativus nunquam quiescit; est etenim (ut scribit Galenus) ipsa natura, quæ est principium omnis motus. at quies naturæ mobili mors est. Vnde modo intus, modo foras viam affectat. intus, ut augeatur calor ex spiritibus & sanguine cordis: foras, ut temperetur aëre frigido. Nam, ut dicebat Heraclitus, calidum moderate extinctum, rursusque moderate accensum, perpetuo mobile remanet. unde cum nimium movetur, dolorem facit: qui est mutatio corporis ad flatum non naturalem. Sic in rigore, partibus sentientibus morsis à materia naturæ contraria, fugit calor ad viscera, ubi coërcitus suffocationis periculo exilit, quasi in spiram collectus ad maius robur: unde membra exteriora roborata, humorem quatiunt, ac fremitu quodam nituntur expellere. id

Causa rigoris.

1. Aph. 15. & lib. De rigore.

rigor est. demum toties recedit recurritque calor, donec victa inæquali intemperie calida & frigida, calor undique exæstuet. Est triplex rigor, criticus, periodicus, & symptomaticus. Criticus est, qui jam jam adfuturam crisim significat. etenim illa proprie est crisis quam perturbatio critica præcedit. sequitur excretio per sudorem, ventris dejectionem, vomitum, aut hæmorrhagiam. inde Hippocrates, Febri ardenti superveniens rigor, fit solutio. Periodicus est, quo legitimæ tertianæ intermittentes exquisitæque incipiunt. de quo Hippocrates, libri quarti aphorismorum sexagesimo tertio. Symptomaticus rigor est triplex: unus à consumtione caloris nativi, qui consumitur à calore præter naturam: ut hepatis calor in hydrope: & cerebri calor in comate à delirio & æstu, ut notat Galenus ad historiam Hermocratis. Alter rigor symptomaticus fit per metastasin humoris vitiosi committentis, de hoc loquitur Hippocrates in Coacarum initio. Tertio rigor symptomaticus est, qui fit ex attractione caloris nativi ad partes interiores inflammatas: inde fiunt jactationes & refrigerationes partium externarum, de quo eodem loco agit Hippocrates.

Rigor triplex.

4. aph. 58.

Sternutatio est motus depravatus quo

Sternutatio.

quo sese contrahit cerebrum, ut vaporosum excrementum, quod anteriores cerebri ventriculos ac membranam stimulat, excutiat: unaque narium atmoïdea purget. *quo motu & contrahitur pectus, quod nervi pectoris hanc titillationem sentiant; cum quasi longo brachio à cerebro dimittantur. Cur salutentur sternuentes, vide Aristotelis trigesimæ tertiæ sectionis problema nonum; & de eo, primi De historia animalium undecimum. Quare ante tempora Gregorii Pontificis is mos inoleverat. Et Plinius vigesimi octavi secundo, Cur, inquit, salutamur sternutamentis? Quod etiam Tiberium, tristissimum hominem, in vehiculo exegisse tradunt.*

Oscitatio & Pandiculatio fiunt, ut via contingat vaporibus frigidis, qui laxant esse artuum hiatu, Oscitatio & Pandiculatio.

Tussis est vehemens efflatio aëris in pulmone concepti, contracto thorace, ut id quod in arteria aspera est ejiciatur. *Hippocrati θυμὸς est libido tussiendi. nam θυμὸς illi significat cupiditatem ad aliquid agendum.* Tussis. θυμὸς quid. 2. Prog. 2.

Singultus fit contrahente se ventriculo, quia membranam ejus vellicat aliquid acre; ut piper, vel corruptus humor: vel quia repletur nimium: vel quia siccatur Singultus.

ab æstu febris. Hæc sunt symptomata corrupta actionis animalis motricis.

CAPUT III.

De Symptomatis animalis Functionis, quæ consistunt in Sensibus violatis.

ITA *& sensus vel abolentur; vel diminuuntur; vel corrumpuntur. Sunt autem sensus interni & externi. Interni imaginatio, cogitatio, & memoria. Imaginatio aboletur in caro: diminuitur in lethargo: corrumpitur in delirio. Ita in quibusdam capitis morbis etiam, cogitatio vel memoria interdum diminuitur aut aboletur, vel corrumpitur. Vt autem fiat sensus, sensorii alteratio percipi debet ab imaginatione, cogitatione, & memoria. Etenim sensus ipse neutiquam est alteratio, sed alterationis dignotio. verbi gratia: quando tactu aliquid calidum sentimus manu, tunc manus alteratur ad calorem. sed illa alteratio non est sensus, sed judicium interioris animi de illa alteratione facta. Hinc dicit Hippocrates* 2. Aph. 6. *Qui laborantes ex aliqua parte, dolorem fere non sentiunt, his mens ægrotat. etenim dolore distracti spiritus, non repræsentantur imaginationi.*

Vt fiat sensus.

Inte

Inter sensus externos visus primum oc- Iuter.
curritur: qui à morbis vel diminuitur, vel aboletur, vel corrumpitur: ut varie ejus instrumenta afficiuntur. sunt autem ejus instrumenta (quod in omnibus sensibus est notandum,) facultas, instrumenta quæ principatum habent, & quæ his serviunt. In visu est oculus, facultas videndi, & nervus opticus: qui vel obstruitur; vel intemperie afficitur. hinc visus diminuitur, vel aufertur. Vel instrumentum principale afficitur; ut crystallinus humor sursum vel deorsum abit; inde deprayatur visio; nam quæ res una sunt, gemina illis apparent. Vel est morbus in servientibus instrumentis, ut in uvea tunica, quæ foramen habet pupillæ, quod nimium patens, debilem visum facit; quia dissipantur spiritus visorii. Vel angustius fit à morbo, cum humescit ab irrigante succo uvea tunica nimium. Vel cum humor aqueus extabescit; tunc enim color verum & splendor cum parvo interstitio ad crystalloïdem humorem fertur. Quod aqueus humor parcior redditus sit, cui innatat crystallinus humor, id illis tunc evenit, quod iis qui Solem micantem nitendo intuentur. nam læditur visus. splendidam enim lucem non tolerat inofiense crystallinus humor. Instrumenta-

les quoque morbi, ut tumores, & solutio continui visum debilitant, vel auferunt: Aqueus etiam humor, in quo crystallinus medium locum habet, ut varie afficitur, ita varia symptomata infert: Crassior redditus, visum debilitat. Si in ea aquei humoris parte quæ centro pupillæ respondet, suffusio constiterit, depravat visum. nam omnia fenestras habere videntur: eum quod in medio non videtur nec apparet, quasi excisum cernatur. At si vagentur corpora quædam crassa in aqueo humore, culices his foris obversari videntur. Sin humor crassus, vel vapor ante pupillam constiterit, imaginantur idolum sibi apparere. hac ratione monstrum à Bruto visum, Cassius Epicureus apud Plutarchum mollibat. Vel ad alienum calorem traducitur humor aqueus; talia, coloribus tincta alienis apparent tunc quæ videntur. Sin varius coloribus alluatur, talia & foris se videre existimabit homo: ut, quibus in crisibus jamjam fluxurus est sanguis è naribus; vel quibus in propinquo est vomitus, μαρμαρυγαι, id est, variis splendoribus variegata res ob oculos versantur, voce ducta à marmore, quod politum undulatam varietatem colorum pingit. Cornea quin etiam oculi tunica crassior facta (ut in senibus contingit) visionem

sionem impedit, diciturque Caligo proprie; quasi per nebulam viderent. si suffundatur colore flavo, flavescere conspecta putant quæ vident. Et ulcus corneæ excæcat homines, effuso humore aqueo; tunc enim concidit & corrugatur foramen uveæ, quod pupilla est, & crystallinus humor splendoribus, non ex naturæ lege, propinquior redditur. Adnata oculi tunica inflammatur, vel ungue tentatur, visuique obest.

Auditus afficitur, vel quod ejus facultas, instrumentum princeps, vel huic serviens, affligatur. quod evenit cum auditus diminuitur, aboletur, aut depravatur. ut in gravi auditione: vel surditate, vel obauditione, ut in susurro. Causæ horum symptomatum sunt, quod vel ea pars cerebri unde nervi auditorii oriuntur, ubi facultas resedit) intemperie tentatur calida, frigida, humida, vel sicca. calida, ut apud Hippocratem quarti Aphorismorum vigesimo octavo: Quibuscunque biliosis excrementis fertur alvus, his oborta surditate sistitur: & quibus obsurduerunt aures, superveniente biliosо alvi profluvio liberantur, *translatione materiæ à cerebro ad alvum. quod si in febribus ardentibus obsurduerunt aures, & superveniens profluvium* Auditus.

fluvium bilioſum non ſolvat ſurditatem, hoc lethale eſt: oritur enim illa ſurditas à reſoluto cerebro & effœto; ut in Hermocrate contigit apud Hippocratem tertio Epidemiorum in ægro ſecundo. Vel ſi quid meatum auditorium obſtruat.

Odoratus. *Odoratus variis morbis afficitur; inde ſymptomata imminuti, aboliti, vel corrupti odoratus. Pendent hæc vel à morbis principalis inſtrumenti odoratus; aut ei ſervientibus: vel à facultate. A principe inſtrumento, ut à ventriculorum anteriorum, & membranarum cerebri intemperie calida, vel frigida: unde diminuitur aboleturve odoratus: ut quibus à catarrhis & coryzis, æſtu, frigore, vel humiditate oppleti ſunt; vel affectis partibus quæ operam ſuam dicarunt parti principali; ut obſtructo oſſis ethmoïdis meatu, quo halitus duci ſolet ad cerebrum; idque à catarrho, vel inflammatione, aut polypo; qui eſt tumor naſi ab oſſe ethmoïde fere ortus; caro extra nares pendula, polypi marini pedem conſiſtentia referens; qui tumor nares obſtruit, ſpirandi vias præcludens, qui interdum per meatum palati ad fauces deſcendit & ſtrangulat. Quantum ad depravatum odoratum: Refert Fernelius, abſceſſus quoque fieri ad ſupremum naſi meatum, ubi*

ubi proxume cerebri ventriculi patent, cum minimo dolore: è quibus ruptus magna vis fertur puris. & in quodam milite, qui ſimis erat naribus, vermes duo villoſi inſtar digiti in illis geniti inventi ſunt; qui illum in furorem actum, die circiter vigeſimo enecarunt. Ita depravatur odor ex halitu qui alienam ſpirat qualitatem, ortus ex fœdo ſucco, qui naſo contentus illum exhalat.

Guſtandi etiam actio percellitur, cum diminuitur, vel aboletur, aut cum depravatur. quod fit vel principe ejus inſtrumento labefactato, aut illi ſerviente, vel tacta facultate. Guſtus itaque perit, vel imminuitur cerebri parte refrigerata, vel obſtructa, unde nervi molles, qui ad linguam veniunt, oriuntur: aut ipſis nervis ita affectis. Depravatur guſtus, cum abſurdum ſentit ſaporem. fit à linguæ membrana, quæ alieno humore perfunditur, quo proluit alimenta. Guſtus.

Tactus etiam vel diminuitur, vel aboletur, vel corrumpitur. Tactus debilis fit in torpore: qui oritur à frigore; vel compreſſione nervoſorum corporum, aut à ſucci craſſi obſeſſione; adeo ut ſpiritus animalis eos pervadere nequeat, ut lux Solis ſtupet in aëre fumo contaminato, & in aqua luto fœdata. Tactus depravatus Tactus.

est, cum absurde qualitatem corporis objecti percipit : ut cum quod calidum & frigidum videtur. causa est, instrumenti intemperies, ut manus rigore aut frigore algens ; quod parum frigidum tangit, calidum judicat. Aboletur sensus in paralysi, hoc est in nervorum resolutione : in toto corpore affectis cerebri nervus, vel in aliqua parte : cum nervus qui parti inseritur, resolvitur ab influxu frigidi succi : vel cum comprimitur inflammatione vicinarum partium, earumve tumore. Etenim à quibus nervis partes vim sentiendi habent, ab iisdem male affectis laduntur. videte ægrotos apud Galenum quarti De locis affectis capite quinto. Integro sensu partis nonnunquam aboletur motus ; & contra. Id fit ea ratione, quod aliquibus membris defertur sentiendi vis per peculiares nervos, & per alios nervos motionis facultas.

Cur integro sensu tactus, aboleatur motus.

Dolor & voluptas.

Dolor & voluptas tactus sunt manifesta symptomata : contingunt que omnibus sensibus ; maxume que elucent in gustu & tactu. Habentque dolor & voluptas communem causam qua afficiunt omnes sensus : tum etiam propriam causam, qua peculiarem sensum tangunt : ut acerbus sapor gustui dolorificus est, tenebræ oculis. Plato in Timæo, doloris & voluptatis communem

munem causam esse ait πᾶσιν violentum, quod confertim, id est, multum & celeriter fit; quod Græce una voce ἀθρόως dicunt, id enim dolorem parit, cum abducit à pristina natura. ut quod confertim ad suam naturam redit, cum inde periclitabatur avelli, voluptatem parit: quod enim sensim fit, sensum latet. Hippocrates, Platone antiquior? Quibus natura, inquit, alteratur & corrumpitur, dolores his fiunt. Hæ alterationes fiunt ab iis quæ confertim mutant, divellunt, aut secant. Etenim Hippocrates corruptionis nomine intelligit id mutationis genus, quod cum magnitudine & celeritate fit. Græci una voce id, ut jam dixi, ἀθρόως dicunt. Dolor in fieri suam essentiam habet. non enim cum quid alteratum est aut ruptum dolet, (nisi per aliud, quod acris affluit humor, vel inflammatur pars) sed cum alteratur, vel corrumpitur. unde Hippocrates, dum pus fit, dolores ac febres contingunt majores quam jam confecto. Symptomata hæc, dolor & voluptas, oculos etiam invadunt. Maxime vero oculi afficiuntur voluptate à cæruleo colore: dolent autem à splendido alboque (qualis est Sol) & à nigro: nam ut contrarium (hoc est obscurum, nigrum) violentius cogit visum & ultra

& γίνεσθαι, non ἐν γενέσει.

2. aph. 45. voluptas & dolor in visu unde.

naturam, tamen splendidum album magis nocet; quia dissipat minimo tempore visus spiritus. Nigrum, lente cogit: ratio est, quia visus instrumentum est splendidum; splendida cuncta, tenuia sunt & pervadentia: at nigra, sunt crassa. Iam vero quod tenue est, magis nocet quam quod est crassum. Igitur cum tenebræ committuntur cum splendido instrumento, remisse agit quod tenebricosum est, in id quod tenue: nam id quod crassum est, ita est comparatum, ut facile à tenui patiatur. Igitur nigrum lente cogit, quare cæruleus color visui gratissimus; nam nec dissipat visum sicuti splendidum, nec cogendo extinguit ut nigrum. etenim ut fuscum ex albo & nigro simul mistus fit, ita cæruleum ex albo splendido in nigrum saturum incidentibus efficitur, ut docuit Plato in Timæo. Quare non fit magna voluptas in visu cum ad naturam redit: quia non subito sed languide à nigro cogitur. nec dolor quoque immanis; quia non violenter abducitur à splendore, sed ultro eo rapitur, & seipsum visus dissipat præsente splendida luce. Gustus voluptate afficitur à pinguibus dulcibus saporibus, cum homo sanus est: alioqui contrariis gaudet. ut si crassis succis obsessa viscera fuerint, tenuantibus eduliis gaudent

Voluptas & dolor in gustu unde.

dent. Prostat ventriculo lingua; quæ, quales succos requirant viscera, tales appetit.

Symptomata quæ circa os ventriculi contingunt, etiam ad tactum pertinent: etenim nulla pars adeo sensiles nervos sortita est; nec aliud æque cor & cerebrum in societatis noxam trahit ac œsophagus, qui stomachus dictus fuit post Aristotelis tempora. Symptomata ejus sunt, abolita appetentia, diminuta, & corrupta. Abo- letur appetentia, quod sensum suctionis amiserit ventriculus; quod fit ab intemperie calida. quæ fundit & laxat sanguinem venarum quæ rigant tunicas ventriculi. vel quia acidus succus non incidit in os ventriculi, obstructis à liene vius. Vel resoluto nervo qui attingit œsophagum. Ex hac causa tale symptoma incurrit Spirensis puella, cujus historia describitur à Ioanne Langio: quæ inediam triennalem passa est, quæque intra biennium ex alvo & vesica nihil excrevit; quæque è naribus pituitam emungebat; quæque assatim illachrymabat amicorum absentium desiderio; nec auribus deerant suæ sordes. Vidit eam Langius duodecim annos natam, justo (pro ætatis tempore) corporis habitu. Huic, inquit, puellæ nervi crurum & brachiorum resoluti erant.

Stomachi symptomata.

Appetentia abolita unde.

2. Epist. 27 Historia miræ inediæ.

Testa-

Lib. 1. *Teſtatur quoque Ariſtoteles, ut refert Athenæus, Timonis amitam quotannis in ſpelunca, urſarum more, bimeſtre tempus abſque ullo edulio delituiſſe ſemianimem, ut ſola ſpiratione viveret, atque ægre dignoſceretur. Albertus Magnus ſcribit ſe vidiſſe Coloniæ mulierem, quæ triginta dies cibo potuque ſæpe ſe defraudarat. Vel aboletur appetentia, quod ſuctio non fiat ex œſophago, cum corpus non reſolvitur otio diffluens. aut cum plus alimenti quam digeri poſſit ingeritur. Diminutæ appetentiæ naſcuntur, ſuctione & ſuctionis ſenſu non perditis, ſed eo perducti ut fere pereant. Corruptæ appetentiæ peccant qualitate, vel quantitate. quæ quantitate naturæ mediocritatem excedunt, dicuntur caninæ: fiunt cum acidus ſuccus ventriculum mordet & contrahit, adeo ut ſanguis in venis per tunicas alvi ſparſis cogatur à ſucco frigido & acido, qui ſimilem ſuctui ſenſum infert. Vel oritur quia corpus immodice exhauritur. ita Brutus, ut ſcribit Plutarchus, Dyrrachio Apolloniam verſus movens exercitum per altas nives, in famem caninam incidit. In qualitate etiam vitioſa fit fames, cum vitioſa abſurdaque edulia appetunt. id fit, quod tunicæ ventriculi vitioſum excrementum concepe-*

De natura animal. lib. 7.

Languidæ appetentiæ cauſæ.

Corruptæ appetentiæ cauſæ.

8. Sympoſi. 6.

runt:

runt: quod fit in prægnantibus, quæ malus succis abundant: nam πίκης, hoc est pica tentantur, & acria, acida, acerba expetunt, ut cretam, carbones, gypsum: idque per secundum & tertium mensem ingravidationis: hinc enim grandiore fœtu, quod excrementitium primum in ventriculum fluebat, in fœtum abit. primum enim quod optimum in sanguine erat, tantum trahebat fœtus. Pica quoque aliquando in viris incidit, cum alienus succus ventriculi tunicas pervasit. dicitur Pica, quod ea avis consimili forte tentetur tædio: vel quod varie colores induat.

Potionis desiderium etiam symptomaticum.

In potionis appetitu quin etiam symptomata talia contingunt: nam vel potionis appetentia languet, vel omnino extabuit, vel depravatur. extabescit & nos deserit potandi desiderium, cum in corpore adest humoris frigidi copia; vel cum resolutus ventriculus desiderium potus non sentit. Languet, cum hæc remisse adsunt. Vitiosum potum peccare dicimus in quantitate vel qualitate. In quantitate, cum tunicæ ventriculi imbutæ sunt salso succo, vel bilioso, vel humido naturali in ventriculo effervescente. Vitiosum potum in qualitate desiderat ventriculus, ut pravis suscu ejus tunicæ occupatæ fuerint, ut in

iis

iis qui longo tempore pravis cibis usi fuere. Notavit Galenus quosdam interiisse nimia siti: vel quia serpentem quæ δίψας dicitur, deglutiverant: vel vinum in quo δίψας sese merserat biberant: & quia vinum biberant meracius ad ebrietatem: & quia marinam aquam. Per sympathiam quoque alia symptomata movet stomachus; ut cum cerebrum vel cor in sympathiam trahit, maxume si quatuor conveniant; nempe affectus vehemens aliquis, qui stomachum urgeat. si sensus stomachi fuerit acer. si nervi & arteriæ ejus fuerint debiles. si cor vel cerebrum infirmum fuerit. Tunc enim facile fiunt vel comitiales morbi, carus, catalepsis, melancholia, delirium; syncope cardiaca, apnœa, dispnœa: illa enim evenit vel oppresso diaphragmate; vel si stomachus valde refrigeratus fuerit, frigidove succo, aut spiritu fluctuoso, vel potu, cibo, medicamentove frigido occupatus si sit. nam tunc per nervos, qui attingunt ventriculum, cerebrum afficitur; & una per arteriam magnam cor refrigeratur, ob vicinitatem. Nam maxuma arteria à corde orta super spinam sedet, ac descendendo stomacho jungitur, & membranis ejus annectitur, & per ventrem porrigitur: unde facile affecto stomacho, cor afficitur.

Hacte-

Hactenus de symptomatis quæ consistunt in animali actione vel functione.

CAPUT IV.

De Symptomatibus Vitalium actionum vel functionum.

IN *vitali actione symptomata efflorescunt, cum ea aboletur, diminuitur, vel depravatur. communis causa horum symptomatum pendet à facultate vitali; ab instrumento, hoc est arteriis, & usu, hoc est, necessitate. Cum itaque pulsus à natura abit, manabit id vitium à facultate, instrumento, vel usu. Si itaque deprehendatur pulsus minor naturali, & si usus non sit diminutus. hoc est, si calor & spiritus vitalis non sit minor redditus, (ut ea ratione langueat, nec opus sit mediocri pulsu, ut recreetur calor, sed languidus pulsus sufficiat,) vitium vel ad instrumentum referendum, vel ad facultatem. quod si instrumentum (nempe arteria) non fuerit durum, vel nimis laxum, erit facultatis vitium; quæ languet vel alimenti inopia; vel quia vigiliis, & laboribus exhaustus est spiritus; vel quia obstructis arteriis non traducitur; quod ve pars aliqua dolens corporis,*

rapit

rapit in se spiritus. alioqui vitium erit in instrumento, vel in usu. in instrumento, cum arteria præter naturam affecta est. in usu, quando calor factus non desiderat magnum pulsum, aut magnam vim aëris qua recreetur. Plenius De Pulsibus agemus libro decimo, ubi omnis ejus varietatis causam & significationem scribemus.

CAPUT V.

De Symptomatibus actionis naturalis.

ACTIO *naturalis in ventriculo consistit: ut cibum attrahere, retinere, concoquere, expellere, ita & in venis partibusque quæ ab iis rigantur, & in habitu corporis. Ventriculi itaque attractrix actio vel aboletur, diminuitur, aut depravatur. aboletur in stomachi paralysi, cum non trahit. causa est morbus in intemperie, & tumor stomachum occupans: vel obstructio à tuberculo, aut à crassis humoribus. Debilis, cum ægre trahit; dum relaxari incipit: causæ eædem, sed mitiores. Depravata, quando prave & non rite agit, ut si ab inferioribus clysteres vel fæces trahat. Sed, ut ait Galenus, stomachus talia non trahit, sed ab intestinis peri-*

Ventriculi attractricis abolitæ causæ.

Debilis.

Depravatæ.

3. De caus. Sympt.

peristaltico motu contra naturam, id est, ab inferioribus sursum motis, refunduntur ad stomachum. ut qui in foro versantur negotiis impliciti, hu, qui descenderat acer succus, sape in caput & ventrem refluit. sic & clysteres & faces per os in ilio morbo, qui fit ab obstructione tenuis intestini. quamvis Diocles Carystius (ut ait Celsus) crassi intestini morbum ileum vocaret: postea tamen ad tenuia intestina id nomen morbi abiit, qui ante χορδαψὸς dicebatur; quod venter adeo tensus esset in hoc morbo, quasi chordam quis tangeret. Sed εἰλεὸς dictus fuit ab εἰλέω, id est, convolvi; unde & Volvulus Latinis dicitur.

Ventric. retentricis symptomata.

Retentrix quoque functio in ventriculo vel aboletur, diminuitur; vel depravatur. Aboletur, cum ventriculus cibum non retinet, ob morbum in intemperie, vel in instrumento. Vel debilis redditur. tunc flatus fiunt ex ventriculo modice frigido, vel ex cibis flatulentis. vel fluctuationes sonoræ nascuntur, quas κλύδωνας Græci vocant. id fit cum nihil in ventriculo continetur, quod in flatum abire potest; vel cum admodum sit refrigeratus, adeo ut ex cibo ne vaporē quidem generet. Depravata, cū ventriculus saltu quodam & palpitatione, tremoreque cibum amplectitur.

In

Ventriculi coctricis sympto-mata.

In ventriculi coctione symptomata etiam consistunt. Est autem coctio ventriculi, ciborum in convenientem qualitatem animali conversio & alteratio. Illa aliquando aboletur, & dicitur ἀποψία: aliquando diminuitur, & appellatur ἐκδυσπεψία: aliquando depravatur, & à Galeno vocatur δυσπεψία. Causa omnium horum symptomatum est læsa alteratricis actio. quod fit à læsa facultate, vel ab externo errore. A læsa facultate, cum temperies ventriculi invertitur ad calorem vel frigus, humiditatem vel siccitatem. vel impeditur à tumore, ut phlegmone, œdemate, erysipelate, vel scirrho. Ab externo errore, in cibis, excrementis, & tempore somni. cibi qui peccant in quantitate, qualitate, tempore, & utendi modo. in qualitate, ut nimium calidi vel frigidi cibi. quantitate, cum molem alvum superant. tempore, cum ante exercitium quis pastum iniit. utendi modo, ut si prius granata sumat, dein olus.

In vasis quoque & venis quæ celebratur coctio, vel aboletur, minuitur, vel depravatur. unde crudi succi, semicocti, & vitiosi. Sic in venis quæ ad habitum corporis ducunt, cum prava celebratur coctio, tunc inde succi vitiosi oriuntur,

unde

unde erysipelata (quod rosam vocant nostrates,) cancri, gangræna, φαγέδαινα, carbunculi ortum ducunt. At medicis non satis esse debet quod noscant aliquod symptoma, sed causas ejus investigare debent. Vt non sufficit cognovisse ventriculum non coxisse, sed quare id acciderit, an ob fractam coctionis actionem, ob cibi copiam, aut ob ejus duram qualitatem. Etenim si ex cibo, facile discutitur symptoma. at si ex facultate oppressa, in hydropem siccum plerunque abit, ut scribit Hippocrates. Sic in venis cruditas si fuerit, videndum num ea luxuriet ex αἱματώδους labefactata, vel à copia crudorum succorum qui à ventriculo alluunt. si à copia, facile sanantur. si facultatis vitio, in hydropem abeunt. Sic in coctione quæ circa carnem fit: qui se immodice satiant à morbis, flatuoso habitu & turgido redduntur. at si ex facultate carniũ laborarint imbecilla, in anasarcam labuntur. Si igitur ventriculus circa moderatos & assuetos cibos nil egerit, nec eos mitigaverit, indicium est validæ intemperiei. si ob frigus id fiat, acidi ructus gignuntur. si ob calorem corrumpantur, fumosi ructus eduntur. alii virus, lutum, pisces, aut indicibilem olent putredinem. 4. aph. 21.

Ex-

Expultricis Ventric. sympt.

Expultrix vis ventriculi interdum aboletur, diminuitur, vel depravatur. aboletur, ut in volvulo. diminuitur in tarda excrementorum propulsione. depravatur, cum insurgit priusquam absoluta est ciborum concoctio, & immoderato motu in cibos incumbit quasi impos sui, & (ut inquit Galenus) more eorum qui in declivi currunt ac gradū sistere nesciunt: ita & hæc frena laxat, calcariaque addit in excretionem cibis. id fit vel acrimonia materiæ stimulantis: vel cum copia obruitur.

Distributionis symp.

In Distributione quoque (cujus munus est alimentum ex ventriculo in jecur; ex jecore in habitum corporis deducere, sugentibus partibus quod illis familiare est) hæc symptomata incidunt. Vel enim diminuitur distributio, aut aboletur, vel depravatur. Causæ horum symptomatum sunt, intemperies; & morbi instrumentales partium trahentium, vel alimenti vitia; vel quia excrementum non repurgatur in secunda concoctione quæ fit in venis & hepate. Intemperies partium trahentium affligit distributionem, quia silet divina illa vis tractrix, cum nimium pars refrigeratur. Instrumentalis morbus lædit distributionem, quia viis angustis aditu prohibetur ali-

alimentum: à tumore; vel obstructione. fiunt autem tumores, quando ad partem affluxus fit humorum. obstructio fit à viscidis, crassis, lentis succis; vel à tuberculo. Alimenta quoque crassa officiunt distributioni. Vel distributio laditur, quod ab excrementis non purgetur succus: id fit vel ob partis quæ purgat imbecillitatem, vel ob viarum angustiam; vel ob vitium excrementi. Exempli gratia: In coctione quæ celebratur in hepatis venis, triplex ibi provenit excrementum: amara bilis, nigra bilis, & serum. Bilem, vesica fellis quæ jecori subest expurgat. atrum succum lien. serosum renes. Hæc instrumenta si labefactata fuerint, parum commode purgabitur sanguis. ita etiam si obstructa fuerint quæ trahunt, & quæ emittunt. Vel his ex naturæ lege sic se habentibus, excrementa ipsa peccant qualitate & quantitate.

Assimilatio, hoc est, nutritio, sua quoque symptomata habet; vel enim abolitur, diminuitur, vel depravatur. idque vitio nutritiæ facultatis, vel materiæ. Nutritiæ facultatis, cum attractrix imbecilla est: vel expultrix fortis, nimiumque se movens. quod fit cum retentrix imbecilla est, vel obruta materiæ copia; vel exstimulata acrimonia; vel quia Assimilationis sympt.

coctrix

cōctrix facultas imbecillis est. Ratione autem materiæ, vel quia deficit, unde ἀτροφία ex nutrimenti inopia oritur: aut quod vitiosa sit, ut in alpho & vitiligine, hoc est, in fœda macula corporis. quæ triplex est, ut varie assimilatio læditur. vel generis nomen retinens, & dicitur

Alphus. ἀλφὸς, quod cutem mutet: veteres enim Græci ἀλφύνειν mutare dicebant. vel est μέλας, id est, niger alphus; aut λεύκη. In alpho est macula alba, summam tantum cutem occupans. Melas, instar umbræ, nigra est in cute macula. hæ sanantur. Tertia leuce est, quæ carnem imam quoque occupat. Si adeo mutata sit caro, ut acu puncta cruorem non emittat, insanabilis est. sic si pilis nudata sit pars. Dicitur leuce ad populi arboris ideam, quam λεύκην vocant: quod albedine corticem & folium ejus referat. Fiunt hæc sumptomata, quod pituitosior sit sanguis unde pars nutritur: referunt enim cunctæ ideam nutrimenti unde aluntur. quod in cutionibus & locustis manifeste apparet. hæ enim gramineo colore viresçunt, gramine nutritæ. sic & in plantis manifestum

3. De sym. caus. evenit, ut de persea arbore credidit Galenus: quæ in Perside lethalis, in Ægyptum translata, noxia esse desinit. Aristoteles quoque colores animalium mutari in di-

versi-

versis regionibus prodidit. Ita etiam nostra caro longo tempore nutrita sanguine pituitoso, fit alba caro, non simpliciter caro: ut ex melancholico nutrita sanguine, fit nigra, & ad elephantiasin prona.

Hactenus de symptomatis quæ consistunt in actionibus læsis animalibus, vitalibus, naturalibus egimus: jam agendum de symptomatis quæ consistunt in qualitate mutata.

CAPUT VI.

De Symptomatis quæ consistunt in qualitate mutata.

QUALITAS mutata apprehenditur quinque sensibus, visu, auditu, odoratu, gustu, & tactu.

Visu apprehenditur visibilis qualitas mutata, quæ consistit in figura, ut charactere; & mole corporis; & in coloribus præter naturam, qui efflorescunt ex humorum idea. etenim humor peccans in substantia, quantitate, qualitate, vel motu, colorem corporis mutat. Motus humorum oritur interdum ex aëre æstu flagrante: tunc enim foras protruduntur, uti frigore intus retruduntur, unde corpus rubet vel pallet. vel affectu animi, ut ira. aut cor-

poris, ut exercitatione. ſemper (niſi ex his cauſis reflui humores fuerint) qualis eſt humor, talis eſt corporis color.

Color immutatus in toto corpore. Icterus.

Mutatur color, in toto corporis habitu: vel in parte aliqua. in toto corpore, ut cum flaveſcit ictero; cujus cauſa ſunt abundans flava bilis à calore hepatis. vel quia uritur febrili calore totum corpus. aut quia obſtruitur hepar, & ei qui ſub eſt folliculus fellis. Eſt apud Hippocratem triplex Icterus; criticus, ſymptomaticus, & naturalis, quo aliqui tincti ſunt à natura: ut qui natura calidi ſunt; de quibus agit Hippocrates quinti aphoriſmorum ultimo. Criticus eſt, qui fit die critico natura vi: de quo Hippocrates quarti Aphoriſmorum ſexageſimo quarto. Symptomaticus, qui ejuſmodi eſt vel à morbi, ſive hepatis & lienis vitio, aut veneno. Ut morbi, qualis erat Hermocratis: de quo agit Hippocrates quarti Aphoriſmorum ſexageſimo ſecundo. Quinetiã *inquit*, qui in febres incidunt morbi regii ante ſeptimum diem, ſunt calamitoſi. *Sed dicet aliquis, nonne Heraclides in Thaſo ſervatus fuit, quamvis ſexto die ſupervenerit icterus? Reſpondet Hippocrates, illi ſupervenit ſanguinis profluvium ex naribus, alvus & urina profluxere, ita calamitas tollitur: nam alioqui cala-*

3. Epid.

2. Epid. Sect. 2. Temp. Conſt. 3.

mito-

mitosus fuisset illi, ut domestico Phanagrionis. Vitio autem partis, ut cum ab incendio hepatis & calore, rapitur bilis una cum sanguine in totum corpus. illa fere lethalis est. Vel ex veneno, ut ex usu aquæ stagnantis & viridis: & morsu viperæ, ut annotavit Galenus in servo Imperatoris evenisse libro quinto De locis affectis, capite septimo.

Color immutatus in parte corporis.

Vel symptoma in qualitate mutata (ut calore) consistit in parte aliqua corporis: ut in Causo: lingua arida est & nigra, à nimio æstu, & aliquando in partibus quæ livent, ut vi erysipelatis: quod oritur ex hepatis incendio, cum sanguis bilioſus æstu fervens, in partem excutitur. ita & carbunculus lividam partem reddit; qui, ut auctor est Galenus, oritur cum adustus succus, in febre nimium ardente, ad partem projicitur. Quod si sine febre id fiat, oritur Cancer: quare Cancer frigidior est carbunculo. sic & λύκος ἐδιόμψος (ab aulicis lupus dictus) qui depascitur carneam molem & quoque ossa, à bile adusta oritur. ita & in Scelotyrbe color crurum mutatur: livet enim crus ac durum redditur. Hippocrates libro De internis affectibus, circa finem, hunc descripsisse videtur sub nomine volvuli hæmatitidis: nostri Schuerbuyck ofte blauschuyt *vocat.*

Elucent & visu symptomata in figura mutata corporis; cum illa mutatur in
Character & moles. 1. Progn. *charactere & mole. primaque prædicendi signa inde desumit Hippocrates, ubi ait:* Præsentiendi ratio hæc est in morbis acutis tenenda; ut animadvertas ægri
Facies Hippocratica unde: faciem, si benevalentium similis sit, (*nempe in colore, charactere, & mole*) & potissimum, *inquit*, sui ipsius. *modo tamen nulla excusatio perturbationis criticæ adferri possit, aut lapsus, unde mutata facies: aut caloris ignis.* sic etenim optuma erit, *inquit Hippocrates: quod trium facultatum, corpus gubernantium, vis in facie eluceat.* quæ autem (*inquit Hippocrates*) simili contraria est (*nempe in charactere, colore, atque mole*) periculi plena est, peneque funesta: hujusmodi sane hæc fuerit: oculi concavi, (*quod cum humidi sint, facile vi febris humores eorum exhaurianter, & musculis sex oculorum convulsis, minores oculi apparent, quasi totam suam cavitatem non implentes*) collapsa tempora, *à quatuor musculis eliquatis incendio febrili, & alimenti inopia, unde & cutis ossa capitis tangere videtur:*) & nares acutæ, (*alimenti inopia, exhausto sanguine, carnosaque parte absumpta & liquata à calore:*) fibræ aurium aversæ, cutis frontis dura,

ra, aspera, intenta: *à perfecta extenuatione, quæ sanari non potest.*

Qualitas mutata dignoscitur etiam ex Auditu, in vocibus & sonis. in vocibus, Auditus. *ut à morbis qui in ore, faucibus, aspera arteria, pulmonibus, thorace sunt. Symptomata fiunt in sonis, ut in clangoribus & tremulis vocibus. sic apud Hippocratem est febris λιγώδης, id est, singultuosa; & duplex intro vocis revocatio; convulsis musculis laryngis à calore febrili. Et ex hoc symptomate Hippocrates, primo Pra-* Apho. 14. *gnosticωn, præsagium ducit, ubi scribit,* dentes stridere per febres, quibus à pueris id fuit semper insolens: *quasi dicat, ut nulla musculorum maxillas moventium, tanquam vitio laborantium, excusatio adferri possit, quemadmodum in pueris accidit, quibus tum nervi sunt imbecilliores, tum etiam musculi breviores:* insaniæ præludium id est, atque funestum; *convulsionem enim significat: At convulsionem febri supervenire pessumũ: etenim multũ temporis ad siccitatis emendationem postulant nervi: sed inducias non præbet morbi vehementia, sed vires statim dejicit, ac citam mortem adfert.* Sed, *inquit Hippocrates,* prædicere oportet periculum esse ab utroque: *hoc est à mania & convulsione lethali.* quod si fa-

naticus factus id faciat, omnibus modis funeſtum: *id eſt, ſi inſaniæ ſtridor dentium ſuperveniat. Quaſi dicat Hippocrates, permultum intereſſe, ſitne dentium hic ſtridor jamjam adfuturæ inſaniæ ſignum; an vero jam ipſius conceptæ ſymptoma; nam tum omnibus modis eſt funeſtum, imo in propinquo mors eſt, quia omnis convulſio quæ in delirium cadit, mortem propinquam eſſe ſignificat.*

Odoratus. *In Odoratu qualitas mutata animadvertitur: ut in ructu viroſo, piſcoſo, luto-ſo, & acido. & quæ expirant ex corpore, ut puellis hircientibus cum ex ephebis evadunt, tetrum quid odorem ferit. Quin in ipſo guſtu ſentiunt ipſi ægri qualitatum talium ſymptomata: ut ſudor defluens in os; ſive ſanguis ex naribus fluens: & quæ vomuntur: & expectoratum, & ſaliva modo acida, modo amara, vel ſalſa, alicve ſapore tincta.*

Tactus. *Tactu, ut ubi tangibiles differentiæ naturæ legem excedunt. ut cutis dura, ſicca, aſpera, humida, laxa, rugoſa, præhumida.*

CAPUT

CAPUT VII.

De Symptomatis Excrementorum.

ULTIMUM *symptomatum genus consistit in excrementis, excernendis & retinendis. Illa peccant vel toto genere, quantitate, qualitate, tempore excernendi, & excernendi modo.*

Toto genere præter naturam excernitur sanguis, lumbrici, calculi, arenæ, & quicquid induit formam alienam cui similem non reperias in corpore humano. Sanguis. *Sanguis profunditur per nares, vomitum, tussim, sedem, & per urinam. Et excernitur vel ratione vasorum: vel ratione sanguinis. Ratione vasorum, vel quia rumpuntur, eroduntur, vel aperiuntur. Rumpitur vena à saltu, à plaga: ita à clamore acuto & magno in pulmonibus vas rumpitur: nam ab hoc omnia instrumenta vocis tenduntur. Propterea Hippocrates expectorata cruenta ac tabes juvenibus evenire dixit; quod victus ratione susque deque habita, valida exercitia subeant, unde venæ in illis rumpuntur: ut eleganti hac paronomasia exprimit Hippocrates, ubi ait:* τῶν νεωτέρων αἱμαστοὶ πτύσιες, φθίσιες: *id est,* juvenibus sanguinis 3. aph. 29.

guinis ſpuitiones, phthiſes. *Eroduntur & abraduntur vaſa gracilia ab inedia: vel mollia abraduntur à ſuccis acribus, non aliter quam veſicæ à cantharidibus. Vel aperitur vena recluſo orificio, & διαῤῥῆξις dicitur. Fit vel à multitudine ſanguinis; ſeu retentrice imbecilla; vel expultrice forti (quamvis contra naturam;) aut ambabus ſimul laſis. Ratione ſanguinis rumpitur vena, vel aperitur propter multitudinem ad vaſa, vel ad vires. Sanguis enim bifariam excedit quantitate; vel quia à vaſis contineri nequit, & dicitur plenitudo ad vaſa: vel alio modo ad vires dicitur, cum tanta quantitas ſanguinis eſt, quæ à viribus contineri nequit, quamvis non adſit mala qualitas. Quare non eſt cacochymia. etenim in plenitudine ad vires, vitium ad vires potius eſt referendum quam in ſanguinem. Vel recluduntur orificia venarum, quod retentrix vis imbecilla ſit: cum enim non retinent venæ ſanguinem, egreditur; ut cum corpus totum humida intemperie laborat. Dico totum corpus; etenim ſi vena humidior fuerit, potius id vitium agnoſcet vas, quam retentrix vis. Vel aperiuntur, quia expultrix immodice ſtimulatur ab acriore materia. Egreditur etiam ſanguis per διαῤῥῆξιν, id eſt, per*

ſal-

saltationem, vel exsudationem; cum tenuior est & serosior sanguis, per mollia vasa & rara emanat. Sanguis quin etiã egreditur ob proprium vitium, quo ipse sanguis in vitio est quantitate vel qualitate, vel cum utrinque à naturæ modo abscedit. ut cum ob malam qualitatem non amplius in substantiam corporis vertitur. Ratione autem qualitatis peccat, cum est tenuior, aquosior, acrior, flatulentus. Cum enim acrior est, abradit vasa & aperit. si tenuior fuerit & serosior, tunc exsudat per vasa. si flatulentus fuerit, distendendo aperit venas. Effertur sanguis critice, aut symptomatice; idque per nares, vel alio. per nares cum fertur, ab Hippocrate ἀιμορραγία dicitur, non addito partis nomine: & proprie ita dicitur ille fluxus qui confertim fit, à ῥαγῆναι, quod apud Hippocratem significat confertim & impetu prodire. Qui fluxus criticus est, non est paucus: nisi arterialis & rubor sanguis fluxerit, ut annotat Galenus ad historiam Philisci. Num autem fuerit ex arteria sanguis, animadvertitur ex substantia, qualitate, & excernendi modo. nam saltu quodam rursus tenuisque sanguis ex arteria egreditur. Vna sanguinis evacuatio excipitur, quæ naturalis est, modo naturæ consentanea quantitate 1. Epid. Menstruus sanguis.

feratur, menstruus sanguis, qui sola quantitate peccat. Vel enim profuse nimis fertur: aut nimis parva copia. Nimus profuse, rupta, aperta, vel exesa vena. vel quia serosus tenuisque sanguis facile effluit. aut retentrix vis imbecilla quod sit, ut in moribundis mulieribus reeluduntur uteri vasa. Vel nimus parva copia fertur: quod sanguifica vis lapsa sit: interdum quod expultrix sileat: vel quia uteri corpus durum est: unde acetabula, hoc est, extremitates venarum, quæ ad uterum pertingunt, connivent. nonnunquam venæ obstructæ sunt, quæ ad uterum sanguinem vehunt, à crassis & lentis succis. vel à partibus vicinis pressæ connivent. Totius corporis ratione etiam fit ut non fluant menses: ut si magna exercitia subeat mulier, tunc exhauritur sanguis per insensibilem vacuationem: aut ob tenuem victus rationem: vel quia sanguis alio traducitur, ut in convalescentibus.

Lumbrici. Symptoma quoque in mutato excremento est lumbricus ejectus. Causa efficiens lumbricorum est calor externus putrefaciens, in materia conceptus: nam calor alia ratione non generat: nam, ut ait Aristoteles, ignis nullum gignit animal. Causa formalis est anima vegetalis &

2. De gener. animal. 3.

sensi-

sensibilis. at sensus in his animalibus admodum imbecillis est. Albertus quarto De anima, ex sensibus, inquit, nullum habent nisi tactum & gustum imperfectum. unicum enim instrumentum habent, meatum, ut plantæ, quæ cor habent, quod agricolæ animam vocant. Finis horum est, ut putredo absumatur in parvo mundo. Materia unde gignuntur, est materia cruda, viscida; & frigida. Alexander Trallianus & Avenzoar ex crudis cibis gigni ajunt, maxumeque ex farina incocta, & ex tritico crudo. Gignuntur lumbrici & in cervorum capitibus, ut scribit Aristoteles. & Avicenna capite de Zoda scribit, in humano cerebro lumbricum repertum fuisse. & Plutarchus dicit, una cum semine aliquem excreviſſe lumbricum. Hieronymus Benivenius, De abditis morbis, scribit, ex utero ejectum lumbricum. Sed fere in intestinis oriuntur, ob ciborum cruditatem, & partis ignobilitatem. Tempus in quo maxume proveniunt, est autumnus: nam, ut scribit Aristoteles, & terreni lumbrici tunc maxume gignuntur. Ægyptii (inquit Theophrastus,) Arabes, Armeni, Syri, Cilices lumbricis vexantur; non Phryges, nec Thraces, nec in Gracia Thebani & quod mirum est (inquit,) Bœotii ex

Avenz. 7. lib. 2.

2. De hist.

9. Lib. 8. cauſ. plaultim.

his laborant, Athenienſes his vicini minime. Sunt lumbrici vel lati, longi, parvi. Alexander vidit latos excretos longi-
Lib. 11. tudine ſex cubitorum. Plinius trecentum pedum magnitudinem ſuperare ait. Aëtius, Paulus, & Actuarius exiſtimaverunt, latum vermem, tunicam eſſe inteſtinorum avulſam. hos decepit, quod ſæpe tunica cui annectuntur una exit; nam tunicæ ideam referunt. Inſignis quidam auctor vetus putavit hos parere, quia cucumeris formam ſectæ ab his partes referunt. contra quem diſputat Hippocrates libro quarto De morbis. unde & Arabes errarunt, qui cucurbitinos vermes induxerunt. Rotundi autem lumbrici cubiti magnitudinem vix ſuperant. Aſcarides autem in longanonis extremo, & muſculi ſphincteris initio gignuntur. in juventis plerunque apparent.

Vomitus. Excrementorum ſymptomata quoque in vomitu animadvertuntur. peccant in
3. Sympt. cauſ. 2. ſubſtantia, quantitate, & qualitate. ſubſtantia, ut quæ à natura aliena ſunt, quæ tametſi cocta ſint, non tamen poſſunt nutrire: ut aliquando pituita quoque dulcis in ventriculo, & ſanguis. Eſt autem vomitus, materiæ cujuſvis è ventriculo expulſi per os, cum ventriculus quantitate vel qualitate alicujus materiæ male affe-

cta,

dæ, collectis viribus talem per os excludit. Atque hic vomitus apud Hippocratem duplex est: universalis, & particularis. Vniversalis, est materiæ quæ in toto corpore, vel in venis primæ & secundæ regionis, quæ vitium facit, expulsio. idque vel κενικῶς, vel vi medicamenti: hoc modo Hippocrates elleborum exhibet. Particularis vero est tantum ejus materiæ quæ in ventriculo continetur, ibique cunctando, aut vitio rerum assumptarum peccat. hinc elucet quam temere quidam Hippocratem carpant, qui prohibet vomitum in hyeme in libris Aphorismorum, quem permittit hyeme in libro De diæta Idiotarum. nam in Aphorismis de universali loquitur vomitione: in libro De diæta, de particulari. Vomitus duplex. 2. De fracturis.

Flatus fiunt vel vitio materiæ crudæ, crassæ; vel caloris imbecillitate, qui non potest materiam coquere, quamvis eam eliquet. Soni fiunt ratione instrumenti. nam in tenuibus intestinis tenuis & argutus sonus oritur, maxume si flatus sit tenuis: ut bombi & borborygmi in crassioribus intestinis, & à flatibus humidioribus. Flatus. Soni.

Sudor interdum peccat in substantia, qualitate, quantitate, tempore & excernendi modo. Quantitate nimia, vel dimi- Sudor.

minu-

minuta: nimius sudor fit, cum madet corpus copioso humore: vel si tenuis sit humor: vel si meatus cutis admodum patent. diminutus sudor fit cum pauca humiditas adest: vel si illa crassa fuerit: vel si meatus cutis obstructi; quod fit ex frigore, pinguedine corporis, & atrophia. Qualitate peccat, ut nimis salsi sudores; quod 2. Meteor. *fit ab adustione. nam, ut scribit Aristoteles, veteres mare vocabant sudorem terræ, quod adusta terra profundat salsam aquam. Fit & amarus sudor ut in ictericis. & sanguineus sudor, quod annotavit Theophrastus libro De sudore, ex auctoritate Monæ medici. & Aristoteles secundo* Lib. De sudore. *De partibus animalium quinto, sudoris sanguinei mentionem facit; & Galenus:* Lib. De utilit. resp. 1. Progn. Apho. 18. *Fit sudor sanguinem ob tenuitatem sanguineus. Hippocrates ex sudorum fluxu præsagium ducit:* At vero, *inquit*, sudores optumi sunt illi in omnibus morbis acutis, *id est, qui cum febre fiunt, & qui intra quadraginta dies judicantur:* quicunque, *dicit*, manant diebus criticis, *hoc est, quibus certamen morbi & natura in procinctu est, id est, die septimo ab initio morbi, nono, undecimo, decimoquarto, decimoseptimo, vigesimo, vigesimoseptimo, trigesimoquarto, & quadragesimo die. Nam alioqui, etsi sudores aliis notis*

lau-

laudabiles essent, (ut qualitate, quantitate, & excernendi modo;) tamen inutiles haberentur, nisi his diebus sudores fiant: quod iterato febris recrudescat. Et, *dicit, sudores* qui integram febrem excludunt, *id est, perfecte, nullo relicto empyreumate, neque febris materia. Superstitis empyreumatis signum est, siccitas oris & sitis. Materia vero, oris amaritudo.* Sed tamen, *dicit Hippocrates*, in bonis ducendi sunt illi, qui toto corpore manantes, effecerunt ut deinde liberius faciliusque morbum ferrent. *quod scilicet aquabili natura vi, aqualiter diffusa materia, nulla insigni parte male effecta evacuetur.* qui vero nihil horum efficiunt, *id est, quibus ex sudoribus nec remissio febris adfertur, nec allevantur agri,* sunt plane inutiles; *quia oriuntur ex nimia humiditate: unde producitur morbus.* Pessimi & calamitosi sunt frigidi, *extincto calore nativo. & dicit*, qui solum è capite manant *sudores*, & facie, & *etiam* collo: *quia nihil paucum criticum.* hi enim in acuto morbo mortem significant, *quod ex facultatis retentricis imbecillitate fiant, accedente humoris malignitate.* Cum mitiore *morbo*, diuturnitatem *morbi significant; nam oriuntur ex copia materia.* Qui vero calidus stil-

lat

lat toto corpore, bonus est; *quia omnis excretio critica repente & copiose fit. Hæc de sudoribus.*

Lachrymæ

Lachrymæ sunt ex materia potulenta, quæ in venis capitis & angulorum qui in oculis sunt continetur. quæ erumpit compressione vel dilatatione venarum; quod fit in solo homine, quia solus vehementer mœret & gaudet, unde dilatantur vel comprimuntur.

Peccant in qualitate & quantitate. nam harum diversa est qualitas, ut corporis, unde manant, fuerit temperies. hinc De caus. natur. *Plutarchus dicit: aprorum lachrymas dulces esse. & Homerus calidas lachrymas vocat. Quantitate peccant, cum multa talis materia est in venis capitis: & etiam caruncvlis angulorum attenuatis. sic quibus caruncvlæ magnæ sunt atque duræ, lachrymari nulla ratione possunt: nam illæ caruncvlæ obstruunt extremitates venarum in angulis oculorum.*

Alvi excrementa.

Dejectiones alvi quodammodo primum locum obtinere videntur inter ea symptomata quæ in excrementis observantur. nam semper eveniunt: & maxuma sunt indicia sanitatis & ægritudinis, ut asserit Hippocrates primi aphorismorum duodecimo.

Peccant dejectiones in substantia, quan-

quantitate, qualitate, tempore, & excernendi modo. Substantia, ut cum sanguis ejicitur, vel mera pituita; aut calculus. vel nimis liquida & crassa. Crassæ fiunt dejectiones à calore exhauriente. hinc Plutarchus libro De valetudine scribit, duras alvos continuo aqua potu humectari, & à longa mora in intestinis, exhausto nimirum facum humore. Sanguis fluit per dejectionem, vel utilis, inutilis, medius, vel purulentus. Vtilis, iis qui aliqua parte mutili sunt, quique à negotio ad otiũ se convertunt: his, statis periodis elabitur. Inutilis sanguis κεκριμένος excernitur, ut in causo juvenibus per nares: senibus per alvum; quod sanguis in his sit ἀνάῤῥους, in senibus κατάῤῥους, quod bilis in senibus quodammodo melancholescat. Vel excernitur sanguis medius inter utilem & inutilem, ut in hepatica affectione; quæ est hepatis, citra inflammationem, imbecillitas, unde sanguis dimanat, qui ideam refert aquæ in qua caro recens & cruenta, recensque mactata lota sit. Est & nigri splendidique sanguinis dejectio, dicitur que dysenteria cruenta. fit quia coctus sanguis in hepate, ob partium obstructionem non distribuitur, hinc per venas mesaraicas ad alvum rejicitur. Purulentus sanguis cum ramentis fit ex ulce- Substantia

3. De sympt. caus. 2.

ulcere inteſtinorum; & proprie dicitur dyſenteria. Peccant & dejectiones qualitate: ut colore variæ, ultro fluentes; tales peſſumos eſſe dixit Hippocrates: quod ſint qualitatis indomitæ, viſcerumque infirmitatem arguant, & inexplicabilem qualitatem partis, in qua perennitas generationis conſiſtit: ut tertio libro Epidemiωn in hiſtoria puerperæ, & Apollonio Abderita; & in adoleſcente qui in Melibœa jacebat. Albæ fiunt dejectiones, alio rapto humore bilioſo: hinc Ariſtoteles ſcribit, piſces, ſerpentes, & aves albas dejectiones habere; quia excrementum quod tingeret, in illis abit in pennas, pinnas, & ſquammas. ita in hominibus cum ſurſum rapitur bilis ad caput; unde delirium naſcitur. Quantitate dejectiones in vitio ſunt, vel quia copioſe alvus fertur; vel quia nimis parce. pauca fit dejectio, quod humiditas edulii rapitur per venas in habitum corporis, alio ducta materia. Hoc ſcribit Hippocrates quarti Aphoriſmorum ultimo, nimirum, Mictio noctu facta plurima, exiguam dejectionem denotat; derivatione nempe ab inſtrumentis alvinis ad urinalia, & ab exhauſto vehiculo. hinc Martialis betam vocat fabrorum prandium, quod non facile ejus humiditas eorum labore exhauritur. Co-

Qualitate.

4. aph. 21.

4. De part. animal.

Copia.

pioſa

piosa fit dejectio, ex contrariis iis quæ diximus: & quia excrementum à toto corpore secedit ad alvum. propterea Aristoteles dicebat, Eunuchis alvum fluere. & Hippocrates libro De aëre, aquis & locis, dicit facilem alvum esse in excrementa his, qui paludes habitant; nam iis materia à capite ad alvum fertur. Cita fit alvi dejectio à materiæ acrimonia, & copia: unde Hippocrates, quarti Aphorismorum vigesimo: Quibus juvenibus alvus profusior, his, affecta ætate, contrahitur, quod acrimonia bilis tunc pituitescat. Tarda fit alvi dejectio, quia vis intestinorum expultrix imbecilla est: hunc affectum Paulus vocat δυσκολίαν. vel quia sensus obtusus est intestinorum; vel quia acerbi cibi & adstringentes prima mensa ingesti fuere. Nam si imbecilli ventriculo postremo loco sumantur, alvum deficiunt, ut in Prota rhetore animadvertit Galenus lib. 2. De alimentorum facultatibus. Assiduæ fiunt alvi dejectiones à retentrice imbecilli, ut in moribundis: sive ab acri materia ventriculum vellicante. vel ventriculus, & omnia intestina sunt aphthis obsita; ut in febribus pestilentialibus. vel à sphincttere musculo resoluto.

4. Proble. Mod. Δυσκολία.

Vrinæ excretio aboletur, diminuitur, vel

Vrina.

vel depravatur. Aboletur in ischuria, quæ fit resoluta vi excretrice vesicæ; ut cum nervus ejus afficitur paralysi. aut cum nimis repletur, ut his qui diutius versantur in negotiis evenit; tunc immemor sui officii redditur, quod tantum vim urinæ expultrix excutere nequeat: & quo magis dilatatur vesica, eo angustior fit meatus urinæ. Vel fit angustia colli vesicæ à calculo, grumo, callo. & à nimia siccitate, ut in febribus ardentibus. Fit autem ischuria plena vesica: quod si fiat renum vitio, non attrahentium, vera ischuria non est, quia fit vesicâ vacuâ. Depravatur in stranguria, & diabete. In stranguria stillatim urina fluit; quod fit ab ejus acrimonia, aut concepto pure à renibus vel hepate. Diabete fit colliquatione totius corporis, ut in regionibus calidis, Ægypto & Libya. rara affectio, quam Galenus bis tantum vidit. Profluvium urinæ ex succorum attenuatione fit, & ex ardore renum.

Quæ symptomata sibi necessario succedant, & quæ non, sic notandum. Si symptoma unum ab unico fiat symptomate, necessario illi succedet. ut si nulla fiat alimenti distributio, aut resoluta sit vis alteratrix partis, necessario atrophia symptoma sequetur; malæ distributionis & crudi-

cruditatis nota. ita si secretrix vis langueat in sanguine, sequetur symptoma mutatæ qualitatis, nempe Ictterus: quia bilis non segregatur à sanguine. Si ad secundi symptomatis generationem aliæ quædam causæ necessario concurrant, minime necessario priori succedet. Vt in cruditate ventriculi, vel cum generatur biliosum excrementum, non necessario fit morsus ventriculi, nisi exacte sentiat is in illo homine sic & alia symptomata modo præbent de se alia, ut vel fortis fuerit pars, vel imbecilla; utque exacte sentiat, aut ut durioris fuerit sensus. Symptomati, qua symptoma, non debetur curatio. est etenim curatio, morbi ablatio: symptoma non est morbus, sed germen quoddam morbi. & qui symptomata tollere nituntur manente causa, morbis quodammodo blandiuntur. vera enim symptomatum ablatio, est affectuum unde pendent curatio: illi autem morbi sunt.

Hactenus de Symptomatis quidem prolixius, quam ex nostro more, sed ex utilitate vestra. Maximus enim horum usus, ad dignoscendum, prædicendum, atque curandum. Nam cuncta hæc manant ex actionibus læsis, mutata qualitate, & excremento. Itaque si morbus indagandus

vobis

vobis fuerit, quicunque ille fuerit, eum
indagabitis ex actionibus, jam dictis, la-
sis; vel ex qualitate in corpore mutata;
vel ex emanante aut suppresso excremen-
to. Ita, si pars lateat ægra, his deprehen-
detur. Ita si eventus morbi in obscuro sit,
ex his palam fiet. Hic horum usus, ut in
Methodo medendi facile notabitur: nam
ne hæc quidem sine his intelligi potest. Sed
quia præcipue duo sunt, quibus medici
fidem dare solent ad naturalis & vitalis
facultatis robur explorandum, nimirum
Vrina & Pulsus, de his sequentibus libris
agemus.

I. HEURI

I. HEURNII
INSTITUIONUM MEDICINÆ
LIBER IX.

ΣΗΜΕΙΩΤΙΚΗ.
DE URINIS.

CAPUT I.

Usus magnus Urinarum.
Quid urina.

AD *indagandas morborum naturas cum excrementa maximam auctoritatem gerant, atque inter excrementa cum nihil illustrius judicet, ac de morbis fidem faciat, urinâ; longeque certius quam pulsus; merito de hac fusius aliquantulum transigemus. urina enim speciem febrium, earumque magnitudinem & morem significat. Galenus quarto De sanit. tuenda, ex una urina sanitatem polliceri audet. etenim, ut scribit Cornelius Celsus,*

&

& ex illo Plinius, Urina sola, auguria valetudinis habet. *quanquam Herophilus & Archigenes admodum in pulsuum cognitione laborarint, adeo, ut scribat Plinius, hunc propter difficultatem à discipulis relictum fuisse. Hippocrates raro pulsus meminit. Aristoteles nunquam, fere ejus tempore incognito pulsu. & Galenus multos annos se laborasse scribit, ut solam systolen rite cognosceret. Verum ex urinis aperte in morbis certa præsagia eliciuntur sanitatis & mortis.*

Generatio urinæ.

Heraclitus existimavit urinam in vesica gigni, quemadmodum in aëris secunda regione pluvia: quod ut hæc è vaporibus à terra elatis ac in nubem condensatis pluvia efficitur; sic ab esculentis ac potulentis halitus in vesicam emanantes urinam producere. id Heraclitum scripsisse prodidit Aristoteles. hanc Heraclitii sententiam Asclepiades medicus (qui Methodicæ sectæ auctor fuit) olim amplexus fuit, sed eam refutat Galenus primi De naturalibus facultatibus decimotertio. Ruffus Ephesius libro primo, urinam dicit esse humiditatem nitrosam.

13. Prov. 6.

Quid urina.

Aristot. 4. Meteor. Gal. 9. Epid. t. 6.

Est autem Urina, serum humorum in venis hepatis contentorum, mixtum cum materia potulenta, quæ nacta fuit nonnihil bilioſi excrementi ex alimenti

CO

coctione in hepate, per meatum urinarium excretum, ut sanguis purior reddatur.

Dixi esse serum; quod est aquosum excrementum. etenim sanguis venarum heterogeneus cum sit, hoc est, multiformi substantia consistens, continet naturalem bilem, sanguinem, melancholiam, & pituitam. cuivis humorum suum serum est permistum, quo defertur sanguis ad angustos meatus nutritionis causa. Vocat istud serum Hippocrates vehiculum sanguinis. quod serum cum functum est, in deducendo sanguine, suo officio, à venis prolectatum, per urinam excernitur: onus alioqui futurum ignavum venis. Quod autem hoc serum non sit pura potulenta materia, indicio est, quod elucent in urina morborum tempora, & contentorum in venis temperies, vel quantitas. num si emingitur à secunda coctione purus potus à renibus attractus, unde igitur in morborum statu crassior evadit urina, cum primum tenuis esset? sique ab humoribus qui in venis sunt, non dimanavit, qua ratione coctionem quæ in venis perficitur, significabit? Igitur fiunt urinæ & ex sero humorum, qui suum serum quique habent. Propterea, secundi Prognostici vigesimo septimo censet Galenus, urinam reddi san-

Definitionis explicatio.

Serum.

guineam, quod multum gerat seri sangui-
nis. & primo De sanitate tuenda dicit
Venarum & arteriarum tale est excre-
mentum, quale in lacte serum: id sugun-
à sanguine renes, & ad vesicam relegan-

Diximus; humorum in venis hepati
contentorum. per venas tales intellig-
venas hepatis & illi proxumas. Propte-
rea scribit Galenus, Venarum excremen-
tum biliosum est, melancholicum, & se-
rosum. & Avicenna dicit, Lotium indi-
cat de hepate, quatenus renes ab hepate
trahunt.

2. De sympt. causis 2.

Diximus, mixtum cum materia potu-
lenta. ejus rei fidem facit urinæ quanti-
tas potui respondens; in venis enim misci-
tur potulenta materia cum ichoribus hu-
morum; & renes ita prolectant permisti
liquores. ea enim vis illis inest, ut serum
eliciant à parte pingui: at non illud con-
silium illis inditum fuit ut serum à se-
exsugant. Constat itaque urina ex di-
plici materia, potulenta, & serosa.

Diximus; quæ nacta fuit nonnihil bi-
liosi excrementi. etenim particula qua-
dam tenuioris bilis cum sanguine ferti-
ad venas, ut, alioqui minime fluxus san-
guis, in arctos recessus ad nutritionem vo-
batur: quæ portio bilis functa officio, ex-
cernitur cum urina. hinc semper urina
citr-

citrino colore fulget in homine sano: vel saltem pallet, vel aliquantulum flavescit. Nam hi tres colores tantum locum habent in homine sano. Fit autem subflava urina, ab intensiore calore, quam is est unde citrina oritur. & citrina à majore calore oritur quam pallida. Si quid aliud miscetur urinæ quam bilis pallidæ, rufæ, vel subflavæ, erit non sani hominis urina: ut à vitellina bile, vel porraceæ, si pervadatur. Vel si minime citrinescat, potiusque albescat, significationem dabit fracti caloris nativi, unde ne tantillum bilis luxuriet. 1. Crit. 12.

CAPUT II.

De Urinis Sanorum: Qualis esse debeat in colore & hypostasi.

URINA optima hominis sani prime cognoscenda est: est enim velut lex & regula aliarum examinanda. igitur venit urina in consistentia & liquore, qualitate, quantitate & contentis. Consistentia sit nec omnino crassa, nec tenuis: sed mediocris. Qualitate, ut colore citrino, hoc est, colore bilis remisso; ob mixtionem serosæ humiditatis, cujus color albior est. In quantitate, potui respon-

dens sit. In contentis, ut hypostasi.

Vrina sanorum. hypostasis expers.

Vrina hominis sani expers est hypostasis, qui enim convenienter cibo & potu utuntur, integraque sanitate fruuntur: iis solidarum partium assimilationem nihil subterfugit. Sed dicet quis: Hippocrates in Prognosticis dicit, optumam illam urinam esse, cujus hypostasis est alba, levis, æqualis, & in acumen fastigiata. Respondemus, Hippocratem loqui de uriis laborantium morbis acutis, & non sanorum. In sanis etenim (modo decentem pastum ineant) nihil subterfugit assimilationem in nutritione. sic enim definit Lib. 2. *hypostasin Galenus in Prognosticis:* Hypostasis est portio alimenti, quæ solidarum partium assimilationem subterfugit. *Quare quantum est ex hemina parte temperatissimi, urina nullam deberet habere hypostasin: sed tamen ob ciborum varietatem & copiam fieri vix potest quin fiat hypostasis.*

Color urinis unde.

Color urinæ varius fit, ut in qualitate & quantitate varie miscetur bilis. cum enim flava bilis miscetur cum urina, fit valde flava urina, ut est non sani hominis; nam calorem nimium exsplendescere qui torret sanguinem, eumque in bilem vertit, significatur. Sed dicet quis, Galenus non refert colores ad temperiem re-

4 Simpl., ultimo.

rum

rum. & in eo tamen loco dicit: in eodem genere succorum, radicum, & seminum alba minus calere. & tamen Aristoteles albiora calidiora esse dicit. & in Hetruria albæ cepæ longæ calidiores sunt rubris. 5. De gene. animal. 6.

Auctor antiquus De coloribus affirmat colores oriri ex quatuor elementis. quid igitur insit elementis, videndum est. Insunt his formæ substantiales, quarum junctione fiunt proprietates occultæ; ut in rhabarbaro, & in magnete. Inest materia corporibus, unde liquabilia quædam corpora sunt. inest & temperies calida frigida, humida, & sicca. præterea insunt elementis diaphanum, opacum, & lumen: & ex his fiunt colores. diaphanum hoc est perspicuum, pellucidum: ut aër, aqua, cornu. illud diaphanum cum lumen concipit, hoc lumen in superficie opaci in colorem abire creditur. hinc Aristoteles dixit, colorem esse extremitatem diaphani terminati; nempe ab opaco. Sed is magis explicat quomodo videatur color, quam quomodo fiat. Plato in Timæo dicit, colorem flammulam esse è corporibus emanantem: nam res cum dividuntur, intus quoque colorem habent. Sed hæc perspexisse non sufficit, sed videndum in quo consistat, & unde procedat diaphanum, lumen, & opacum. Aliqui diaphanum Color quid. Diaphanū.

referunt ad elementorum puritatem; opa-
cum ad impuritatem. Infirma hæc est
ratio; quia argentum magis est diapha-
num quam aurum: albus enim color ma-
xume diaphanum sequitur; & tamen
aurum est purius argento. Aliqui dia-
phanum ad tenuitatem, opacum ad den-
sitatem ducunt, tanquam ad suos aucto-
res. Verum reclamat fumus: qui quam-
vis tenuis sit, opacus est. Quare affirma-
mus, diaphanum consistere in puritate
& raritate: opacum in impuritate &
densitate. hinc visum dissipat fulgor ob te-
nuitatem, non ob puritatem; opacum ene-
cat, ob densitatem. Sic aurum minus dia-
phanum argento, quia densius, non quia
impurius. Aristoteles libro secundo De a-
nima, dicit, Aër & Aqua sunt diaphana
elementa humida ambo. unde Plato, ub
proponit diaphanum, humidi mentionem
facit, hoc est, diaphani. Ad colores itaqu
concurrunt aër & aqua ut diaphanum
ignis ut lumen, terra ut opacum. Sed hæ
varia sunt, ut scribit Plato. est enim igni
triplex apud Platonem: ex uno igne, velu
ti ex coruscatione exsiliente; & altero ex
penetrante, & in humido, id est, diapha
extincto; & inter hos medio igne, unde
varii colores fiunt. Fulgentissimus igitu
color est ex igne exsiliente: medius ex me
di

dio igne: nigricans ex penetrante igne extincto in humido. Fiunt ergo colores albi ex clariore igne mixto cum diaphano: eoque vel aëreo; vel aqueo. unde patet, Aristotelem recte dixisse, qui ait, Pilos albos calorem significare in animalibus, quia fiunt ex diaphano aëreo; in aliis autem rebus ubi albus color fit ex diaphano aqueo, eneorema temperiem significant albi colores. cum igitur diaphanum viget in aliqua re, erit color magis albus: cum opacum, nigricans, servata tamen proportione luminis. Præcipit Aristoteles, ut non confertim, ubi de coloribus judicium ferimus, urina mingatur, sed per vices. quia (ut dicit Aristoteles) sicuti in multo melius elucet figura, ita in pauco color. Sed non tantum colorem inspicere debemus, sed & innatantia, ut hypostasin; quare una vice ejicienda.

5. De gene. animal. 6.

Excusatur Aristotel.

Quamvis autem homo sanus nullam hypostasin habere deberet, attamen ob polydadalam varietatem ciborum, fieri nequit quin vel saltem fiat eneorema, vel nubecula, si tenuius pastum ineat. Prodit autem per sanitatem hypostasis, ex crudis, crassis, & terrestribus ciborum partibus. Quare hæc non est pituita nam in sanguinem verti potest pituita; hypostasis vero subterfugit assimilationem. Vnde colligi-

Hypostasis sanorum.

1. De aliment. fac. cap. de tritic.

mus ex Galeno, hypostasin sanorum omnii
no aliam esse ab hypostasi morbis implii
citorum. nam in ægris fit à materii
morbifica: in sanis, est portio chyli qua
subterfugit assimilationem: quia crudior
est quam ut in sanguinem verti possit.

2. De cris. 12. *Scribit Galenus, tempore quo coquitur*
alimentum hypostasin esse copiosam. loquii
tur de sanorum hypostasi: perfecta ver
concoctione non multum subsidet. Verum
dices, antequã fiat coctio, cruditatis omnii
plena sunt: quare tunc quoque hypostaseo
materia ubertate quadam circumfluet.

4. De sanit. tuend. 4. *Respondet Galenus, ante coctionem nul*
lam adesse hypostasin. nam ut fiat hypostas
sis, non tantum opus est ut materia adsit
cruda, sed & segregari debet ab ea part
quæ coctionem admittit. At tempore co
ctionis, bonum à malo segregatur: per cru
ditatem, nihil. Est autem hypostasis in sa
nis alba; quia ab hepate non potuit confic

Alba sanorum hypostasis. *Galenus primo Prognostico, & Aphorism*
ultimo dicit esse neque pus, neque sangu
nem; sed medium quid inter pus & hu
mores nutritios. Hæc de sanorum uri
nis.

CA

CAPUT III.

De Urinis ægrotantium. de earum varietate in consistentia, copia, & qualitate, ut colore, odore, sono.

URINÆ ægrotantium sæpe indicant morbi speciem (potissimum in febribus) magnitudinem, morem, tempus. & erises faciunt ipsas. & maxume indicant affectiones partium nutritioni dicatarum. Consideratur urina ægrotantium in consistentia, quantitate, qualitate, excernendi modo, & contentis, ut hypostasi) & innatantibus.

Consistentia, quod urina præ se ferat similitudinem seri vincentis, tenuis est urina, crassa, clara, vel turbida. Vrina tenuis ea est alba, vel rubra: alba à frigore; rubra fit à seri sanguinei torrefacti copia, modo non sit à renum infirmitate. fit & tenuis ab obstructione vasorum per quæ excolatur, ut renum, ureterum, & vesicæ: nam sibi immistas partes crassas ibi deponit & abstergit. Propterea Galenus inter nephritidis signa recenset urinam tenuem initio apparentem. fit & tenuis urina ob potus multitudinem. Vrina tenuis, vel semper tenuis permanet, aut

In Consistentia. Tenuis unde.

6. loc. aff. 2.

crasseſcit. tenuis quæ permanet, cruditatis ſoboles eſt. vel obſtructionis, qua transfusa tenuatur urina. Quæ poſtea crasseſcit, id illi evenit, quod flatus ob cruditatem illi miſcentur, qui ambientis frigore in humiditatem condenſati, craſſitie urinam obducunt; ut roſcida pruina abeunte Sole. ita Ariſtoteles narrat oleum craſſeſcere, ab aëre in humorem verſo. quare urina tenuis, quæ craſſeſcit, minorem vim frigoris indicat; quod calor ex materia flatus gignere poteſt. attamen hæ urinæ lethales ſunt in febribus magnis, ob calorem fractum.

Craſſa urina.

Craſſa urina vel ita permanet, vel tenuatur. utraque fit à mixtione craſſorum ſuccorum. quæ mixtio vel fit exacte; ita ut fracti humores in minimas partes, minimis liquoris miſceantur: vel non exacte miſcentur. Si exacte miſceantur, tunc permanet diu urina ita craſſa; hinc denotat morbi longitudinem, recidivas, dolores, abſceſſus. Videte quarti Aphoriſmorum quadrageſimum ſeptimum. Quæ urina craſſa ejecta, poſtea tenuatur, indicat craſſos ſuccos non exacte permiſtos fuiſſe; minus igitur periculoſæ ſunt. fiunt etiam urinæ craſſæ ob colli veſicæ amplitudinem. hinc Ariſtoteles dicebat jumenta calculo non laborare admodum: quoniam per-

perpetuo crassas urinas reddant, unde excutitur materia calculi. Hippocrates quoque libro De aëre, aquis, & locis dicit mulieres minus obnoxias esse calculo vesicæ; quod collum vesicæ amplius habeant & brevius. Hippocrates libro secundo Prognosticon hoc præsagium pronunciat de urina tenui: Quamdiu urina fuerit tenuis & rubra (*nempe à seri torrefacti copia, non autem à renum infirmitate*) morbum adhuc expertem pepasmi significat: quod si diu talis urina reddatur, periculum est ne vires ægri valere non possint donec mitificata urina fuerit. *unde talis urina modo salutem, modo mortem pollicetur; nam si morbus brevis sit, & materia naturæ fuerit consentanea, viresque valeant, salutem pollicetur. Si morbus diuturnus fuerit cum virium infirmitate, etiamsi materia naturæ fuerit consentanea, mortem minatur. Hunc autem Aphorismum postea Aphorismo trigesimoquarto libri secundi Prognosticon latius explicans, dicit,* Quicumque tenues urinas & crudas diu excernunt, siquidem alia ut convalituris signa appareant, his quidem, in partibus diaphragmate inferioribus, expectare oportet abscessum: idque in febribus. *sumtus Aphorismus ex tertio*

Aph. 27.

Aph. 30.

Epidemiωn, ex historia Pythionis, in initio libri. Id autem fit in febribus continuis, quia in intermittentibus, à tali urina transitus fit ad quartanas. cum enim diuturnorum morborum tres sint causæ, nempe vitium internæ partis germen morbosum habentis, ut hepatis, pulmonum: vel vitium rei externæ, ut ægri, medici, & assidentium: aut pepasmi difficultas: eam hic solam assignat Hippocrates; estque posita in materiæ contumacia, meatuum angustia, & naturæ infirmitate in coquendo & excernendo.

Causæ diuturnorum morbo.

A substantia quoque dicitur urina clara vel turbida. Clara, hoc est, luminosa & splendida, quam penetrat oculorum acies. Hæc vel clara permanet; & in ægri indicat calorem fractum, vel παλιδρομικὴν bilis ad caput: unde Hippocrates: Quibuscunque pellucidæ sunt urinæ & albæ, calamitosum; *maxume autem phreniticis tales apparent, rapta bile ad caput quæ urinam tingere solet, unde cerebri membrana inflammatur. Vel paulo post turbantur urinæ claræ, quod Pythagoræus Alexandrinus bonum esse dicebat, & significare materiam in flatus à natura mutari. Sin diu claræ persistant, malum est: nam fractum calorem denunciant. Fit & urina clara, ratione caloris igneiæ*

A substantia.
Clara.

Aph. 72

ut in febribus ab aduſta bile; qua denſata, inſtar ſpeculi, lævem reddit urinam & politam. collectum enim lumen ſplendorem facit. Sed animadvertendum num in ſanis ſplendida illa urina ex naturæ lege fluat: nam ſæpe qui calidiores ſunt hepate, tales urinas reddunt, ut & morbo venereo affecti; quod illud venenum comitem calorem plerunque habeat.

Turbida urina differt à craſſa; quod craſſæ, lucidæ eſſe poſſint, ut myrrhyna vaſa, quæ ex craſſa materia conſtant: perturbatæ autem urinæ numquam ſunt claræ. Fiunt autem turbidæ urinæ aliquando ob propriæ ſubſtantiæ corruptionem, quamvis non ſint in vitio alieni humoris permixtione, ut in peſtiferis febribus: vel quia lenti, viſcidi, tenaces, & obſcuri ſucci liquori miſcentur. Hi ſucci vel perfecte miſcentur, vel non. ſi perfecte, fiunt urinæ turbidæ quales jumentorum, ac ſemper turbidæ manent: ſi non perfecte miſceantur illa corpora, fient poſtea claræ, quia fundum petent. Scribit Hippocrates, hujuſcemodi urinas cephalalgiam denuntiare, quia plethoricis cauſis caput augent, perturbato in venis ſero à flatulento ſpiritu à calore contra naturam: unde vapores ſurſum viam affectantes caput feriunt. Propterea Hippocrates ad finem Turbidæ. 4. aph. 79.

ſepti-

septimi Epidemiωn, ubi meminit turbatarum urinarum in agris, dicit eos phrenitide obiisse. Quare turbata urina cum virium robore, ad diuturnitatem; cum infirmitate, ad mortem apparent, & cum delirio & convulsionis metu; ut evenit in Polyphanto, qui decimo die urinas reddidit rubras, turbidas veluti jumentorum, dein phreniticus & convulsus obiit. Ita & Eualcidæ famulæ: huic cum multo tempore urinæ densæ prodiissent; & capitis dolores adessent, phrenitica obiit. Et in Dromeadæ uxore, quæ filiam pepererat, sexto die deliravit; urina crassa, alba, turbata, convulsiones à capite caperunt, statim expiravit. Quæ urina turbida mingitur, & postea clara redditur, optuma est inter turbidas: nam brevem fore morbum denotat. quæ autem turbida permanet, longum morbum; quia non tantum adesse calorem denotat, quo visciditas incidi potest, & crassities attenuari, & lentitudo abstergeri. quæ clara mingitur, & turbatur, periculi plena est: nam parum caloris adesse denotat, qui tantum flatus movere potest, nec materiam aggredi vel conficere; ut ignis exiguus, ex humidis lignis tantum vapores elicit, materiam non conficit. Quantitas etiam urinæ est observanda. est enim illa vel nimis

7. Epidem.

1. Epidem. Sect. 3. Hist. 11.

mis copiosa, vel nimis pauca. Pauca fit cum urina aditu prohibetur à vesica obstructis viis, ut renibus & ureteribus: vel alio translata materia potulenta, & ichore sanguinis: idque critice vel symptomatice. Criticõs fit in sudoribus criticis, & in diarrhœa. hinc Hippocrates dicit: Mictio noctu facta plurima, exiguam alvi dejectionem denotat. quare vertendo illum aphorismum; copiosa dejectio alvi, exiguam mictionem indicabit, translata urinæ materia ad alvum. Vel symptomaticõs, ut in metastasi, cũ transfertur humiditas ad viscus: ut in hydrope exigua fit mictio, quia materia liquida ad abdomen fertur. vel cum ardore & ariditate consumitur materia potulenta: ut in febribus ardentibus, & in convalescentibus.

Copia urinæ. Pauca unde. 4. aph. ult.

Copiosæ fiunt urinæ vel critice, vel symptomatice. critice, cum natura pondus aliquod humoris deponit ad vesicam. symptomatice, ut in diabete, & colliquatione. quibus critice fluit, allevantur; quibus symptomatice, damnis augentur, & vires sumit morbus. Fiunt & copiosæ, rerum diureticarum usu. Hæc de quantitate.

Copiosi, unde.

Consideratur quoque urinæ Qualitas, quæ animadvertitur in sono, odore, tactu, & colore.

Qualitas urinæ.

In

A sono. *In sono, si silente motu exeat, matulamque vix feriat, colliquationem significat: ut oleum silens nulloque strepitu fluit.*

Ab odore. *Odore, bono, vel malo, vel nullo insigni. bonus oritur odor, à valida coctione;; vel à remediis sumtis, ut asparagis & terebinthina Veneta. malus odor oritur à cruditate, ut in leonibus: & à putredine,, ut in febribus pestiferis: vel quia per exulcerata loca fertur urina & purulenta, ut per renes & vesicam: vel quia urina imbibit fœtidi medicamenti vim: vel quia remedium provehit ad urinas, aperiendi sua vi diu coërcitum in corpore ac putridum humorem, infarctus liberando, ac attenuando. sic anisum & allium fœtorem invehunt urinæ; maxumæ autem si vis illa odoris mixta fuerit exacte cum materia aquosa, ita se miscebit urinæ maxume.*

Colores urinarum. *Color urinæ fere omnis fit ex mixtione succorum & ichorum; nempe bilis, sanguinis, melancholiæ, & pituitæ, ut colligitur ex Hippocratis quarti Aphorismorum septuagesimoquarto. Propterea scripsit in Epidemiis,* lingua urinam denotat.. linguæ pallidæ, biliosæ, rubræ à sanguine: nigræ à melancholico succo: albæ à pituita.

6. Epid. 5. 14.

Albæ. *Fit urina alba, quia non gignitur bilis lan-*

languente calore, inde nec bile tingi potest urina. Quare Aristoteles dicit, urinæ omnem caliditatem esse extraneam. vel quia materia liquida & potulenta tam diu non retinetur ut bilis portio illi immisceatur ob tenuitatem pervadentem, ut in aquis quibusdam naturalibus evenit. Vel urina fit alba, quia alio bilis fertur: ut in febribus ardentibus: hinc in phreniticis alba urinæ adeo calamitosæ, ut dicat Galenus se nullum servatum vidisse; translata nempe bile in cerebrum. Ita alibi Hippocrates alio ducta bile, albas redditas urinas scribit. Urinæ, *inquit*, quibusdam erant aquosæ & albę, ut Bioni, qui apud Silenum ægrotabat: & Critiæ & Menesistrati uxori. hi, *inquit Hippocrates*, postea evasere dysenterici, *quod bilis acris deponeretur ad ventrem. Hinc forte* DEUS *omnipotens ita hæc condidit, ut perpetuo bilis aliqua portio cum urinis evehatur: ne nimia bilis copia exesa intestina dysenteriam darent. Sed notandum, num æger talem urinam fundere assuevit, ut illi qui multis cruditatibus abundant his urina alba non est semper lethalis, quod febris his excitata à frigidis succis, nullũ raptum bilis ad partes principes denotet. Propterea Galenus in historia uxoris Philini dicit, urinas tenues & albas*

4. Meteor. 12.

4. aph. 72.

1. Epid. 72.

Cautio.

1. Epid. 3. 21.

albas non esse absolute funestas, cum à crudis succis fiant; nam si vires non sint exhaustæ, die has urinas coquere possunt. Si urina crassa fuerit & crystallina, fiet ab unita pituita. sin minus illa uniatur, erit urina crassa, alba, nivea. sin adhuc minus uniatur, lactea erit.

Liquor itaque sanorum hominum non tingitur nisi à bile, contra in ægris; quamvis raro aliunde quam à bile tingatur.

Subalbida. Subalbida urina provenit (quæ vinosa dicitur) quia parum bilis miscetur liquori tenuiori. sin crassa fuerit, à bile & pituita erit. Spicea urina oritur à bile pallida, rufa, vel flava. Si à rufa, erit splendoris expers: à vitellina splendet crassius lotium, nec æque ac à flava.

Nigra urina. 1. Lib. Sect. 3. Hist. 3. 3. Epid. 3. 6. Epid. 5. 25.

Hippocrates in epidemica historia, ubi de Herophonte, agnoscit urinas tenues & nigras: in muliere quæ ad frigidas aquas jacebat, agnoscit etiam nigras urinas Hippocrates. Fit urina nigra, ab assumptis: unde Hippocrates ita scripsit, Urina concolor cibo & potui. fit & urina nigra à succis naturalibus in corpore genitis, ut quia niger succus melancholicus copiosè urinæ miscetur, uti evenit in ictero nigro, & melancholia morbo, & in quartana febre. nam quod talis succus urinæ misceatur, apparet ex historia Herophontis. nam

cum

cum lien tumeret illi quinto die, erant urinæ nigræ; & die octavo, concidente liene, meliores erant urinæ. deniq; fluunt urinæ nigræ à mixtione humoris adusti, ut bilis, melancholiæ, sanguinis: non pituitæ; nam ea in atrum succum non vertitur: hoc est quod ait Hippocrates, pueros melancholicos non fieri. at à sanguine torrido fiunt urinæ nigræ; id probatur ex Hippocrate, ubi ait, Facies rubra cum tristitia in morbis malum; *nam vi caloris uritur sanguis in melancholiam. & Hippocrates in Epidemiis inquit*: quod valde rubrum est, melancholicum est. *Si igitur nigrescat urina à torrida bile, præcessit color flavus; si à sanguine, obscurior præcurrit color; si à melancholia, adhuc obscurior. Galenus primi De crisibus duodecimo dicere videtur, colorem nigrũ à summo frigore & calore oriri posse, circa materiæ mixtionem: dicit enim se neminem vidisse servatum qui nigram reddidit: quare intelligit, in eo loco, hoc de nigra urina, quæ fit citra materiæ mistionem; nam sciebat Herophontem evasisse. Si primordia sua trahat nigra urina ab ustione vel frigore, moriuntur; nam tam ater redditur sanguis, ut amplius nutrire non possit. Sed quomodo cognoscam num à frigore vel calore fiat nigra? Respondet Aëtius,*

Vt noscat unde nigrescat.

Aëtius, si urina fiat nigra per medium flavum, est à calore: si per lividum, à frigore. Non dicendum cum Practicis per medium viride; nam viridis color fit à calore & à frigore. Avicenna dicit, si fœtet, est à calore. Nigræ urinæ in fine morborum melancholicorum fauste apparent, & sæpe in puerperis suppressis lochiis ut notat Galenus se videre. Ruffus Ephesius dicit, si nigra per sanitatem diu minatur, calculum indicat. Hæc de coloribus extremis.

3. Epid. 3. 73.

Medii colores. 1. Crif. 12. Viridis urina.

Inter illos qui prope ad nigrum accedunt, est color viridis. affirmat Galenus viridem colorem esse transitum ad nigrũ & principium nigri. & decimo Simpliciũ, capite de felle, dicit; In calidis animalibus fel mutari ad viridem colorem. & primo Prognostico, à frigore oriri dicit. Fit igitur urina viridis à frigore, & à calore. Vnde igitur ortum ejus agnoscam? Si viridis urina ad nigrum abit per medium lividũ, fit viridis à frigore: si non, à calore. ut autem viridis urina magis vel minus torretur, ita variæ obscuræ fiunt urinæ, ut cæruleæ, brassicæ colorem imitantes vel isatidis. Livida urina est semper ex frigore. Vrinæ lividæ, virides, aruginеæ, omnes malæ sunt. Intermedii colores sunt: pallidus, fulvus, flavus, & ru-

Livida.

be-

ber. Ad rubrum usque oriuntur à flava bile, prout plus vel minus miscetur; & aliquando ex vitellina bile, sed tunc urina est crassior, nec adeo splendet, ut ea quæ fit ex flava.

Inter colores medios ultimo loco est ruber. Fit urina rubra, ob permistionem sanguinis, vel bilis. etenim rubram bilem esse colligitur ex verbis Galeni, & ratio quoque convincit: nam calor agens in flavam bilem, partes puriores absumit, & opaca evadit magis: unde magis ad nigrũ abit, eritque color is ruber; nam is à flavo ad nigrum proxume ducit. ita & ignis in impuriore materia magis rubet. Sed quomodo cognoscam num à sanguine aut bile rubra sit? Respondeo, si à sanguine, erit sine splendore: à bile, non sine splendore. Vrina rubra à sanguine fit, vel ob exactã mistionem sanguinis, vel non exactam. imponite pannum album: si tingatur, non erit exacta mistio; & dicetur urina cruenta, qualem describit Hippocrates sexto Epidemion. ut à calculo renum, vel vasis renum apertis, cum sponte excludunt vena sanguinem, & tunc exacte non miscetur. Vel exacte miscetur, idque sanguine torrido & adusto nimio febris calore, ut apud Hippocratem primo Epidemion. ut in synochis & pestiferis febribus. Vel quia san-

Rubra.

2. Lib. De crisi. 12.

Sect. 1. 6.

Sect. 2. 42.

1. Prorrh. 2.25. *sanguis manet crudus: & hæc urina cruda dicitur à Galeno, primo Prorrheticωn. Est intensè rubra quædam urina: alia*

24. Aph. *subrubra: Et Galeno subrubra est cruda; (ut & Hippocrati secundo Prognosticωn;) & longum morbum denunciat, præsertim si in morbis acutis post septimum diem appareat. nam quæ subrubra quarto die apparet; septimo die crisin forte significat: estque illa subrubra urina admodum salutaris; oritur enim ab ichore sanguinis non bene cocto; quod serum mite est & facile à natura pepasmum recipit. est enim sanguinis ichor mitis, ut bilis & melancholiæ ferus. Sed quæ sunt causæ urinæ rubræ? de his enim nihil Ga-*

1. Crif. 12. 2. prog. Sect. 3. *lenus, neque Hippocrates. Excusat Hippocratem Galenus libro tertio Epidemiωn in historia Hermocratis: quanto rubrior, inquit, tanto longiorem morbum indicat. ex quibus verbis colligimus, rubram urinam fieri ex maxuma copia crudi ichoris, & non à coctione.*

CAPUT

CAPUT IV.

De Hypostasi; & ægrorum contentis in Vrina, quæ non longe abscedunt à sanitate.

HYPOSTASIS *dicitur quod in imo liquidioris excrementi subsidet, ut & in alvi dejectionibus. At medici ad urinam transtulere: vocantque crassiorem urinæ partem secretam & subsidentem.* 3. Prorr. 61. *quod hæc enim portio urinæ sit, indicio est, quod fere in omni urina reperiatur: & est crassior pars urinæ. nam in sanis oritur à crassiore nutricatus materia quæ assimilationem subterfugit. At qui febricitant, in his plerumque nascitur hypostasis ex materia morbifica. dico plerumque; nam interdum eodem modo in his fiunt ac in sanis, cum nimirum liberalius pastum init æger. Nota ergo num ideam sanorum hypostasis gerat. Itaque cum interdum cruditatis soboles sint à cibo hypostases, his elucentibus etiam intereunt ægri. Secernitur autem in urina vi caloris nativi, cujus portionem urina per aliquod tempus retinet. hujus enim vis est separare homogenea ab heterogeneis, hoc est, res diversorum generum. unde & in medium*

dium propellit in urina quod crassum est à tenui. est enim æquabiliter calor fusus per urinam; quare nec in dextram, nec in sinistram partem eam inclinat. Subsidet autem propter gravitatem, quod spiritu flatulento caret bene cocta hypostasis: sensimque, ut graviores sunt partes, fundum petunt. unde minus graves partes cum fundum non tangant, Pyramidis formam exprimunt.

Hypostasis quæ bona.

Prima hypostasis laus est ut sit alba, lævis, & æqualis: nam hæc sunt perfectæ coctionis indicia; quantumque inde abit, sanguinem unde manavit minus coctum declarat; crassa sanguinem crassum; sublimis flatulentum; flava biliosum; nigra melancholicum sanguinem loquitur, vel

2. Prog. 23. *fractum calorem. inde Hippocrati* optuma urina est (*nempe in morbis acutis cujus hypostasis proprii excrementi rationem obtinet, cum* alba fuerit hypostasis *quod caloris vim in partibus solidis arguit: &* lævis, *id est, continua nullaque ex parte divulsa, sed æquabili superficie sibi cohærens; quod fit causa salubris beneficio, nempe caloris nativi sese in omnes partes materiæ insinuantis, easque mitigantis. &, dicit Hippocrates,* æqualis, *id est, sibi similis, nec dissimilibus partibus constans, hoc est, cujus partes omnes æque*

tenue

tenues sunt & albæ; quod fit materiæ (quæ uniusmodi est) bonitate. dicit Hippocrates, Quæ *urina* totius morbi historia talis fuerit, quoad judicatus fuerit morbus, *propria crisi scilicet cujusque morbi & naturæ. nam quo natura viam affectat, eo criseos inclinationes fiunt.* talis, *inquit,* urina ad securitatem & brevitatem morbi præclare apparet: *nam coctiones propriorum cujusque morbi excrementorum, celeritatem & securitatem crisis pranunciant.*

Hypostasis in ægris sæpe pars est materiæ morbificæ, puri proportione respondens: ut scribit Galenus. Dico, sæpe; nam gignitur in febricitantibus aliquando eodem modo ac in sanis. Sed quomodo id distinguam? Respondeo, ut recte id fiat, primo agendū de hypostasi quæ non longe recedit à materia sanorum: hinc de morbificis. Si igitur quis laborat ex morbo cujus materia consistit in hepate, videndum num tenuiter victitet vel plenius. Si tenuiter, & in tali ægro suspensum fuerit album & læve, erit à materia alimentali; si subsidat materia, erit à materia morbifica. quanquam & enæorema esse posset à materia morbi: sed tunc erit croceum, rubrum, vel nigrum. Si autem à pituita sit materia illa morbifera, an tunc illa ab 1. Dif. febr. 8.

alimentali materia, distinguitur hac ratione? A pituita erit inæqualis, aspera, crassa; & paulatim subsidet. alimentaria autem materia statim, & in initio quoque morbi, est alba & lævis; quoad morbifera non evenit. Sin largius vivat æger, & si eodem tempore simul excernatur materia morbifera, quo alimentaria erit contentum varium, quale in Cleonactide. Si non eodem tempore excernatur, ut modo cruda, modo cocta appareat, 1. Epid. 3. *longum morbum, ex sententia Hippocratis, denotat.* Si, *inquit*, bonæ urinæ intermissio quædam sit, ut modo pura reddatur, modo hypostasis alba, lævis adsit, diuturnior quidem est morbus; ac res ægri minus in tuto sunt. *nam cum urina redditur modo pepasmi expers, modo particeps contumacis ac inæqualis materiæ, labefactata natura & cibi imparis signum est: quod natura morbi quidem coctionem aggreditur, sed materia inferior vincatur; & intercalaris illa concoctio non universi morbi, sed peculiaris cujusdam affectionis est concoctio. Progrediente vero morbo videndum, num is sit à succis tenuibus & biliosis: si in his appareat hypostasis, est à cibo; nam à succis* 3. Crit. 12. *morbi fieri nequit, ut docet Galenus. enæorema tamen adesse poterit à morbo, non albun*

album (nam à cibo erit album,) sed citrinum biliosum. adfuit primo hypostasis alba, laevis: hinc suspensum fit biliosum, salubriter fit; nam coquitur morbi materia. Sic si liberalius pastum init quis in morbo melancholico, praestat hic ut hypostasis sit subnigra quam alba: nam haec à cibo est; illa, à materia morbifera quam coquitur.

CAPUT V.

De contentis in Vrinis, quæ maxume abeunt à sanis.

IN contentis apparent quadam signa materia cocta, quadam cruda, quadam materia prava. Considerantur autem contenta in substantia, quantitate, qualitate, tempore, loco, & mistione: quatenus ad salutem & mortem, & quatenus ad speciem crisis apparent. & ut sunt opta partium unde manant, & venarum per quas iter faciunt; vesica & renum quibus excipiuntur; nam indicant integritatem vel calamitatem harum partium.

Substantia contentorum est tenuis vel crassa: aqualis vel inaequalis. Tenuis sit hypostasis à materia tenui. si magis tenuis Tenuis hypostasis.

reddatur, fit enæorema, hoc est, ſuſpenſio.
ſi tenuiſſima, evadit in nebulam; ut in
n. Criſ. 12. febre ex inedia & labore, ut ſcribit Ga-
lenus, ſufficit nebula vel enæorema. Craſ-
Craſſa. ſa hypoſtaſis ſit ex materia craſſa; ut in
febribus ex otio & plenitudine. in his, in-
quit Galenus, opus eſt hypoſtaſi craſſa
Æqualis. antequam ſolvi poſſit morbus. Æquali
hypoſtaſis ſit, quia partes omnes æque
ſunt craſſæ & æque tenues. ſignificant
materia benignitatem, quæ undique mi
Inæqualis. tigatur à calore nativo. Inæqualis evæ
dit, cum pars alia eſt tenuior, alia craſ
ſior, alia denſior, alia rarior. Deterio
hæc eſt; nam materia contumaciam ſi
gnificat, quæ mitigari non potuit benefici
caloris.

Copia. In quantitate hypoſtaſis conſideratu
pauca vel copioſa, ut materia morbific
eſt copioſa vel pauca. ut in febre ab in
edia pauca ſit hypoſtaſis; in febre pituito
ab otio, copioſa.

Qualitas hypoſtaſis. In Qualitate conſideratur hypoſtaſis
Alba. ut colore albo, nigro, citrino, & rubro. Al
ba eſt, vel minus alba quam optuma hy
poſtaſis; vel eſt candidior; & ſubſidet no
ratione coctionis (quæ flatus excutit,) ſe
gravitatis ratione. Propterea aſpera e
& diſjecta, ut colligimus ex Aphoriſm
ſexageſimo nono libri quarti, ubi dicit

Qui

Quibus funduntur urinæ crassæ (*nempe à flatulento spiritu & cruditate*) mox grumosæ, *nimirum ut multæ concretiones instar granorum appareant*, & paucæ, *inquit, urinæ, intercepti nempe urinæ viis ob crudi humoris multitudinem*: non febre vacuis, *inquit Hippocrates, ut scilicet nulla nephritidis excusatio adferri posset.* si ab his tenues abunde ferantur; *excitata nimirum caloris nativi vi, quæ attenuat crassitiem & flatus discutit; & liberatis obstructionibus*, adjumentum adferunt. *Vel urinæ hypostases magis albent quam optuma hypostasis. De qua ita Hippocrates*, Hypostasis alba, tenuis, *id est spumans*, est calamitosa: *etenim inæqualium corporum quo partes tenuiores fuerint, eo eorum inæqualitas est deterior: significat enim causam præter naturam omnibus partibus sese insinuasse.* 1. Prog. 25.

Nigra hypostasis mala est. oritur enim ex torrefactione succorum nostri corporis, quod incendio febrili æstuat. vel à frigore, quod necrosin inducit partibus solidis, & tabem. Expendenda hic est quæstio, Vtrum hypostasis nigra sit deterior nubecula nigra? nam id affirmat Galenus, & Actuarius. His contradicere videtur Hippocrates in libris Epidemion: Nigra. 1. Crisi 11. 1. De iud. et urin. 13.

neque id sine ratione. Nam cum nube-
cula & hypostasis nigra, materia non dif-
ferant, sed loco tantum; & cum hypostа-
sis non peccet loco, sed materia tantum:
nubecula autem nigra & materia & lo-
co; igitur hypostasis nigra minus prava
cum hac uno tantum modo, at nubecula
dupliciter peccet. Pro horum auctorum
conciliatione utendum hac distinctione,
ut dicamus: si nubecula nigra sit à tabe
& necrosi partium vi frigoris, quo lon-
gius à fundo abscedit, eo minus erit pra-
va. quia significat calorem nativum non
dum succubuisse, sed aliquantulum vi-
goris adhuc obtinuisse, ut flatus aliquo
excitare possit, quibus materia illa, qua
turina est gravior, sursum attollatur. Si
autem nigra hac nubecula sit à bile atra
per adustionem flava bilis genita, super
stite adhuc partium solidarum integrita
te, quo longius aberit à fundo, eo erit pe
jor. nam cum atra bilis sit crassissima &
gravissima, plurimum adulterini spiritu
admisceri debet, à quo tam grave corpu
sursum attollatur.

Rubra. Rubra autem hypostasis fit ab ichore
crudioris sanguinis: de tali agit Hippo
crates secundo Prognosticon. Fit & rubra
37. à cocto sanguine; de hac agit Hippocrate
quarto Aphorismorum. fitque rubra a
adust

aduſto ſanguine; de hac Hippocrates primi Epidemion tertia. 72.

A tempore etiam ducuntur differentiæ: nam contenta vel ſtatim apparent vel poſtea. A loco; vel ſunt in imo urinæ, medio, vel ſublimi. Vltimo à miſtione accipimus differentias: nam contentis varia miſcentur, levia, vel gravia. levia apparent in ſummo vel medio, ut pinguedines, ſpuma, pili. vel in imo, ut arena, ſanguis, beſtiæ. Alix differentix.

Pinguedo in urina fit à colliquatione renum, vel totius corporis: ſemper in peſtiferis febribus tales dejectiones fiunt. Oleoſam urinam, contra ſententiam Aëtii, & Actuarii & Avicennæ, declarat Galenus tertio Epidemion in Pario, dicens eam urinam eſſe oleoſam quæ non eſt pinguis, ſed quæ craſſamentum & colorem olei reddit. nam Parius vixit ad vigeſimum ſupra centeſimum diem; quod fieri non potuiſſet, ſi tanta fuiſſet colliquatio totius corporis. Num ſit pinguis à colliquatione totius, vel renum, docet Hippocrates, ſeptimi Aphoriſmorum trigeſimo quinto. Si confertim prodit pinguedo, ex renibus erit: ſin exigua copia, & ſpaciis interpoſitis, à toto corpore fluit. Pinguedines in urinis inſtar telarum aranearum quoque apparent: ſed & pingui- Pinguedo 3. Epidē. Sect. 3. aph. 57. Oleoſa. 2. Tetrab. 2. 38. Sect. 3. 74. Telarum ping.

2.Prog.31. dinis, *inquit Hippocrates*, quæ in urinis superstant, *quales nempe in pinguibus jusculis refrigeratis apparent*, aranearum telarum speciem referentes, damnare oportet: sunt enim tabis & colliquationis signa.

Circulus & corona. *Circulus vel corona aliquando apparent etiam, toto superficiei ambitu. Si superficies ejusdem cum liquore coloris fuerit, nihil elucet. sin alterius; id fit, quod ichor sanguinis aliquando ad meliorem, vel naturali pejorem colorem vergat. pejorem, ut si ex virore puniceus appareat circulus, tunc æstuans calor urit sanguinem, & ad nigrum succum ducit; & mirum in modum cor angi significat maligna febris ardore.*

Spuma. 3.Acut. 12. *Spuma quoque apparet in urinis, fitque, ex Hippocratis sententia, ut caloris: nam dicit melicratum in calidis naturus verti vi caloris in succum bilioſum &* 2.aph. 43. *spumantem. Galenus autem demonstrat non solum ex calore oriri, sed & ex motu: ut mare quod ventis verberatum spumescit: ut etiam in epilepticis, calore, ut in apro ira percito, & in lebete fervente* 2.Prog.47 *aqua spumescit vi caloris. Galenus flatum crassiorem, & pituitam lentam spuma materiales causas agnoscit. Quare calor agitans talem materiam, flatus pa-*

rit,

rit, qui cum eluctari ad aërus regionem nituntur, id non patitur materia tenacitas; hinc in bullam surgit. Vt igitur aër crassior fuerit minusque sursum enitens, & materia contumacior, hoc diutius perseverabunt bulla. Quare non male dicunt medici, capitis dolorem ab his significari; flatus enim sursum feruntur.

Pili quoque & filamenta, *dicit Hippocrates*, cum urina crassa quæ simul feruntur (*integris nempe venarum rebus, ut nulla coctionis ratio desideretur*) à renibus excernuntur, *jam nimirum coctis viscidis humoribus in renibus. hinc, dicit Galenus, tenuantibus curantur. Sin cum urina tenui prodeant, à venis esse demonstrat Galenus.* Pili. 4. aph. 76. 6. loc. aff. 3.

Pus urina interdum effertur. manat autem à renibus, vesica, vel ab aliqua remotiore corporis parte. Id igitur quomodo distinguam? Si à renibus, non tantus adest fœtor, ut cum à vesica dimanat. etenim vesica membrana facile putescit. & pus, quod à vesica venit, nulla est praditum aliena mistione, ut id quod ex renibus venit; nam id mediocriter mixtum est. &, si à vesica manat, aderunt squamulæ cum urina crassa, ut scribit Hippocrates; & dolor una id discriminat iis locis factus in lumbis, ex renibus prodire; Pus.

in pube, à vesica significat. Ex superiorum etiam partium abscessu rupto venit pus; id autem elucet inde esse, quod pars ea valde dolet, nec dolor in vesica aut renibus fluit.

Sanguis. 4. aph. 75. *Interdum sanguinis mictio fit, vel à toto corpore: Vel, ut dicit Hippocrates, à renibus, vel vesica. id igitur quomodo distinguam? Respondeo: Hippocrates dicit, Si sanguinem quis mingat, ut mingendi finem non faciat; ut scilicet nulla suspicio sit partium diaphragmate superiorum male affectarum, unde uno tantum impetu aliquando deponitur: & quoque, ut peculiarem morbum pudendi eximat, mingat; dicit. quæ mictio fit vi sphincteris. præsertim autem si purulenta urinam cruentas sequantur, ex renibus vel vesica erit. Num sit à vesica vel à renibus,* 4. aph. 78. *ut recte distinguas, id docet Hippocrates, ubi ait,* Si quis repente & confertim, sanguinem meiendo fundat. huic ruptæ à renibus venæ significatio fit. *id est, nullo prægresso symptomate, quale in vesica ulcerata apparet, ut pus, exigua detrimenta, dolor in interfœmineum & aqualiculum incidens; nam ea indicant, quæ ad vesicam attinent in vitio esse.* 4. aph. 76. 6. loc. affect. 3. *Caruncula ab exulceratis renibus fluunt, cum partes renũ liquantur & solvuntur.*

Est

Est apud Hippocratem hypostasis farinacea, laminea, & furfurea. Qua in urinis farina crassioris speciem pra se ferunt hypostases (ut nempe farina qua à molis confracta non est) mala sunt, hoc est, calamitosa; praesertim si urina tenuis fuerit cum tali hypostasi farinacea, & morbus acutus. tum enim talis hypostasis carnis tenera, aut adipis colliquationem significat, & in propinquo esse mortem. Carnis colliquato jamjam & consumpto humore, hypostasis colore erit fusca vel rubra, & dicitur orobaa. nam si nigra fuerit, ex sanguine crassiore usto proveniet. Adipis vero colliquefacti coacta parte crassiore, alba hypostasis colore erit, & dicitur hypostasis genitalis ab Hippocrate, quod humana genitura speciem referat. Dividitur enim apud Hippocratem κεγχρώδης hypostasis in orobaam, hoc est, similem orobo excorticato, vitelli colore, & genitalem. qua consistentia sunt eadem: qua amba sunt grandinosa, solaque substantia differunt. Grandinosa in Coacis Pranotionibus dicitur orobaa. Dixi, si morbus fuerit acutus: nam sine febre à pituita est, & longum fore morbum pronuntiat; ut genitalis erat hypostasis ejus qui in Dealcis horto jacebat. Sed multo pejoris (dicit Hippocrates)

Varia hypostases. 2. Prog. 28.

Farinacea.

Orobza.

Adnar. 2. diff. Vrin. 10.

3. Epid. 8

Laminea. πετταλώδεις. 2. Prog. Aph. 25.

sunt lamineæ hypostases, *quæ bracteolæ ideam effingunt, ut fere in hecticis apparent: nam hæc in morbis acutis cum urina tenui, partium solidarum colliquationem arguit: at cum urina crassa, vesicæ scabiem.* At magis, *inquit Hippocrates*, funestæ sunt furfuraceæ, *si urinæ nempe sint tenues; venarum enim scabiem, & earum vim labefactatam significant, & ob id urinas in eis non mitigari arguit. Squamosæ itaque hæ dejectiones πεπυρώδεις sunt peiores: nam jam non carnem, sed solidas partes exuri significant. Laminea sunt latiores & tenuiores, foliis similes. furfurea sunt crassiores, nec ita lata.*

Arenosa. Bestiæ.

Arenosa hypostasis, ni dolor adsit, non indicat calculum. Bestiæ quoque excernuntur per urinas, ut refert Paræus libro decimo sexto chirurgiæ.

Admonitio. 2. Crisi. 7.

Vrinæ in omnibus morbis non inspiciendæ, sed, ut auctor Galenus, in morbis venenosi generis & febribus omnibus. sic dicit in Pleuritide expectoratum primo esse explorandum, secundo (quia febris adest) urinam. Sic in ventris morbis primo dejectiones sunt inspiciendæ, postea (si febris adsit) urinæ: si non adsit febris, nec urina inspicienda. nam quibusque instrumentis propria sunt indicia coctionis;

nis ; venarum urina , pectoris expectorata , intestinorum dejectiones. in cæteris morbis , si renes & vesicam exceperis , infida sunt urinæ. * κακὸν πῆμα recte dici potest judicium illud temerarium ab urina , quod ad triobolare aucupium comparatum , hodie domi medicorum exercetur , vanum & pernicioſum. hæcne medicina corruptela ? pestis , & ægrorum pernicies. Coram ægro examinentur urinæ , & ex cæteris notis quæ enitent in actionibus , qualitatibus , cæterisque excrementis , earum natura & causa perveſtigentur. Exemplum petis ? adferatur domum medicorum urina alba , pellucida , cujus liquorem visus acies facillime penetrat. dic uromantes , quæ illa significat ? frigus ais ? hicne ita præscribes remedia calida ? Quid agis ? hæc alba esse potest à translata bile in caput , idque in febre ardentissima ac biliosissima ; argumento est Phrenitis , in qua fere tales urinæ funduntur : quod bilis in cerebrum cum fluat , urinam suo colore fraudat. Quin interdum præambulones sunt albæ urinæ dyſenteriæ criticæ , ob acerrimam vim bilis quæ ab urinalibus ductibus se ad intestina flectit , quod Eioni evenit. Si itaque

* id est, pulchræ pernicies.

in

in priſtinum decus erigere Medicinam velint Medici, arceant à ſuis ædibus urinas medicinæ corruptelas; & triobolarem illam inſpectionem agyrtis concedant. Deſinant & ægri ipſi, non ſine naturæ injuria, ſaluti ſuæ injurii eſſe, dum ſatis illis eſt, quod nulli veterum ſatis fuit, urinam ad medicum ferre, & ſalutare auxilium (ut putant) inde referre, ignoto, & nunquam viſo aut tentato ægro.

I. HEUR-

I. HEURNII

INSTITUTIONUM MEDICINÆ

LIBER X.

DE PULSIBUS ET RESPIRATIONE.

CAPUT I.

De utilitate scientiæ pulsus. Quid sit: & Definitionis explicatio.

PULSUS *nomine, inquit Galenus, Praxagoras, Herophilus & omnes posteriores usi sunt ad nostram usque ætatem. Nam antiquior hujusce vocabuli usus, ut in Hippocratis & Erasistrati scriptis, varius erat. Nomen tamen pulsus, primus Hippocrates literis prodidit. Is enim hujus meminit libro De flatibus, & De locis in homine; quin & sexto Epidemion, in Pythodori & Theodori uxoris historia. Galenus tertii Crisium ultimo, & De Pracognitione duodecimo, & tertio Epidemion putat Hippocratem*

5. De Plac. Hip. 1.

Nomen. 2. De Pul. diff. 2.

Sect. 6. 2.

Sect. 5. 80.

cratem pulsum neglexisse. in fine tamen octavi De animi moribus temperiei affectis, eum pulsus nomen inveniisse asserit. & quarti De præsagitione ex pulsibus octavo, ait, mortem, inter loquendum,

Hippocrates novit pulsum.

Hippocratem ex pulsu cognovisse. certe, in Coacis, lethargici σφυγμοῖσι κωφροῖσι ab illo describuntur: hoc est, cum pulsu sepulto & effœto. ita vocat pigrum, tardum, undosum, cum ἀσφυξίᾳ intercalari, per exolutionem facultatis pulsificæ, in usu pulsandi perneccessariæ. Hoc testatur hujus scientiam illi compertam fuisse. Et libro primo περὶ γυναικείων. loquitur autem de puerperis quæ sunt fraudatæ lochiis, hoc est non puerperales, ut quibus puerperia non rite respondent. Σφυγμοὶ βλαχροὶ ἔστι ὁτὲ μὲν ὀξέες· ἄλλοτε ἀειρόμενοι, ἄλλοτε ἐλλιπόντες· *hoc est*, pulsus molles, qui attolluntur nonnunquam, & nonnunquam deficiunt. *Loco tamen variorum pulsuum videtur Hippocrates respirationem observasse: argumento erit Philiscus, Silenus, uxor Dromeadæ. & Galenus propterea videtur tres libros De facultate respirandi ex Hippocratis sententia scripsisse. quin ipsemet Galenus quæ scribit de differentiis pulsuum, mutuatur ex variis respirandi modis quos deprehenderat apud Hippocratem. Septimo Epidemion in historia*

storia filii Balis, per spiritum intelligit pulsum. & paulo supra meminit spiritus & anhelitus. & in Theodori historia, ait, ad manus erat frigidius corpus arteriarum. & in Herotolao, filio Cydis, Polycrate, unctore, Menone, Polemarcho, Pytoclis filiis & Polemarchi, motum arteriarum frontis, vocat pulsus; manuum vero, spiritus. Nam pulsus & spiritus idem est finis & usus. quare nomine unius, alterum potuit intellexisse. Tetigisse itaque videtur Hippocrates pulsum in fronte & carpo. Non autem ea in pulsu veteres notavere quæ posteri: nam Hippocrati potissimum significari videtur pulsus maximus, conspicuusque arteriæ motus, ægro molestus arteriæ micantis ictu, ob arteriæ plenitudinem, vel loci in quo libere micare solebat angustiam. Ita scribit de pulsu hæmorrhagia, abscessus, delirii; qui aspectabilis est medico, & dolorificus ægro. aliis quibusdam, palpitatio pulsus erat. Certe Aristotelis tempore hæc Vtilitas.
nova pulsuum ratio incomperta adhuc fuit. Pulsus & sanitatis & morbi signa gerit. etenim quæque temperies suum agnoscit pulsum. hoc innuebat Hippocrates libro De alimento: Venarum, *inquit*, pulsus, & respiratio ætati analoga, & morbi, & sanitatis signa: est enim spiritus

tus

tus etiam alimentum. *hic usum ejus discit. Propterea cum fallax urina morbum celat, hic eum prodit: unde versiculus,*

Urinæ fraudes aperit discretio pulsus.

Quid sit. 4. Diff. puls.

Est *autem* pulsus actio peculiaris præcipue cordis, deinde arteriarum, quæ moventur diastole & systole à facultate vitali, quo nativum calidum suaæ temperie fruatur, & ut generetur animalis spiritus in cerebro.

Definitionis explicatio.

Diximus esse actionem; quæ generis nomine hic venit, semper in generatione posita; quia est, dum fit; hoc est ἐν γενέσει, *non autem in* γεγενημένῳ. *In definitione posuimus pulsum præcipue cordi deberi. Est enim cor viscus nobilissimum, ac vitale principium, quod nativa indole ipsum per se micat, fons nativi caloris, nectarisque vivifici: unde partium omnium solidarum, spirituumque fluxa vivacitas recreatur atque reficitur.*

Addidimus in definitione, Deinde arteriarum: Nam principatus vitalis in ipso stabulatur corde, & ab ipso in arterias influit vitalis vis; omnibusque in locis simul dilatat cor & arteriarum tunicas. nam his per se non inest pulsus; sed hæc vis it per arteriarum substantiam: hoc probat Galenus fistula inclusa arte-

De usu pul. 2. & 4. Lib. An sang. in arter.

ria-

ria, eaque arteria illaqueata. Succedit itaque aër dilatatis arteriis: & non quia recipiunt, distenduntur; sed ex adverso, quia distenduntur, propterea recipiunt. Distenduntur autem à facultate cordis quæ movet. nec tantum per spiritum hoc facit in arteriis; nam hic etiam per calamum commigrabit; sed illustratione quadam per arteriæ membranas. Quidam existimant arterias moveri contra cordis motum: ut nimirum dilatentur cum cor stringitur; & ex adverso. Falluntur: nam simul hæc fiunt. argumento est manus admota cordi, & altera carpo: in ranis vivis sectis, oculis hoc cernitur. Nec propterea dilatantur cum corde, διὰ τὸ ἡρτῆσθαι τῆς καρδίας, ut Aristoteles affirmat. Nam si facultas cor moveret solum, arteriæ vero moverentur cum corde, quia suspenduntur ab eo, certe & vena cava pulsaret, & arterialis; nam hæ à corde etiam pendent. Et in tam laxis longisque vasis, motus solum partiũ continuitati consectarius, antea evaneſceret quam manum ad usque pertingeret. Inditum est nomen arteriæ ἀπὸ τοῦ ἀέρα τηρεῖν, quod est aërem ducere, vel ἀπὸ τοῦ αἴρειν, quod est attollere.

Instrumentum pulsus.

Arteria unde dicta.

Definivimus præterea, Quæ moventur diastole, & systole: quarum officia sunt eo comparata, illius quidem, ad spiritum fo-

Systole & diastole. in instrumentis.

ris

ris intro ducendum, & sanguinem hau-
riendum è vena: hujus vero, ad eos vitæ
commeatus, per totam compaginem effun-
dendos, & vaporem fumidum expiran-
dum. Coagmentatio cordis tribus intexta
est villorum generibus, quibus diastoles
atque systoles officia continentur: hinc nu-
tritio, temperatio & expurgatio caloris
nativi qui in corde habitat. sanguis enim
per diastolen cordis hauritur ad nectar vi-
vificum; unaque novum aërem haurit,
ad caloris temperationem, spirituumque
vitalium ad pabulum: quin arteriæ in
habitu corporis non solum aërem subtiliss-
simum, sed & pulverem attrahunt. Sy-
stole vero fuligines, sanguinemque excu-
tit. Per diastolen intellige sublationem &
expansionem arteriæ quoquo versum; per
systolen, arteriæ contractionem, cum in se
sidit. Cum autem hi bini motus sibi sint
contrarii, ita duplex intercedet his quies;
quasi inter hos media: una, supera: al-
tera, infera. Quies supera evenit post fi-
nem dilatationis, ante principium contra-
ctionis. quies infera est qua contingit post
finem contractionis, ante principium dila-
tationis. Tactus exercitatus sentit bonam
diastoles partem, & majorem systoles. nam
initium diastoles, & finis systoles sensum
fugit necessario: id facit caro tegens arte-
riam.

1. Simpl. 23.

Quies arteriæ.

riam. Omnis magna necessitas constrictionis, facit in supera quiete crebritatem: cunctaque valida necessitas expansionis, facit in infera quiete crebritatem. Dicet quis, Galenus pulsus quosdam quietis expertes dicere videtur: At Aristoteles demonstrat inter contrarios motus perpetuo quietem intercedere. & Galenus fatetur systolen & diastolen pulsus, esse contrarios motus. quare necessario in puncto reflexionis quies erit. Id ita demonstrat Aristoteles: Omne mobile in eo puncto necessario quiescit, quo utitur pro principio & pro fine: & ad quod ita accedit, ut ab eodem discedat. Atqui cuncta quæ moventur motu reflexo, utuntur puncto reflexionis pro duobus, principio nimirum & pro fine: idemq; necessario ad illud punctum reflexionis accedit, & ab eodem abscedit. Omne itaque quod reflectitur, in puncto reflexionis quiescit. Dico Galenum non plane negare quietem, sed interdum adeo exiguam esse, ut vix eam percipias. Systole minus tactum ferit quam diastole: nam illa fit quasi sua sponte ab ipsa carne: sed hæc fit violenter vibrante arteria.

2. Præfag. Puls. 8. 8. Phys 8.

1. Dif. Pul. 3.

Deinde adjecimus Definitioni, hoc fieri A facultate vitali. Profecto ambo hi motus, nimirum distractionis & contractionis, nascuntur vi facultatis pulsificæ quæ

Facultas.

est

est in corde: imo nec à membri pondere alter. quin & utraque quies hanc sui causam agnoscit. Si enim utraque quies à facultate non dimanaret, subito postquam fusa distractaq; foret arteria, concideret: jam facultate ea fraudata. Sed arteriæ partes insurgentes quieti repugnant: & facultas continendo arterias in quiete, hoc in munere laborat. itaque cunctæ pulsus partes aguntur facultatis vi: duo motus dico, & gemina quies. Facultas hæc vitalis non movet quantum potest, sed quantum usus necessitasque exigit. nam si facultas mediocris conetur plurimum, edet pulsum vehementem. ita non consectarium est, Est fortior pulsus temperato; ergo virtus est robusta. quamvis vere dicas: Pulsus languet, quare & facultas titubat: nam fortis contentionem agnoscit.

Vsus & necessitas pulsus.

Diximus ultimo in definitione: Quo nativum calidum sua temperie fruatur. hic est Vsus & necessitas cur fiat pulsus. Nam id præstat pulsus cordi reliquisque membris, quod respiratio cerebro & thoraci, hoc est innati calidi conservationem. ita in lipothymia pulsus fit crebrior, quia natura remedium quærit exhaustioni spirituum; & odoribus recreantur. Omnis certe flamma ventilatione gaudet quadam, qua temperat & purgat à fuligine.

gine. qui enim aërem calidum inspirant, suffocantur.

CAPUT II.

Quid maxume in pulsibus perpendendum, & unde nascantur varii pulsus.

IN hac definitione meminimus trium rerum: nimirum instrumenti, quod est arteria; facultatis vitalis, & usus vel necessitatis. ex his causa differentiaque pulsuum ducuntur. Nam pulsuum tot sunt differentiæ, quot sunt eorum undè nascuntur causæ. Galenus vero in pulsu duplices causas agnoscit, continentes, & non continentes. Continentes appellat facultatem, instrumentum, & usum. nam quæcunque harum tollatur, tollitur unà & pulsus. Reliquas cunctas causas asserit alteratione hārum causarum pulsus mutare. verbi gratia, exercitatio non mutaret pulsum, si facultati, instrumento, aut usui nullam mutationem adferret. Ita fortissimus est pulsus medio veris: at a medio autumni est maxime languidus: & tunc iterum redintegratur usque ad summū ver: hyeme & æstate media mediocres sunt: sed hyeme robustiores; æstate media

Avicen. Lib. 1. sen. 2. doct. 5. cap. 2.

media celerrimus & creberrimus. idem di
regionibus & ætatibus pronunciandum
& de animi perturbationibus, rebusqu
5. Lib. 6. 2 De præs. ex pul. 4. *cæteris. recte Celsus,* Mille res facile pull
sum turbant. quare & Galenus jubet, u
bus pulsus explorentur manu. Sunt itaqu
causæ non continentes vel secundariæ pull
sum immutantes, ut temperamentum, æ
tas, sexus, regio, animi affectus, anni tem
pus, cibus, potus, labor, vigiliæ; & morbu
ejusve causa, & symptoma. Sed conti
nentes vel primariæ causæ, proprios edun
pulsus. sicuti facultas robusta, pulsum ve
hementem: imbecilla, languidum: arteri
dura, durum. Usus auctus vel accisus, pr
facultate emicante vel languente, aut u
arteria fuerit dura molliſve, varium pro
feret pulsum. Vt si facultas sit valida, C
usus actus, & arteria non dura, magn
longi, lati, alti; vehementes, molles, celer
& crebri produnt pulsus.

Efficiens itaque pulsus causa est facu
tas: instrumenta sunt arteriæ: hæ impe
tum facultatis sequuntur; causa quæ fa
cultatem irritat, est usus & necessitas i
lius motus. Vltima hæc causa est omniu
Ab usu aucto. *potentissima: cujus interna causa sunt*
(quibus pulsus mutatur) spirituũ inopi
intemperies, aut aliena cordi substanti
quam elidere id nititur. Hæc, nimiru
nece

necessitas, unica causa est, quæ facultatem concitat & impellit. Omnis autem necessitas ex affectione quæ extra naturæ lineam rapit proficiscitur: quam abigere à se conatur cor. externas, modo diximus. Auctus ergo pulsus est usus, cum caloris est plus, aut spirituum animalium minus. imminutus, ex his adversis. Auctus usus amat magnitudinem pulsus, deinde celeritatem, ultimo frequentiam. nam natura optima semper studet ut eveniant, id vero optimum, quod propius naturæ finem assequitur. Constat autem cor alterari optime multo & ἀδρόως attracto ab aëre: propterea natura primo succurrit, aucto usui magnitudine, dein celeritate, ultimo crebritate. Imminutus usus, contra, contrarioque transigit ordine. nam illico deponit crebritatem: hinc celeritatem: ultimo magnitudinem. hæc, usque ad mediocritatem. Vsui itaque aucto detur pulsus magnitudo, celeritas, crebritas. imminuto at usui parvitas, tarditas, raritas. nam exiguus, rarus, celer, haud scio an inveniatur. Vsus ergo & necessitas extimulat pulsificam cordis facultatem ad pulsandum, quæ tunc insurgens arterias vibrat. quare perpetuo ex necessitatis conditione ferentur pulsus, integra adhuc facultate, sequacibusque arteriis:

alioqui pervertent necessitatis significationem. nam angustæ arteriæ amplum; angustæ parvum edunt pulsum; ut & fracta facultas. Hinc senum quorundam pulsus est vegetus: at quibusdam juvenibus torpidus & fere evanidus. ita notanda quæ ab usu aucto.

Ab instrumento. Quantum ad instrumentum, inde has differentias aucupabimur, ductas ab arteriæ diastole, quiete, & ordine. In primis notabimus quanta sit dilatatio arteriæ, in longitudine, latitudine, & altitudine. secundo, quam celeriter ea fiat. tertio, quanto tempore in quiete maneat. quarto, qua vehementia moveatur. quinto, qua duritie. sexto, proportionem diastoles & systoles, hoc est rhythmum notabimus. in his æqualitatem, & inæqualitatem: & in inæqualibus ordinem, ejusve perversionem perlustrabimus. Duro pulsui (cum fundere se nequeat) familiaris est parvitas, tarditas moderata, & crebritas. Molli, magnitudo, celeritas & raritas. Arteriæ calorem omitto; qui sane illi non evenit, quæ motu agitatur.

CAPUT

CAPUT III.

De Differentiis variis Pulsuum, maximeque iis quæ præclarum usum habent.

PULSUUM *tot universim sunt ideæ, quot sunt causæ ex quibus illi nascuntur. Causæ, uti diximus, tres sunt: facultas, instrumentum, & usus. Facultas movet; instrumenta moventur; usus est id, cujus gratia motus exercetur. Ergo à robore facultatis valido vel prostrato, fit pulsus vehemens, languidus, & mediocris. Ab instrumento, nimirum arteria, nascitur pulsus, durus, mollis, & mediocris. Cæterum quicquid movetur, aut celeriter movetur, aut tarde, aut mediocriter: ex hoc tempore nascitur pulsus celer, tardus, mediocris. Et quod movetur, id fundit se aut in longitudinem, latitudinem, vel profunditatem. inde surgit pulsus magnus, si omni sese pandat dimensione: parvus contra, accisis his dimensionibus. Cum autem inter movens & mobile semper inveniatur analogia, vel nulla proportio; æqualitas aut inæqualitas; ordo vel non; fit ut hinc aliæ ideæ surgant. Quarum prima, quæ à rhythmo oritur,*

Differentiæ.

Gal. 3. De Diff. pul. 4.

qua habet quid cum musicorum contemplatione commune. Secunda æqualis, vel inæqualis. Tertia ordinata, vel ordinis expers.

Magnus. 3. Diff. puls. 5.

Pulsus magnus est, qui & vehemens, & fortis, & validus dicitur, manum tangentis contentione valide feriens.

Languidus

Languidus, qui invalido impetu ferit. Medius, medio modo: non intente, non remisse.

Durus. 3. Diff. puls. 7.

Durus, cum durior, ac quasi siccior, coriique modo rigidior occurrit arteriæ.

Mollis.

Mollis, cum mollior & quasi carnosa sentitur arteria. Mediocris medio modo se habet.

Celer. 1. Diff. puls. & 4.

CELER *est qui brevi tempore motum suum finit: vel cum modico tempore arteria dilatatur.*

Tardus.

Tardus, cum multo. Mediocris, qui medio modo inter celerem & tardum fertur: vide Galenum tertii De pulsuum dignotione primo.

Creber.

CREBRUM, *rarum, mediocrem in his, sciens præterea nam cum nascatur ex quietis tempore, perfectius ex motu percipitur, qui jam in superiore est comprehensus.*

Pulsus vero qui in omnibus dimensionibus æqualiter in statum præter naturam traducti sunt, duplici idea sese efferunt: est parvus, & magnus.

Parvus.

Parvus, qui trina dimensione imminutus est. Magnus contra, qui undequaque auctus est.

Inæ

In omnibus autem dictis pulsuum generibus deprehendetur quoddam discrimen, quod in æqualitate, & inæqualitate consistit. Hi tantum tribuit Herophilus, ut scribit Censorinus, adeo ut scripserit, venarum pulsus rhythmis musicis moveri. ÆQUALIS *pulsus est, qui in magnitudine, vel vehementia, vel celeritate, vel in reliquorum generum aliquo, vel in omnibus par est. Inæqualis contra, qui impar vel dissimilis est consequenter. Notantur hæc in uno pulsu, plurimis, vel omnibus inter se collatis. Horum plures sunt differentiæ: deficiens, intercidens, mutilus, caprizans, bispulsans, undosus, vermiculans, hecticus, convulsorius, turbulentus, serratus: ordinatus, inordinatus. In circuituum quidem paritate ordinatus, in omnimoda imparitate inordinatus. Sic quidem ordinatus est, qui in singulis periodis est æqualis. nam naturalis pulsus omnis, nec ordinatus, nec ordinis expers est, cum ordo inæquali eveniat. Inordinatus vero est, in quo nullus prorsus servatur circuitus. Quapropter pulsus æqualis est omnino ordinatus. inæqualis autem ordinis expers est, vel ejus capax.*

Æqualis & inæqualis.

Ordinatus

Hæc de frequentioribus, & quæ principatum tenent, pulsuum differentiis. Has fuse Galenus persecutus est libris quatuor:

quos sequuntur alii libri De dignoscendis pulsibus, in quibus miram adhibuit diligentiam, ut ipse ait, quod difficile noscantur pulsus, quod tempus exigat longius, & tactu opus sit exercitato, ac singulari prudentia, atq; exercitatione in dignotione.

Quibus opus ad dignotionem pulsuum.

In pulsibus autem dignoscendis his opus est, ut recte noscantur. In primis, distentionis copia, qualitas & tempus motus, tum moventis eam contentio facultatis; postea ipsius tunicæ, arteriæque flatus noscatur. Ad quorum absolutissimam cognitionem tota vita opus esse scribit Galenus.

2. De pul. dignos.

Alii quatuor libri sunt de causis, à quibus quisque pulsus generatur. Alii deniq; sunt De præcognitione ex pulsibus: medicis præ cæteris honoratissimi. quo fit, ut reliquas partes, horum nomine tractent, qui & à philosophis, qui naturam investigant, non plane negligi debent. Quare libri De pulsuum differentiis juxta ad medicos & philosophos pertinent. Sed libri De dignoscendis pulsibus, & De præcognitione ex pulsibus, medicis sunt dicati; ut libri De causis pulsuum, philosophis.

OMISSA *igitur hic pulsuum cognitione, (quia hæc magis ex usu, quam lectione cognoscitur) causas differentiarum pulsuum, quas supra retulimus, & eorum prædictiones perstringamus.*

CA-

CAPUT IV.

De causis præcipuis cujusque pulsus. &, ex iis, præsagiis. & Exercitatio de pulsibus in quibusdam morbis.

VEHEMENS *pulsus à robore facultatis efficitur; nulla aliarum causarum renitente, ut usu dissoluto, aut instrumenti duritie. Qui itaque moderato sunt habitu, temperie æqua, florenti ætate, in regione ac tempore anni temperatis, robustique qui sunt, & omni mœrore, motu, saturitate, metu vacui; hi pulsum vehementem omnes habent. Qui si moderate labores inierint, & modeste balneis usi, & vino; aut si iræ æstu incanduerint; vel exercuerint se, vehementissimos pulsus edent. Iidem si implicentur syncerâ tertianâ, aut qua alia fervente febre teneantur, vel diaria ex bubone, adustionibus, exercitiis, vehementissimos etiam pulsus habebunt. Itaque vehemens seu fortis, semper à facultatis robore fit: & quo fortior, eo facultatis amplius robur denotat. Moneo observationem hujus pulsus in exercitatione medica maximum usum habere. vos eos agnoscetis comprimendo: nam maxime vehemens non fa-* Vehemens

cile opprimitur. Cum enim facili pressu pulsus opprimitur, malum.

Languidus. LANGUIDUS, *perpetuo; & solius facultatis imbecillæ soboles est. Si quidem vehemens pulsus, omnibus causis ad sui generationem indiget. Languidum verò, sola imbecillitas efficit, qui à languore in vehementiam transit, virtute vitali exsplendescente, & ab imbecillitate vindicata. Robur sumit vel ex contentis corpore, ut succorum coctione, vel excretione, aut ira; vel ab externis, ut vino, cibo, exercitiis, & cæteris rebus quæ intemperiem emendant. Vires vero solvunt inedia, vigiliæ, vacuationes immodicæ, tristitia, curæ, dolores, & quicquid intemperiem invehit: hinc ille languor.*

Durus & mollis. *Durus pulsus fit, ex instrumentorum duritie, quam refrigeratio immodica aut siccitas, aut tensio à phlegmone, aut convulsio inducit. Statim vero duritiē etiam parvitas, & celeritas, nonnunquam etiam frequentia (pro magnitudine, propter usum) sequitur: cum enim incanduit ab æstu cor, eventationis necessitas petit magnum pulsum, amplamque cordis & arteriarum dilatationem; quibus si durities arteriarum renitatur, tunc necessitas eam amplitudinem angustamque diductionem resarcit frequentia. non aliter atque apud*

Virgi-

Virgilium, cum Æneas magnis gressibus Troiam, quæ jam ab alto culmine ruebat, egrederetur, Ascanius sequitur patrem non passibus æquis: currebat enim, & geminabat sæpe passus suos ad patris gressum. Si igitur ægrum invisas, quum prius non videris, isque febre teneatur, neq; tamen supernum principium sit affectum: & cum redeas, pulsus durus esse videatur, is, dum abfuisti, aut gelidam aquam bibit, aut fructus autumnales ingessit frigidos. Mollis pulsus humidæ arteriæ comes est. Id faciunt cibi humidi, balnea, somnus longior, deliciæ; & morbi, ut lethargus, coma, hydrops.

MAGNUS *pulsus fit; ubi usus, qui calor est in corde exuperans, urget, frigoris appetens, ac robore vitali valido, instrumentumque si obediens, & molle, ut extendatur in omnem partem. Aucto itaq; cordis calore, primo fit magnus pulsus. Vbi vero nec magnitudo usui sufficit, celeritas accedit. Si nec ita satis est, frequentiam assumit. Quare peculiares pulsus calori sunt, magnus, celer, creber; non tamen ut ei calorem comitentur perpetuo necesse est: postulant enim quo tales evadant, facultatem validam, atque instrumentum molle. Si enim infirma fuerit facultas, aut durum instrumentum, neque magni, ne-* Magnus, celer.

que celeres esse poterunt: quod instrumentum, propter duriciem, adversus moventem facultatem contumax sit: illa vero attollere quatenus oportet arterias, per imbecillitatem impos est. Quare ut celer, vel magnus pulsus fiat, tria causarum genera conspirent necesse est, ut nimirũ usus illorum generationis urgeat, facultas valida sit, mollesque arteriarum tunicæ, aut certe non rigidæ sint. Cæterum augetur calor. aut ex causis naturalibus, ut ætate, temperie calida. aut ex non naturalibus, ut aëre, balneis, exercitiis, cibo, vino, medicamentis. aut à causis præter naturam, intemperie calida, putredine humorum, ira, voluptate, mœstitia, timore, dolore, ac morbis. Celer itaque pulsus in sanis quidem, calidius temperamentum; in ægris, tum virium robur, tum caloris præter naturam copiam, & necessitatem in corde refrigerii ampliorem, & instrumentorum mollitiem notat. Vbi enim robusta facultas est, calorque in corde copiosior instrumentumque obediens, ususq; multus, tum, magnitudine pulsuum, usui facultas satisfacit. At ubi magnitudine id præstare non potest, mox celeritate succurrere satagit. Celeritas itaque pulsuum, & usus necessitatem auctam, & virium adhuc consistens robur ostendit.

PAR-

PARVUS *pulsus à contrariis magni fit causis, nimirum ob facultatis imbecillitatem, aut instrumenti duritiem, aut usus necessitatem deficientem. Parvus & debilis pulsus levem pressionem quærit, alioqui latet. non aliter quam animalculum linteo inclusum, ni presseris leniter, non senties id moveri; si nimium, oppresseris: nam superficiem non ferit debilis. Easdem ob causas fit rarus & tardus pulsus. Cumque tardus simul cum parvo & remisso jungatur, ægri prope ad mortem accedunt. Nam natura quæ jam pridem refrigerata est, nec multum, nec ita celere refrigerium, sed ex longis intervallis requirit. necesse etiam, ut facultas plus vel minus labefactata est, ita & pulsum ad parvitatem & tarditatem transire. Præterea comes contumaciæ arteriæ, dilationis necessario est tarditas & raritas.*

Parvus.

Tardus, & rarus.

Rhythmus si par æqualisve sit motu & quiete, probam totius temperiem monstrat, quantum in ipso est. Rhythmus mutatur, mutata magnitudine aut celeritate diastoles vel systoles. quod fit, crescente hujus potius usu quam illius. ut in paroxysmus febrium, vi fuliginis systoles crescit usus: fitq; major, ac celerior: interceptis quasi orificiis arteriarum à fumis. In malis pulsibus æqualitas, naturæ firmitatem

Rhythmo æquales, & inæqu.

declarat, & spem pepasmi adfert. Inæquales vero, vasorum obstructionem, & instrumentorum oppressionem, aut humorum copiam, ad facultatem quidem collata ea, aut demum inæqualem intemperiem cordis arguunt. Æqualis itaque naturalis est: inæqualis autem grave malum denotat. Verum in invasionibus minus erit parvus: in incrementis deterior: magis in paroxysmorum statibus, sed in declinationibus pessimus.

Myurus. Deficiens.

DEFICIENS *pulsus est à facultate oppressa. extremum facultatis casum significat. minuitur sensim, dum evanescat. Dico, deficiens pulsus, si referatur ad nostrum, qui foris est, tactum: nam membrana quædam objecta sunt arteriæ, & cutis, multis etiam locis adeps & caro; unde non occultatur modo, sed impeditur. Cum motus nusquam sentitur, ita ut nulla arteria videatur moveri, asphyxia est: quæ vere in corpus vivum nunquam cadit: perpetuo enim cor agitatur cum arteriis omnibus.*

Asphyxia.

Intermittens.

2. Præsag. puls. 4.

INTERMITTENS *pulsus est ab iisdem causis. & quo quiescit diutius, hoc periculosius. Itaque, dicit Galenus, cum duorum pulsuum tempore quiescit, haud scio an superstes quisquam esse possit. at unius ab intermisso pulsu, aut paulo amplius,*

amplius, evasisse vidimus, maxume senes. Sed dices, imbecillis si imbecillitas accedat: periculosius id erit. Respondemus; his evenit talis pulsus ex levi causa: quare in imbecillioribus, ut & his qui longa querela fracti fuere, non ita periculose evenit. Quare juvenibus intentant periculum intermittentes pulsus, dein pueris, minime senibus.

VIBRATUS pulsus videtur per partes à sua sede dimoveri toto corpore, ut solent virgæ vibratæ moveri. est durus. robur virium, & caloris copiam indicat, & interdum crisin in propinquo esse nunciat; & maxime crisin notat valide vibrans. Num bona crisis futura, coctio præsignificat, & vires. Vibratus.

UNDOSUS, similis undis, est inæqualis in eadem dilatione secundum diversas partes; nam aliæ partes post alias dilatari incipiunt: est etiam mollis & magnus. Sudorem fere nunciat, eoque magis quo mollior, & non remissus. &, si alius in ipsum intercidit, firmissimum erit signum sudoris. nam is semper excretionem significat: cum undoso autem, aut cum magno, non duro tamen, junctus, criticos sudores indicat: cum vibrato vero, aut absolute duro, potius menstruas purgationes, aut hæmorrhagiã è naribus, aut ex hæmorrhoidibus, Vndosus, & alius.

dibus, aut ex perturbato ventre crisin nunciat. Quæ vere potius futura sit excretio, ex aliis notis distingues. Vndosus humidiora etiam vitia maxime sequitur, & ex iis potissimum anasarcam, & lethargum, & peripneumoniam. Cum undosus pulsus languidus fit, vermiculans efficitur. Et facile in formicantem transit, qui summam virium imbecillitatem indicat: nam omnium est languidissimus & minimus: proinde pessimus, utpote qui propriam virium infirmitatem, non ex plethora gravante, aut ex pressu, aut obstructione, obortam indicet.

Vermiculans & formicans.

Caprizans. *Caprizans pulsus ultimam partem habet prima celeriorem: cordis inæqualem intemperiem, & validos ejus affectus denotat. Nec tamen perpetuo notat intemperiem, sed interdum humorum copiam, obstructionem, aut compressionem instrumentorum. Verum cum in pepasmi tempus & signa incidit, crisim bonam nunciat.*

Dicrotus. DICROTUS, *seu bis pulsans, cum nimirum in quiete deberet esse arteria, alium interponit. fit ex magna cordis intemperie, arteriæque ob duritiem. nonnunquam ob humorum tum copiam, tum crassitiem. cordis enim & arteriarum inæqualem intemperiem is pulsus consequitur.*

HECTI-

HECTICUS *autem proprie tabidis & emaciatis accidit.* Hecticus.

CONVULSORIUS *est exiguus, tensus: fit à phlegmonoso affectu cerebri; ut phreniticus, & comitialibus acutis: nam hi calentes adhuc moriuntur.* Convulsorius.

TURBULENTUS *pulsus fit, cum usus, seu necessitas magnam sublationem requirit, & facultas vitalis uti potest adhuc sua functione; solum autem arteriæ corpus repugnat, quod præ duritie, in magnam diastolen sustolli nequit, veluti in magnis phlegmonibus, obstructionibusque diuturnus.* Turbulentus.

SERRATUS, *phlegmones, & maxime nervosarum partium, comes est. Quapropter pleuritidi familiaris est. Reliquas pulsuum differentias prudens omitto.* Serratus.

Sed anne pulsus ordinatus certius prædicit quam inordinatus? Ordo fixam veluti quandam causam, & perpetuam quodammodo videtur indicare. Et propterea concludit ita Galenus; ordinis perturbatio nihil certi habet: neque tale, quale ordo, vel bonum vel malum. Inordinatus est cum periodus nulla adest certa, sed ordo ille continuus interturbatur. ut si inter duos parvos, magnus intertexat se; inter vc frequentes, rari; aut languidos inter, vehementes. Inordinati cum probis pulsibus, 2. Præsag. puls. 13. in fine.

ut

ut magni, celeres, salutem: Ordinati parvi & languidi, perniciem denotant. nam ordinatus pulsus pessimus est, inordinatoque malo deterior. Ordo ergo ex se neque bonum nec malum significat. sed bonos pulsus, meliores; malos, deteriores facit. Fiunt inordinati ex succorum copia, infarctu, languida à vi vitali.

Exercitatio.

Et hæc quamvis satis sint de præcognitione ex pulsibus, brevem tamen exercitatiunculam subnecto. Carpi arteria quia recto filo fluit, maximeque nudatur, cunctis aliis rectius examinatur. Avicenna & Rases ad duodecimum pulsum, quod minimum sit, malum hærere volunt: alii ad vigesimum quartum. primumq; dextri, mox sinistri carpi tentandum. Id agat manu suspensa, media interdum, aut comprimente. Ægri manus ocium agat, molliter inflexa, nec vinculo intercepta. Et proponat sibi perpetuo mediocrem pulsum instar regulæ; huic conferat præsentem; & ad singula temperamenta, ætates, morbos, anni tempora, cumque cunctis non naturalibus rebus hunc committat. & num in procinctu sit crisis, cogitandum. Et quia præceps ad ægrum ingressus turbat, non illico injiciat manum carpo; sed potius uri nam rimetur: inde pulsum. Si cor tentetur calore, conceperitve quid cujus impa-

tien-

tiens est, vel denique à spirituum exhaustu si laborarit, crebrum edet pulsum; si ille non satisfacit, accedet celer; si nec ille suffecerit, junget se magnus vehemensq3: integra modo fuerit facultas, idque admiserit arteria & habitus corporis. Ita febris, qua febris, edit pulsum magnum, celerem, & crebrum. à calore enim auctus est usus; quare, eam in magnitudinem insurgere decet: qui si non sit par necessitati, celeritatem consociabit. nonnunquam sola crebritas aderit, ob facultatis languorem, & arteriæ duritiem. Putridis febribus communis est pulsus inæqualis, in eadem diastole sub eodem digito: nam videtur arteria nõ dilatari, sed subsilire: nam diastole in initio & fine velocior est; medium vero diastoles tardius: ut colligimus exprimi ad Glauconem sexto, & quarti De causis pulsuũ decimoquarto. Tertianæ habent pulsus maximos, celerrimos & creberrimos. quotidianæ, minimos. quartanæ, rarissimos; celeritate utrique harum pares. Intermittentes eosdem fere pulsus edunt, cũ sunt in paroxysmorum vigore. at in eorum initiis, contrarios. nam tertianæ, pulsus minores edunt ineunte paroxysmo, quam quartanæ: quia à rigore, qui oboritur ineunte tertianæ paroxysmo, major fit compressio, quam à frigore aut horrore. Post

Febrium pulsus.

Putridarũ.

tertia-

tertianam, quartana; post hanc, quotidiana. Vsque ad vigorem pedetentim mutantur pulsus: à minoribus, rarioribus, tardioribus abeunt in contrarios: & tertianæ cito hoc faciunt. Inflammationibus cunctis eveniunt pulsus magni: sed pro ratione obsessi membri, & causæ morbificæ. Facultas debilis, & durities detrahunt magnitudini pulsus. Omnis affectus soporosus habet pulsum rarum. Convulsis tremit pulsus, ut lyræ fides plurimum tentæ. Dolore ineunte primo, eduntur pulsus vehementes, majores, celeres, crebri: augetur enim usus, exhausta vi animali: itaque integra adhuc vitalis hanc conatur redintegrare. tandem facultate vitali debilitata, fit minor, celer tamen & creber. crescit q3 crebritas, decrescente celeritate à languore. Amor non est affectus irascibilis, sed appetitus: passio vero in corde: propterea non habet proprium pulsum. sed ut affert cordi perturbationes, metum mœstitiam, gaudium, iram, spem, desperationem, furorem: quibus varie amantem invadentibus, in polydædalam ideam ut commigret pulsus, cogere solent. Quare conjectura quædam alia firmet amorem: ex hac varietate (quam nullus cæterorum affectuum redolet) amor deprehendi poterit. Amori tamen peculiaris pulsus

Phlegmones.

Soporosi.

Doloris.

Amoris.

quem

quem amatorium vocant, nullus est.

Hæc maxime in medicina facienda usum habere poterunt: qui prolixe de his perveſtigare velit, in ampliſſimum, apud Galenum, campum de pulſibus ſe effundat: vel doctiſſimum Fernelii de his librum examinet. properantibus ad meditam exercitationem me his ſatis feciſſe exiſtimo, quæ maxime obſervabilia ſunt proditis.

CAPUT V.

DE RESPIRATIONE.

IN corde, quod rapido quodam ab æſtu flagrat, providentia divina rerum gubernatrix facultatem pulſificam poſuit, quo à rapto aëre recrearetur calidum ibi ſtabulans. quod fit arteriarum beneficio, & pectoris flabello. arteriis dicatus fuit pulſus; pectori reſpiratio. Reſpiratio adeo vitæ eſt neceſſaria, ut ejus fructu carere ad tempus aliquod nequeat. Cum ejuſdem uſus cauſa reſpiratio & pulſus dati ſint animantibus, jure pulſibus reſpirationem ſubnectimus. hoc ſolum differunt, quod hic extra arbitrii noſtri poteſtatem, illa fere libera ſit. Differunt in inſtrumento, numero motuum. & facultate, in uſu & fine

Gal. 2. De motu muſcul. 5. 6.

fine conveniunt. Differunt dico instrumento, ut thorace, & arteria. in numero motuum, nam quinquies fere pulsat cor, intervallo unius respirationis. facultate, nam respiratio, est facultatis animalis. Operatio utraque convenit in usu & fine: quæ enim usum mutant, utrasque operationes mutant, ut exercitatio, febris, vigilia: nisi tamen quid impediat; ut liberalior pastus magnum facit pulsum, ob auctum usum: sed, presso diaphragmate, thoracis frequentia usum compensat. Igitur non subeunt similem mutationem, cum instrumentum aut facultas mutatur. A summo enim rerum opifice DEO *tributũ est cunctis animantibus vivifica quædam vis, ne ipsa vivacitas ante diem deficeret. Hæc mansionem habet in vitali principio, in quo habitat ἀμβροσία, hoc est,* nectar vivificum, *quod in sanguine & spiritu continetur, vitæ conservator. quod, nutricatu & respiratione perennem sui generationem obtinet. Iam de respiratione.*

Respiratio quid.

Respiratio, ἀναπνοὴ *Græcis*, est motus quo aërem frigidum ducimus, aut fuliginem excludimus: ad temperandum, nutriendum, & expurgandum calorem nativum cordis. *Est hæc actio partim jussa καθ' ὑπεξαίρεσιν, partim injussa καθ' ὁμοίωσιν hoc est, quando nulla sponte nostra, sed tan-*

tantum sua, respiratio suscipitur & absolvitur: nam necessitas spirandi, nervos musculosque excitat ad functionem. nam actio respirandi est animalis; usus vero est naturalis. Ita actio musculorum thoracis, in vigilantibus est voluntaria, ab electione: in dormientibus vero est ab instinctu. nam dormientes voluntate exuuntur, qua ab electione; instinctu tamen respiramus, ob necessitatem qua nerves impellit. Hac volucrum, pecudum, atque hominum communis est, omnium denique vocalium animantium. Nam * ἔντομα solam * διαπνοὴν ducunt; quod hac modico eorum calori satis sit. ut & strafocatis ab utero mulieribus evenit, qua à circumfuso aëre, sine respiratione, ad tempus vivunt: ablato respirandi usu à venenata seminis aura, donec hanc excluserint, & ad se redierint. Ita & omnia genera gentis squamigera, qua in mari veliferas circumnant puppes, vivunt. Recte Theophrastus, & ante eum Plato, * ὅμοιον ὁμοίῳ διὰ τροφὴν ἐστι. quare quibus spiritus aërii, iis aër materia est ad respirationem: quibus aquei, aqua. Sed in aërea spiratione polydædala sunt idea. Ut enim aves tenuissimo fruuntur aëre: ita terrestria paulo crassiore: crassissimo vero hypogæa. Temperatissimus autem

* insecta.
* transpirationem. Plin. 2. lib. 7 Gal. De fœtus form. 9. & 6. us. Part. 9. Ar. 4. De Part. 13 dubitant.

* omnia similibus gaudeat.

tem aër, optime æthereos cordis spiritus instaurat; impurus vero eos inquinat. Quare respirationis causæ finales à DEO institutæ hæ sunt, temperatio, refectio, & purgatio caloris, qui in sinistro sinu habitat cordis: & utriusque spiritus instauratio vitalis & animalis.

Causæ respirationis, & differentiæ.

Constat respiratio duobus ex contrariis motibus, exspiratione & inspiratione. quos intercurrat quies quædam necesse est.

Hujus functionis, nimirum respirationis, in universum sunt usus tres, totidemque instrumenta, & causa efficiens simplex una. Usus tres, nimirum, caloris temperatio, spirituum nutritio, & fuliginis exclusio. Instrumenta triplicia, movent tia, deducentia, & excipientia. ut larynx & aspera arteria, quæ deducunt aërem pulmones, qui excipiunt: & thorax movendo. Causa efficiens una est, voluntas hæc est simplex, attamen distincta: nam est tum ab electione, tum ab instinctu. qui in vigilantibus, movet musculos ab electione; in dormientibus, ab instinctu: it dormientibus voluntas perit, quæ ab elé ctione; instinctu tamen respiramus: C tanta tunc adest necessitas respirandi, qu vim nervorum excitet.

Iam hinc differentias ducamus. In ha

anim

animæ functione primo habenda est ratio materiæ, quæ introducitur & expellitur. dein motus, & quietis. tertio partis quæ movetur. ex his differentiæ respirationum ducuntur. A materia, ut calida, frigidaque respiratio. A motu; nam vel est respiratio celeris, media, vel alterius motus. A quiete; frequens, rara, mediocris. A parte; ut thoracis à dilatatione, & contractione, dicitur magna vel parva respiratio.

Ergo illa demum respiratio moderata habebitur, quæ in peculiari cujusq; temperie, prout intensior vel remissior ejus erit usus, mediocritatem ostendit motus, quietis, expansionis, & materiæ ipsius spirabilis: & in qua sani homines nullo modo à se mutari videntur: in qua nihil nimis; quæque omni defectu caret. Hæc Canon est cæterarum omnium quæ à symmetria deficiunt. ut autem unica est symmetria, ita successionum genus multiplex, tum in excessu, tum in inopia. At sane tot esse necesse est, quot sunt ex quibus respirationis contexitur œconomia: in quibus gemina erit. à symmetria defectio; una, plus æquo; altera, minus. Velocitas nim & tarditas motus, à symmetro defectionem ostendit: raritas & frequentia, quietis: magnitudo & parvitas, inspirationis

Symmetria respirationis, ad quã omnis alia respiratio examinanda.

tionis & expirationis: copia & paucitas, materia inſpirabilis & expirabilis, cum frigore aut calore.

Omitto lubente à prædictis rebus accuratas diviſiones, quas alii ſatis prolixe: ego quæ uſum maximum habent proſequor lubenter: ac ad elephantos collineo; pulicum pedes relinquo in tam vaſta arte; in qua etiam cuncta magna noviſſe uſuique commoda multum eſt. recte Æſchylus, * ὁ χρήσιμ' εἰδὼς, ἐχ ὁ πολλ' εἰδὼς, σοφός. *Quæ omnia ſummus medicinæ præceptor paucis expreſſit; cujus ſententiam paraphraſtice aperuiſſe hic ſufficeret. Ait,* Πνεύματα σμικρὰ, μεγάλα· πυκνὰ ἀραιά· εἴσω σμικρὰ, ἔξω μεγάλα· εἴσω μεγάλα, ἔξω σμικρά· τὸ μὴ ἐκτεῖνον, τὸ ἔκτεῖνον. διπλᾶ εἴσω ἀναπάκλησις, οἷον ὑπερικόσεα θερμὸν, ψυχρόν. *Quod eſt:* Spirationes parvæ, magnæ: frequentes, raræ: intro parvæ, foras magnæ: intro magnæ: foras parvæ: producta: offenſans: bis intro revocata: calida, frigida. *Præclare vero harum vim interpretatur in Progn aph.* 17. *ubi in hanc ſententiam ſcribit*, Reſpiratio crebra ſi fuerit, dolorem ſignificat. *hoc explicans in Coacis ait*, Reſpiratio frequens & parva, inflammationem, & dolorem oppreſſionemq; denunciat partium ſpirabilium

ab in

* qui utilia novit, non qui multa novit, ſapiēs. 6. Epid. 2. 10. Hippocratica.

Frequens & parva.

ab inflammato nimirum thorace pulmonum, vel diaphragmatis. in his usus adest: ideoque cum magnitudo adesse non possit, ea compensatur frequentia. ita asthma significatur à parva frequentique respiratione: talis etiam in gravidatis, hydropicis, saturis nimium, ventricosis, orthopnœicis à crassa materia, obstructis pulmonibus, pleuriticis, empyis. Si huic frequentiori ac citatiori superveneri * ραρότερον πνεῦμα, *cum primo ab æstu fervido incandesceret cor, hujus vacationem ostendet, nunc rarior facta cum libertate instrumentorum, laryngis, pulmonum, atque thoracis. Frequentior itaque spiratio denunciat imparem necessitati commoditatem: cum calori amplitudo spirationis respondere nequit, ejus necessitas frequentia compensatur. Parva autem spiratio fit ab inchoata explicatione & collectione thoracis, indigna respirandi usui. est enim parvitas, defectio respirationis à symmetria quantitatis: quemadmodum frequentia, in brevitate quietis, aut etiam fere nulla.* Frequens *ergo* respiratio, *ait Hippocrates,* dolorem significat, aut æstum sive incendium in partibus diaphragmate superioribus, *hoc est cordis vel pulmonum, si magna & frequens fuerit spiratio: nam*

* rarior spiratio.

Parva & frequens.

1. Prog. 15

sola magna spiratio hic non satisfacit.

Magna & rara.

Quæ vero magna est respiratio; (*expanso nimirum thorace in longum, altum & latum:*) quæque it longis intervallis, *hoc est rara; qua scilicet opponitur frequenti & parvæ;* delirium significat. Ex *cujus magnitudine significatio fit integrorum organorum respirationi dicatorum, moventium, deducentium, & excipientium. moventium quidem, quia thorax non est contumax: deducentium, quia aspera arteria & larynx sunt ab infarctu libera: excipientium, quia pulmones non sunt obsessi. Sed quia raro spirant in per necessario respirationis usu (si febris adsit ardens) ex ea negligentia depravatam esse actionem mentis, qua ab instinctu & electione voluntas dirigitur, significatio adfertur. Voluntas tunc ergo in vitio est, & sui immemor. ut in Philisco, Sileno, Dromeada uxore. Longis ex intervallis magna respiratio (per febres acutas) proprium est delirii. Non tamen si quis delirat, necessario magnum & rarum spirat: nam proprium, attamen separabile, deliriis hoc esse dicimus: ut in Pythone, & in uxore* 1. Epid. 3. *Dealcis, qua brevispira, & tardispira interdum erat. quam βεχοτιῶν vocat: & in Anaxione. Delirantes raritatem spirandi addunt magnitudini; quod eorum*

de-

depravata voluntas, usus necessarii rationem non habeat, cum integra sint respirationi dicata organa. altum enim spirat, partium spirabilium obedientia; rarum, dementia. Delirantis voluntas non ante memor fit functionis, quam acrior sensio excitata fuerit in phantasia, urgente necessitate. Simpliciter autem magnam respirationem edit partium spirabilium obedientia. Magna & frequens, est cordis incendio conflagrantis. Magna.

Frigidus autem spiritus, *inquit Hippocrates*, qui è naribus & ore efflatur, valde est funestus. *nam extincto nativo calido in corde, mortem in propinquo esse significat in febribus acutis: nam in longarum paroxysmis nihil monstri gerit. Hæc spiratio est parva & rara: nam magna & frequens est calida, cum fiat à calore, in instrumentis respirationis concepto & aucto. Quare rara parva illa, jamjam morituram ægrum significat. ita scribit Pindarus Pollucem deprehendisse Castora, à Lynceo & Ida vulneratum ac jam moribundum:* ἄσθμαν ὀφείοντ' ἀναπνοὰς κίχε. *quod est*, sed anhelatione rigentes respirationes habentem invenit. *Ita magna & rara spiratio per febres acutas, in parvam & raram degenerat, naturæ defraudatione. quod uxori Deal* Frigida quæ, & parva raraque. Nem. ode 80.

cis venit, quæ βεχχύτιος interiit. & Pythion secundo die fuit βεχχύτιος: paulo post edidit πνεῦμα μινυθῶδες, respirationem minutulam, quæ brevi interitu finem habuit. Frigidum spiritum sentimus ab ore prodeuntem: & est parvus, nam usus abest; & rarus est, ob fuliginis inopiam, & effœtam vim animalem.

Calida. *Calamitosum est etiam Hippocratis* πνεῦμα πυρετῶδες, ἢ λυγνῶδες, *hoc est*, spiritus æstuosus & fumidus per febres acutas. *fundit enim retorridum excrementum talis efflatio, unde metus suffocationis à prægrandi æstu pulmonum, & fuliginum copia quam peperit cordis impuritas. minus tamen funestus hic est spiritus, quam frigidus.*

De inæquali in una respiratione. Magna vero foras spiratio, *ait Hippocrates*, intro parva, pessima est, *& mortis propinquæ, in acutis febribus. hæc fit ex copia fuliginis quæ excludi debet, unde imminet suffocationis metus.* Et contra, *inquit*, foras parva, intro magna, pessima etiam mortique vicina. *Flagrante corde ab incredibili incendio, unde necessitas spirandi. non tamen hic tam præcipiti lapsu ab alto culmine ruit vita, ac ubi quis parvum, rarum, ac frigidum spirat.*

Lethale scribit Hippocrates habendum

πνεῦμα

πνεῦμα ἐκπνοον, καὶ καταπεῖγον, *hoc est*, ſpirationem productam tardamque, & properatam offenſantemque; *quæ ſcilicet cernitur in lenta inſpiratione, & cita expiratione: reſolutis muſculis inſpirabilibus ab effœta vi animali, unde non ſatis fit neceſſitati. Sed unde cita expiratio? ex contentione muſculorum expirabilium, auxiliantibus intercoſtalibus, metu ſuffocationis à re moleſta, quam excludere nituntur.*

Inter lethalia πνεύματα *recenſet Hippocrates* ἀμαυρὸν, *hoc eſt*, obſcuram ſpirationem: *quæ ab exolutis ſpiritibus vitalibus, extinctioneque caloris nativi. Ad hanc funeſtam calamitatem etiam viam invenit* καὶ διπλῆ εἴσω ἀναάκλησις, ὅτι ἐπιπνοίη: *quod eſt*, duplex intro revocatio, qualis cernitur in iis qui ſuperinſpirant. *hoc fit ubi inter ſpirandum ſpiritus interrumpitur, iterataque ſpiratio apparet, ut cernere eſt in pueris, qui plorando reſpirationem interrumpunt & duplicant. convulſionis argumenta gerit talis reſpiratio. nominatur hæc difficilis reſpiratio* πνεῦμα προσκόπτον.

Duplex revocatio ſpirationis.

Et tandem pulcherrimam Hippocrates deciſionem addit, ubi εὔπνοια (*nam primum* δύσπνοια *explicaverat*) *interpretatur. ut redintegratio à medico fiat eorum,* 4. Aph. 68. 1. Prog. 17.

quæ à natura excidere. Εὔτοιαν δὲ χρὴ νομίζειν κάρτα μεγάλων δύναμιν ἔχειν εἰς σωτηρίην ἐν ἅπασι τοῖσι ὀξέσι νοσήμασιν, ὅσα ξὺν πυρετησίῃσιν ἐστι καὶ ἐν πεπερακόσι τε ἡμέρῃσι κρίνεται). *hoc est:* At vero ſpirandi facilitatem, (*quæ voto cordis reſpondet in uſu reſpirandi per febres acutas. Si nimirum reſpiratio magna ſit & libera in dilatatione: mediocris in motu, quiete, & materia quæ expiratur. etenim ſpirandi facilitas eſt, cum ducitur ſpiritus ex facili, in qua omnia mediocria ſunt, in thoracis dilatatione & contractione: motus celeritate & tarditate: quietis frequentia & raritate: in materiæ calore & frigiditate. hæc ſignificationem adferunt ſpirabilia inſtrumenta eſſe integra, & voluntatem*) *hanc, inquit, ſpirandi facilitatem,* ſcire licet præclare facere ad ſalutem: (*ut cauſa, & ut ſignum: nam ſpirandi libertate calor cordis ventilatur, temperatur, & nutritur. ut ſignum; ſignificat enim, inſtrumenta ſingula, œconomiæ reſpiratoriæ dicata, integra eſſe: nec dolorem adeſſe in thorace: tum calorem frigusq; abeſſe, nec in partibus, à quibus in contagionem trahitur thorax, ut in jecore, liene, ventriculo, diaphragmate, vitium hærere.*) & *hoc, inquit Hippocrates*, in omnibus acutis morbis, tum iis qui cum febribus ſunt:

(*ut*

ut in peripneumonia, phrenitide, iisque qui intra dies quatuordecim judicantur, sive febres fuerint essentiales, sive symptomatica) tum, *ait*, in iis qui intra dies quadraginta judicantur. *ut quæ febres ἐκ μεταπτώσεως, hoc est, ex degeneratione, retinent acutarum nomen: quod nomen amiserunt, cum integram non subierint crisin. Itaque respiratio, spiritus œconomiam bene aut male moratam esse testatur in usu, voluntate, & actionibus partium spirabilium. Memores sitis respirationem ex lege naturæ mutari, ætate, temperie, & tempore.*

I. HEURNII
INSTITUTIONUM MEDICINÆ
LIBER XI.
DE PROGNΩSI.

CAPUT I.

De utilitate Prognoſeos. ordo in his tenendus. Signum quid: & eorum differentiæ triplices, maximeque de: Phænomenis triplicibus: & de vi primæ ſpeciei eorum, quæ De ſignis coctionis & cruditatis.

SENSIM *ad medicam exercitationem ducit nos filum hoc quod trahimus artis. Hactenus rerum naturalium, non naturalium, & quæ præter naturam hiſtoriam enarravimus: ſupereſt, ut ad uſum quo modo hæc flecti debeant doceamus, tum ad præſagiendum, tum ad ſanandum. Primo de præſenſione, dein de modo, quo, ad agrorum ſolatium, hæc in theatrum proferat medi-*

medicum. Fruſtra profecto ad ſanandum cura ſuſcipitur, ſi neſcias qui morbi ſint redintegrabiles, quive calamitoſi. &, ſi curabiles, quibus temporibus tentari remediis oporteat, quibusque rurſus inducia concedenda: nam in his tota tecmarſis habitat medica. hoc dicent Criſes & ſigna. Ab omni ſæculorum ævo maximam laudem hæc medicinæ pars habuit, ut quæ τὸ καιρὸν *medendi obſervare docuit, in quo ſane tota medicinæ vis fulget. Hunc ſi neſcias, ex curabilibus, fere incurabiles facies morbos: ſi noveris, inſanabiles jamjam futuros facillime ſæpeque ſanabis. ita eſt,* Data tempore proſunt, Et data non apto tempore vina nocent. *Docuit Hippocrates, inter cuncta cerealia cibaria, optimam eſſe ptiſanam in morbis acutis: demonſtrat tamen ille medicinæ dictator,* * *non* τὸν καιρὸν *datam, venenum eſſe, & mortis conſequutionem adferre. Ea hujus medicinæ partis eſt divinitas, isque ſplendor, ut ſummo honore medicum, qui eam callet, afficiat. Profecto ſi quid eſt ſcripti, quod nobilem illam famam ſummo præceptori peperit, hæc illa fuit. hanc cum obnixe veteres ſapientiæ celebres viri, tum divino quodam eventu Hippocrates excoluit: ut recte de eo dicas, quod de Chalcante Homerus,* * ὃς ἤιδη τά τ' ἐόντα, τά τ' ἐσσό-

Vtilitas.

1. Acu. 28.

* importune.

Iliad. 1. * quod eſt qui ſciebat & præſentia, & futura, & præterita.

ἐσόμενα, πρόσθ' ἐόντα. *vel id, quod de Proteo*
4. Georg. *Virgilius*, Novit namque omnia vates,
Quæ sint, quæ fuerint, quæ mox ventura trahentur. *Cur veteres tanto studio hæc? dixi. cætera exigis? hæc cum morborũ causarumq; morbificarum vim, tum corporum robur & languorẽ nobis aperiunt: & quantum hæc triumphentur vel triũphent ostendunt: unde intelligimus num adsit spes salutis, & num confertim aut lente solvendus sit morbus, qua via, die, hora: & quando jure locoque nutricatui vel pharmaciæ studendum. Propterea Cel-*
2. lib. in principio. *sus scripsit, se velle Hippocratem imitari, cujus curationem licet recentiores mutaverint.* Tamen, *inquit*, hæc ipsum optime præsagisse fatentur. *Ita profecto est: nunquam mutandorum & inveniendorum remediorum finis erit: polydædala natura, hominumque ingenia in his ludunt: At instrumentorum varietas artificem non facit: nec si mihi selectissima aurifabrorum organa forent, aurifaber essem: sea dexter eorum usus artificem probaret. Recte olim Herophilus, remedia nihil esse, & manum dei esse. nam nullus morbus est idem omnibus, nec ullum remedii genus eandem vim habet in singulis. Totam encheiresin præsentiendi in scriptis suis reliquit Hippocrates. sed quis legit hæc? cessere*

sere magistri, Phillyrides Chiron, Amythaoniusq; Melampus. *Nos hoc undecimo libro, nitemur viam aperire ad uberrimum illum præsagiendi magistrum.* 4. Georg.

Vt rem exordiamur; præsentiendi prædicendique scientiam, (maxime in morbis acutis, periculique plenis,) ex signis pepasmi & cruditatis, & ex specie ac tempore futuræ crisis, eorumque eventuum vi quæ in corporis mutato colore, charactere & mole enitescunt explorata uberrime discemus. hæc monstrabunt signa. Præterea ad crisium tempus præsentiendum, maxime necessaria est summi vigoris in quoque morbo futuri præsagitio. primo de signis pepasmi & cruditatis: dein de morbi temporibus, maximeque de vigore agam, ut ille futurus noscatur: ni enim ille compertus fuerit, crisis tempus præcognoscere non poterimus. dein de crisis tempore & specie & quæ eo spectant: & de signis salutis & mortis. Ita, summo DEO *Optimo Maximo annuente, in his transigam, ut planissimam viam ad uberrima illa Hippocratis Prognostica aperiam.* Ordo in his tenendis.

In acutis periculique subiti plenis morbis quidnam eventurum sit, ex signis Tecmeriis, hoc est syllogisticis (quibus positis, ac sensibus expositis, necessario quædam his consectaria intelliguntur) præsentimus. Signa: & quid sit signum.

Signorum differentiæ.

signis triplicibus omnis præsensio aperitur. quædam sunt Pathognomonica, alia Epigenomena, tertio sunt Epiphænomena.

Pathognomonica.

Pathognomonica speciem differentiamque & magnitudinem morbi denotant. nam hæc necessario sunt morborum consectaria, & omni solique ejusmodi morbo, & semper. ut lateris punctorius dolor, difficilis respiratio tussis, & acuta febris pleuritidi perpetuo adsunt.

Epigenomena, morem etiam morbi, ut & epiphænomena, denunciant. hæc non perpetuo consociant se morbis: ut deliriū in pleuritide. ἐπιγένεσις, *hoc est propagatio, hanc indolem, habet ut utroque malo & utriusque foco superstite, propagatio fiat unius mali ad alterum, quod est* ἐπιγινέσθαι. *ut si melancholia in epilepsiam abeat: melancholia superstes remanet, humoremq; melancholicum gignet epilepsiæ. Epigenesis auget malus ægrum. de his ita Hippocrates,* Τῶν νοσημάτων ὁ, τι ἂν ἕτερον ἐφ' ἑτέρῳ γένηται, ἀς τὰ πολλὰ ἀποκτείνει. *quod est,* Quorum morborum alter supervenit alteri, maximam ille partem interimit. *Namcū infirmo jam corpore, maleficentia morbi præsentis, alter morbus incidit, prius ab imbecillitate moritur, quam morbus nove adveniens, cursum suum confecerit. nam nulla epigenesis deducit causam morbifici,*

ἐπιγένεσις quid.

Lib. περὶ παθῶν.

bifici, sed majorem subesse denotat: unde nec levationem primigenii morbi à quo enascitur, adfert, nec incidit nisi in magnas affectiones, & metu exterret sinistri judicii, & per sympathiam semper evenit. Quare notent studiosi epigenesin differre à metaptosi. metaptosis enim fit, cum humor relicto priore foco in aliam partem devehitur; suscitaturque geminis modis, aut per diadochen, aut per metastasin. diadoche fit bonis agri rebus; cum morbifica materia, à nobili parte in ignobilem, superne deorsum, intus foras, & procul à morbi foco excluditur. metastasis ex adverso evenit, non sine periculo. Metaptosis.

Tertio loco erant signa Epiphænomena, cum quibus nobis hic maxime negocium est. hæc maxime morem morbi loquuntur. illa prognosis quæ ducitur ἐκ τῆς ὑποστροφῆς nunquam fere fallit. Apparent hæc triplici idea ac facultate, ad coctionem vel cruditatem, salutem aut mortem, & ad tempus aut speciem futuræ crisis. Ad coctionem cruditatemve quæ elucent, denunciant brevitatem ac prolixitatem morbi: unde etiam salutem vel mortem, & tempus crisis. Hippocrates horum efficaciam explicat in urinis, dejectionibus & expectorato: in venosis, alvinis, ac thoracicis morbis conspicua. Hæc signa quocumque Epiphænomena. Coctionis & cruditatis.

que morbi tempore se in conspectum dederint, certam significationem præbent: coctio, ad salutem ac morbi evictionem: cruditas, mala semper, acrisian, diuturnitatem morbi, ejusve recidivam, aut mortẽ præsagit. nam de bonis nunquam auguria mala sunt: neque de malis, bona. Fugax tamen coctio mala, ex collapsa virtute coquendi, vel de succi morbifici succrescentis perennitate. & particularis coctio frustra suscipitur in cruditate universalium excrementorum. ita scripsit Hippocrates in parotidibus urinas, modo pepasmi participes, modo expertes, pestiferas esse. cruditatis vero quando firma mutatio est in pepasmum, bene res eunt. Exemplo sit apud Hippocratem secundo Prognostico urina, dejectio, expectoratum. de urina ex ejus sententia egi libro nono: quare jam paucis ejus sententiam aperiamus de dejectionibus, & expectoratis. Dejectio, *inquit*, saluberrima est (*nam est indicium bene morata beneque constituta naturalis œconomia in coquendo, distribuendo, & excernendo; & vacuitatis phlegmones vicinarum ventri partium.*) mollis (*nam indurata fit ex hepatis venarumque majorum ardore. nisi tamen ex ciborum qualitate hæc eveniant.*) & figurata. (*ut non sit adeo mollis ut fluctuet; sed ut suo termino*

Exemplũ coctionis & cruditatis.

Aph. 12.

mino definiatur.) quæ eodem tempore, quo sano olim fertur. (*nam æquale ab eadem alteratum facultate, æqualia copia, similia qualitate excrementa gignit, pari tempore colligit, eodemq; temporis tractu excernit. unde intelligimus trium facultatum alvinarum robur restibile in coquendo, retinendo, & expellendo.*) Copia vero, si iis quæ ingesta sunt analogia respondet: *si enim accisa fuerit copia, jecoris nimiam prolectationem, aut distributionis vehementiam significabit: si uberior fuerit dejectio, distributionis intercepta significatio adferetur.* Quodsi, *ait,* Aph. 12. liquida fuerit dejectio, consentaneum est ipsam neque stridere (*nam id flatus arguit calorisque languorem, vel acerrimum indomitumque succum*) neq; etiam crebro & paucum secedere: *id enim extimulatæ facultatis retentricis vel ferocioris succi symbolum: & nihil paucũ est criticum, nec quod frequentem erethismum procreat. Quare, ex contraria ratione, Si liquida sit dejectio sine stridore, sitq; multa & rara, sine graveolentia; talis apparebit ad salutem in morbis ventris. proprium enim ejus est signum. Quare* Signorum dignitas. *signa recte suis causis accommodentur: ut si capitis in affectibus eadem deprehendas quæ in alvinis, non ita salutaria erunt: nisi*

nisi enim signa propria se una consociaverint salutaria, nihil de salute inde sperare poteris. plurus enim faciendum est unum signum proprium malum, quam decem communia bona. Aph. 11. Sin vero, *inquit Hippocrates*, sæpe & multum alvus feratur, in deliquii animi periculo erit. *nam plurimum & repente vacuare, periculi plenũ. Rara igitur & accumulata dejectio, laudabilis erit: nam est critica.* Aph. 14. Cæterum, *ait*, alvi excrementum debet crassius fieri, (*si scilicet ab initio eliquata fuerit alvus. alioqui, ubi illa dura fuerit, per crises recte illa interdum effunditur, indurante exurenteque causa jam evicta, exclusaq; in alvum materia morbifica. crassescat ergo fax pepsi: at materia morbifica pepasmo. hæc tamen ita crassescant, ut sit mollis ac constans dejectio, qualis est optima*) morbo, *ait*, ad crisin eunte. *aqualiculi nimirum progressu dum pergit ad salutarem crisin. hoc celeritatem & securitatem crisis præsagit. nam quicquid coquendo maturescit, ex aëreo fit aqueum, & ex aqueo terreum.* Sed illud excrementum subruffum quidem sit (*hoc enim ad crisin præclare apparet quod copia & qualitate bilis moderate tinctum est: non autem à prærubra bile, quod evenit in resoluto hepate, officiique immemore in sanguine ge-*

neran-

verando: aut à bile multa, hepate incendio conflagrante. vel si non tingatur suo colore fax, hepar ab infarctu laborare argumentum erit.) neq; graveolens multum: *nac hoc à putredine esset. sed cum non valde fœtet, significat in ea coctione quæ fex fabricata fuit, calorem nativum evincere.* At vero, *inquit*, dejectionibus præliquidis, (*quæ scilicet nec progresso morbo crassescunt: quod signũ est summæ atque indomitæ cruditatis.*) albidis aut pallidis, (*intercepta chyli distributione, ab obstructione alvinarum venarum, vel phlegmonoso ab hepate. alba vocat, referentia ideam sumpti cibi, catachrestice: quam pro colore assumpti cibi nigram esse licet; ut si quis leporinam pulpam assumpserit. vel cum bilis tinctura est expers dejectio, obstricta vesicula bilis, unde icterus. vel alio translata bile, ut in caput, fit phrenitis: significat enim trajici sanguinem à bile.*) aut prærubris, (*resoluto hepate, ut in dysenteria hepatica: aut bilis sinceris copia,*) vel spumantibus alvum ferri, (*à calore liquante corpus, aut à flatu contumaci qui materiã agitat,*) hæc omnia, *inquit*, sunt calamitosa. Sed illud affirmat calamitosius esse multo, paucum (*significat enim colliquationem. nam copiosum à ciborum copia esse poterit: vel si à va-*

Apho. 18.

Hæc ad dysenteriã spectant. Aph. 17.

à valida sit colliquatione, fœtore discernentur.) & lentum, (*ab æstu, si à cibo lentescat, erit copiosa dejectio*) & album, (*quod fit cum nuper nata liquescit pinguedo: minoris colliquationis index.*) & subflavum, (*ex firmiore vetustioreq; adipe: ex majori concepta febre: majoris colliquationis index.*) & æquale excerni: *ut enim in rebus naturalibus optimum signum est æqualitas, quia bonitatem materiæ, & naturæ vim significat, quod nulla materiæ pars fugerit naturæ alterationem: sic contra, eadem in rebus nõ naturalibus, est signum pessimum: quia significat causæ contra naturam agentis, in omnem partem materiæ morbosæ æqualem actionem, & quod toti materiæ se æqualiter insinuarit.* Sed
Aph. 18. his etiam magis funesta fuerint nigra, (*nam atra bilis nulla parte excerni potest, bonis ægri rebus. omnis enim humor sincerus est malus, uredine absumpto ejus mitissero.*) aut pinguia, (*à febre liquante corpus. si non sit à cibo, ut in Thaso evenit Pario. sed hæc fœtorem habent junctum.*) aut livida, (*extincto calido nativo,*) aut
Aph. 19. æruginosa, aut graveolentia. At, *inquit*, dejectiones variæ, (*hoc est diversarum partium symptomaticæ; & variæ mutationis, quæ fit à febrili calore*) majorem quam illæ diuturnitatis spem adferunt,

(*quam*

(*quam excrementum illud ſimplex nigrũ, quod jamjam futuram mortem denotat. nam ubi polydædala varietas adeſt, veriſimile eſt non prius extinctum iri calorem, quam ad praviſſimum excrementum erit deventum : praviſſimum autem eſt nigrum.*) ſed tamen non minus ſunt funeſtæ. Sunt autem hujuſmodi ſtrigmentoſæ: (*hoc eſt abradentes,*) bilioſæ, *nimirum meracæ*, porraceæ & nigræ : *à calore urente. Plura vellem ex Hippocrate, ſed lex Inſtitutionum me ſiſtit : quare ad alterum exemplum propoſitum pergo.*

Expectoratum, *inquit Hippocrates*, in omnibus morbis qui in thoracem & pulmones inciderunt, (*ut in pleuritide & peripneumonia:*) cito, (*hoc eſt intra primum morbi quaternarium, hoc eſt primis tribus diebus : nam tunc non ultra ſeptimum prorogabitur.*) & expedite expectorari debet: *hoc eſt ſine ulla tuſſis vi, & ullo dolore aut ulla difficultate ſpirandi. ex quo notatur vis muſculorum intercoſtalium, ideoq; integra facultatis animalis : ac dein libertas venoſæ arteriæ ac bronchiorum pulmonis: tum etiam naturæ in coquendo vis, & bonitatis materiæ. itaque inde fit ſignificatio, quod facultas, inſtrumentumque dolore vacans, & humor ſint optime ad excluſionem parata.*

Exemplũ ſecundum in coctione & cruditate. 2. Prog. Aph. 38.

Ne

Ne longum faciam, & ne institutam brevitatem violem (quod tamen si liceret, vellem hic in Hippocratico campo;) hæc est summi præceptoris de expectoratis sententia. Optimum est expectoratum album cum flavedine, læve, æquale, nec tenuius nec crassius: tale autem est quod τὰχέως καὶ εὐπεπτότατα expectoratur. At subflava, subpallida, spumosa, & tenuia solam cruditatem denunciant, & non gravius malum designant. at absolute crudum est quod nullo modo expuitur. hæc summa. DEO annuente alias, ad Hippocratem latius enarrabimus.

Coctionis & cruditatis signa, semper stabilem firmamque significandi potentiam habent, quocumque tempore morbi efflorverint; & notant num in melius vel deterius se flectet morbus: & inde etiam scimus tempus futuræ crisis: nam late per totam præsentiendi artem pepasmi signa se fundunt.

CAPUT

CAPUT II.

De secunda Epiphænomenon specie, quæ De signis salutis & mortis. & quæ ad melius, vel deterius. Quæ illa signa sint ex quibus hæc futura præsentiamus; & quæ illa signa sint quæ hæc jam adesse denotent.

SECUNDAM *speciem Epiphænomenon signorum pertinere diximus ad illa signa quæ maxime salutem vel mortem denunciant: nam ex illis, triumphata natura vel morbi testimonium adfertur. Hæc etiam spectatur in urina, alvi dejectionibus, expectoratis, euphoria & dysphoria, in somno & vigiliis: nam (ut diximus, ubi de coctionu signis) cruditas & pravitas horum, interdum calamitatem denotant. Sane ad hoc caput pertinent omnia quæ de crisibus scribuntur; & multa quæ sequentibus capitibus de tempore & specie crisis huc referri debent. nã omnia signa quæ ex actionibus læsis duruntur, qualitate mutata, & excrementorum substantia, qualitate, quantitate, empore, excernendiq; modo, & de coctione & cruditate, huc spectant. etiam peculiariter ad hæc pertinent ea quæ ab essentia*

cor-

corporis ducuntur, in ejus temperamenti
habitu, & quæ hæc sequuntur, ut calo
sequitur temperamentum corporis; cha
racter & moles sequuntur corporis habi
tum, utrisque consectaria sunt excremen
tum, & actio facultatis triplicis, animali
vitalis, naturalis. Satis nobis erit in exe
emplum accersere, quod ad habitum cor
poris pertinet, faciem illam cadaverosam
ab Hippocrate celebratam: & aliud quod
actionem animalem spectat, decubitum
ægri. In hus modum videbitis non infœli
cem, spero, quomodo Hippocrates enarran
& intelligi debeat: fugatis diverticulis e
sophismatis. Hac notione, *inquit Hippo*
crates, præsentiendi ratio in acutis mor
bis duci debet, (*hoc est, in illis morbis qui*
celeriter, continenter, & summa sympto
matum vi moventur: sive fuerint febres
essentiales, quæ considerantur in vitio hu
moris, ut causi: sive morbi cum febre, in
parte cujus officio vita carere nequit.) u
notes primum ægri faciem (*nam jure a*
ea incipiendum, hoc est, à maximis & fa
cillimis, quæque medicis primo accessu oc
currunt. nam proponit faciem, hoc est ag
frontem, nares, oculos, tempora, & os,) a
similis sit bene valentium: (*in colore*
charactere, mole, & excrementis. Nã dia
gnostica medicinæ pars hæc, à similibus e
diff

1. Prog. 3. Exemplũ signorum calamitosorum, in cadaverosa facie. Acuti qui morbi.

dissimilibus initium ducit: nam cuncta præsentiendi ars posita est in distinctione similium & dissimilium corporum, causarum, & signorum. ita hic dicit, quo ager valentibus similior fuerit, eo rectius illi erit: quo longius hinc abierit, eo peius.) ac potissimum, *ait*, sui ipsius: (*ita tamen ut reflui humoris nulla excusatio adferri possit, à cuusa quæ est à foris; ut ignis, caloris, ictus vel lapsus in faciem, vel perturbationis criticæ, cum jamjam in procinctu est crisis.*) ita enim optima erit. (*nam principum facultatum corpus gubernantium, quarum potissimum robur in facie & oculis explendescit, vim vegetam ostendit,*) quæ vero simili est contraria, periculi plena est, (*cum mutata sit charactere, colore, mole: modo dictarum jam rerum, nulla sit excusatio justa.*) Hujusmodi sane hæc fuerit. Nares acutæ, (*hoc est, gracilis nasus in extremis, & quasi compressus: quod fit, cum proxime cutis tangat cartilagines, exhaustis iis quæ interponi solebant; humido nimirum, parteque carnosa absumpta. nã hæ carneæ nasi partes facile exhauriuntur vi æstuantis febris. unde etiam significatio fit, sanguine nutritio fraudari partes, oppresso calore nativo à calido præter naturam.*) oculi concavi. (*exhausto vitæ prædio à vi febrili,*

Cadaverosæ faciei enarratio, quæ in proverbiũ traducta, Hippocratica appellatur.

brili, dissipatoque humido nativo, & ali-
menti inopia, unde musculi oculorum ta-
bescunt, ac membranæ oculorum colla-
buntur: unde oculi minores redditi, totam
sibi dicatam sedem non implent. & cum
oculi circumfluant spiritibus animalibus
ob videndi munus; illis etiam vi febrili
exhaustis, oculi tenuantur. quoque oculi
fuerint humidiores, eo facilius gracile-
scunt & cavi apparent. loquitur hic de
cavitate quæ intra tres dies evenit.) tem-
pora collapsa. (*gracilescentibus ab æstu*
febrili quatuor temporum musculis, ita
ut cutis, os temporum feriat. Sed cur po-
tius hæc pars extenuatur? quia sola hæc
inter partes capitis, vere musculos habet.
auriculæ frigidæ, (*non fugaci frigore, sed*
fixo consectario ardori febrili, ita ut non
unquam recalescant: quod periodici frigo-
ris insigne esset. hæ sunt frigoris capacissi-
mæ, utpote corpus cartilagineum, pauco
sanguine rigatum, nulla carne vestitum
facileq; ab exhausto laborant vitalis prin-
cipii, unde frigent, nec incalescunt nectari
vivifici affluxu, quo præter cætera frau-
dantur: & emortuæ pallescunt.) & con-
tractæ auriculæ, auriumq; lobi inversi
(*quasi convulsæ versus nervum illum*
unde sentiendi vim accipiunt: nam subsi-
dium cartilagineũ non habent, propterea

ver-

vertuntur.) quin cutis circa frontem dura, tum circumtenta & arida. (*quæ cutis musculosa, vel verius musculus cutaceus; & caro tenuis, in acuta febre, facile tabescit. hæc durities est signum perfectæ extenuationis; exhausto humido primigenio partium solidarum: & non tantum dissectis spiritibus: cum ad ultima ventū est maciei. Ante ariditatem illam primo laxatur cutis in rugas: nam causa madefaciens primo tendit, dein in mollitiem laxat eam, cum spiritus & quid humidi exhauritur: sin diutius id fiat, solidæ liquantur partes, unde tensio. Est itaque duplex exhaustum: unum inchoatum, ut cum corium igni admovetur, primum laxatur; alterum est perfectum, ut cum tandem corium siccitate contrahitur. pallor cutis, utriusque est signum; sed addita tensio, perfectam indicat extenuationem: hæc incurabilis, fractis solidis partibus, pepasmi auctoribus.*) colorque totius faciei pallidus. (*succi nutricatui dicati inopia: & corruptione.*) aut est niger, & lividus, aut plumbeus. (*extincto calido innato: cujus extinctio in corde, & mors est. sed extinctio in parte una, ad extinctionem futuram totius apparet: maxime si illa pars pallori opportuna non sit; ut hæ sunt partes naturæ cutaneæ, palpebræ, aures, nares, labia. &*

inter illas palpebræ certissimum signum
præbent; nam difficillime livorem ducunt,
largo spiritu circumfluæ.) Itaque præclare
investigatur unde eveniat hæc faciei mu-
tatio, & quorsum appareat in colore, cha-
ractere, & mole: hæc enim primum venit
sub aspectum medici. Hæc quo propius ab
sunt à peculiari cujusque natura, eo mel
lius res ægri eunt: quo longius, eo peius
nam acuti morbi, citam adferunt morti
cinam natura: cum liquuntur vi febri
solidæ partes. quæ significatio maxime elu
cet in facie, quæ ita emacruit, ut ad ulti
ma ventum esse testetur. Emacruit autem
exhaustu humidi primigenii, unaq; frau
data nectare vivifico cordis, hoc est spiri
tu, sanguine, & calore vitali, labefacta
toque corde. Vnde cum illud non æque san
guinem hauriat, nec aërem excipiat qu
ducimus, nec cæteris ea affundat partibu
liberali ut solet manu; hæc tunc morticin
elucet in facie, quæ loquitur quid inte
agatur. Ita quæ Hippocrates ibi proponi
salutis & mortis signa ruminari deben
Et prudens medicinæ ille præceptor, mo
distinctionem subnectit: nam ut causæ
gnorum varia fuerint, ita eorum varr
1. Prog. 4. *sunt vires.* Si itaq;, *inquit*, ineunte mo
bo talis facies fuerit, (*hoc est, spacio di*
rum trium primorum: quod definitur pr
ni

mo quaternario,) nec adhuc potis sis ex aliis signis artificiose & scienter conjecturam facere, (*quæ peti solent ex partiũ aliarum mutata essentia, actionibus, & excrementis hæc etiam erunt perlustranda, an faciei mutatæ subscribant exhausto: ut malus decubitus, capitis dolor, sitis, & talia. si non adsint, roga quæ hic jubet. nam si alia prava signa eluceant, non opus erit interrogatione: sed ex illis facile intelligemus, malignitatem morbi causam fuisse mutatæ formæ.*) interrogare oportet num vigilarit homo, (*agendi nimirum aliquid causa, aut mœrore; non autem à cerebri intemperie, & anathymiaseos pravitate, inducta somni vacuitate: sed si non firmiter fixa sit causa, nec ea perennis à febre maligna, unde solidæ partes liquuntur, sed si sint fugaces.*) an alvus profuse fluxerit, (*non quidem per καταρρυσιν ab exclusione, cum tædet alvum sui officii, ut in pleuritide inveterata, quæ perseverat effusio: sed effusa aliquantisper alvo per fugacem diarrhœam. non à liquefaciente febre illato fluxu: sed si ipse per se extiterit.*) an inedia & fame laborarit. (*unde genius defraudatur, syrrhoë cordis non restauratur: unde pallet labiturque facies: nam qualis terra arboribus, talis alvus hominibus, ait Hippo-*

Lib. De humoribus.

crates.) Quod si eorum quippiam fatea-
tur, minus periculi subesse putandum
erit. (*id est, si in confesso fuerit evacuatio*
aliqua non firmiter fixa: ut vigiliæ, in-
edia, alvi profluvium, hæmorrhagia, su-
dor: inde solidæ partes non liquuntur. hic
non æque periculose ægrotant: quod hæc
causa extenuationis ablata, restitui nu-
tricatu possit: vel inde non tam cita &
certa mors venit. cum alioqui periculo
non vacet: nam adest inchoata extenua-
tio, dissipatis spiritibus & humoribus, non
tamen solidis.) Iudicantur autem & co-
gnoscuntur hujusmodi in die & nocte;
(*hoc est, 24. horarum spacio.* κρίνεσθαι, *inquit,*
hoc est probatur ac cognoscitur: nam tunc
consistit, nec ultra procedit: sed è diverso
initium habet redintegrationis, siquidem
ex fugacibus illis dimanavit, nam tunc
vino & pane 24. horis recreabitur: sin
hoc nõ fiat, etiam si illæ causæ præcesserint,
à morbi malitia erit, & deterior evadet
facies.) si ob has causas facies talis fuerit
[*nam si ita cadaverosa evaserit, dissipatis*
spiritibus & humoribus: non tamen à par-
tium solidarum exhaustu: nec si fluxio
liquefaciente febre oborta fuerit, sed ipsa
per se extiterit: *erit tunc facies laxa*
non intenta: ab inchoata extenuatione.
Sin nihil horum præcessisse dicat, nequa-
defi

definito hoc tempore facies restituta fuerit, (*hoc est spatio vigintiquatuor horarum, si non redintegretur in pristinum colorem, characterem, & molem*) sciendum mortem in propinquo esse, (*quod fractis viribus, morbus vires acquirat eundo; eo quod hæc ineunte morbo apparent.*) Quodsi etiam vetere plusquam triduo aut quatriduo morbo (*periodo jam prima exacta: tunc non solum pervestigandum de vigiliis & cæteris iam dictis: sed & alia signa erunt perpendenda, quæ, jam antiquiore morbo, se in conspectum dabunt. de quibus postea egit.*) hujusmodi facies fuerit, (*qualem depinxi: cadaverosa, pallida, collapsa; à se mutata in colore, charactere & mole, ut noti vix eam noscant.*) de iis quærendum de quibus ante est præceptum. *licet enim lethalis hæc sit facies, non tamen necessario est funesta. nam à variis causis nasci potest: à morbi malignitate ejusve diuturnitate, vel à causa extenuante occulta aut manifesta, ut inedia, alvi fluxu. Si ergo illa facies aliunde induit hanc ideam quam ex malignitate & vehementia morbi, non necessario erit funesta.* Quin & alia signa, Aph. 5.
inquit, necessario considerare oportet, tum in universa facie, tum in universo corpore, tum in ipsis oculis. *Enumerat*

ille alias notas ab his, quæ solent intra triduum eluceſcere. ſed contrahendo vela: & ad ſecundum exemplum eo.

Exemplũ ſignorum calamitoſorum in decubitu. 1. Prog. Aph. 1.

Decumbentem, *inquit Hippocrates*, quin etiam ægrotum oportet deprehendi à medico (*cum nimirum minime hoc expectat æger, ne de induſtria ſe componat, & vires colligat.*) jacentem in dextrum aut ſiniſtrũ latus, (*id enim denotat infractam naturæ vim, quæ muſculorum robur tutatur: nam firmat animalis vis corpus in tali figura: cadaver nunquam eo modo locaveris; quin ſupinum aut pronum pondere ſuo trahetur: nam minus firma eſt lateralis figura, quã plana, qualis pectoris atque dorſi;*) manibus, collo, & cruribus parum reductis; (*hæc enim artium figura eſt naturalis, omniſque infirmitatis expers: nam laſſis & infirmis laxantur brachia & crura. ſed hæc figura naturalis, eſt omnis doloris expers, facillima, atq; amabilis.*) ac corpore univerſo molliter decumbente: (*nec ſoluto, nec contracto corpore.*) ſic enim maxima pars bene valentium corpus componit. Atque in bonis ducendi ſunt illi decubitus, qui

Aph. 2. bene valentium ſimiles ſunt. At vero ſupinum jacere, manibus, collo, & cruribus valde projectis, minus bonum. (*flectit ſe jam ad pejorum deſcriptionem. ſupinum*

pinus quasi medius est. nam si assuevit ita cubare, nec medicum revereatur, bonus erit decubitus: non enim ex resoluta vi animali proficiscitur, nec ex delirio.) Quodsi etiam declivus fiat æger, (*tantũ interest inter naturalem habitum decumbendi, & hunc jacendi, quantum inter avem glande trajectam, quæ ruit, & eam quæ prapetibus pennis è sublimi præceps in terram devolat.*) & delabatur è lecto ad pedes, (*naturalis decubitus est in alterutrum molliter latus, modiceque sunt illi artus reflexi. Sed miserrima est ista jacendi conditio ejus, qui supinus jacet membris collapsis, sine potentia se convertendi, quique subinde ad pedes labitur. fit hoc, exutis musculis sustinendi corporis officio, ob resolutam facultatem animalem, & spiritibus exhaustis. ita cadavera labuntur, si acclivia ponantur, cum à facultate non erigantur: nam qui supini cubant, erecto corpore, quodam id facultatis robore præstant.*) pernicioſius illud est. *exhaustis spiritibus animalibus: unde musculi redduntur officii immemores: inde ægri ad pedes labuntur, musculi non stabiliti. id in procinctu mortem esse significat.* Quod- Aph. 11.
si etiam denudatis pedibus deprehendatur, (*quo frigidam captet auram. dicit, si deprehendatur: tegunt enim interdum*

Aph. 10.

pedes præsente medico, quos alioqui revolutis stragulis foras exponunt. cuncta quæ fiunt contra naturam ægri, calamitosa sunt: si non fuerint à perturbatione critica. nam hæc etiam urinam albam, deliriumque ipsum, dum itur ad crisin morbii acuti, excusant. itaque si in acuta febre, in prudenti ægro, nudi deprehendantur pedes, extra humoris ad crisin commotionem, grave intus conceptum malum testatur.) nec admodum calidis: (*quo valide frigidam captare non opus sit. quod denotat visceribus conceptam inflammationem, aut intus conceptam putredinem; cujus à synthroismo perpetuo & motu, continua excitatur febris mali moris & periculi plena: ut in quibus extimis non admodum calentibus, interiora ipsis utuntur. Alioqui ubi gravi ardore occupantur membra, nihil monstri erit, pro æstu febrili frigora captari, ut fit in febre acuta bene morata, ubi toto corpore funditur calor. secus in lipyria, & causo, in quibus ardent viscera cum artubus algidu.*) manibusque collo ac cruribus negligenter projectis & nudis: malum id est; (*est indecora artuũ huc illuc projectio. ita nulla adest jacendi actio: nã animalis vis languet, non gravitate τῆ φερομένε, hoc est portati corporis: sed infirmitate ac fere ἀδυναμία*

μία τῆ φέροντος, *hoc est impotentia facultatis portantis. sed tædet eum omnis figuræ & loci, cum falsi caloris in artubus tædio.*) inquietudinem enim significat. *nimirũ nauseabundam, à ventriculi morsu bilioso: vel nauseæ experte, quæ est deterior: utpote quæ sit à virium oppressione, quæ pondus membrorum sustinere nequeunt: vel à præcordiorum incendio. est enim duplex alysmus,* ναυτιώδης, & ἀνέμετος. *uterque jactat & nudat artus. quamvis virtus oppressa, jactandi maxime sit causa: nudandi autem, causus & lipyria.* Funestum Aph. 12.
etiam est hiante ore dormire perpetuo: (*inde enim intelligimus viscera incendio conflagrare: & exhausta facultate animali, musculos contrahere solita masticatorios: unde resolutio musculorum qui à capite descendũt.*) & crura, ægro in dorsum jacente, plurimum cõtracta esse; (*est delirii plenus hic jacendi modus: nam conatum & vim habet: quod in languentibus, & in dorsum ob infirmitatem jacentibus absurde fit;*) multumque complicata. (*indecora est hæc artuum implexio vel contractio: delirii vel convulsionis signum. si à delirio illud eveniat, in propinquo mors est: sin ante delirium, diutius æger vivet.*) Quodsi in ventrem jaceat, cui dũ bene valeret insolens sit ita dor-

mire, delirium quoddam id præ se fert, *est enim actionis depravatæ aut deperditæ in jacendo;*) aut dolorem partium alvinarum. *excluſa nimirum bilioſa materia in ventrem, unde tormina, quæ mitescunt aliquantulum, dum cohibetur aliquo modo irruentis humoris invaſio: quod fit ab eo decubitu. ſin à flatu fuerit, is eo modo diſcutitur: ſi à crudo frigidoque humore, is ab eo ſitu coquitur & caleſcit.* Iam vero crebro reſidere velle ægrum, (*tadio decubitus, cum jacere non poſſit: ſed in ſpinam ſe erigat, ut in lecto ſedere videatur,*)
Aph. 13. cum jam ad vigorem ſuum venit morbus, (*non cum jam peculiari paroxyſmo fatigatur: vel cum jam primum morbus invadit.*) calamitoſum ſane id eſt in cunctis acutis morbis. (*ob ſummam ſpirandi difficultatem: & in acutis morbis tamen perneceſſarius eſt reſpirationis uſus. in his denotat delirium, jactationē, vel, ut dixi, ſpirandi difficultatem. delirium ſi adſit, cerebri afflictionē denunciat. jactatio vero indicat febris immanem vim, aut nauſeabundam anxietatem ſtomachi. reſpirandi difficultas, tantum viſceribus incendium conceptum eſſe, ut cogat ægrum crebro reſidere velle, eo tempore quo maxime otio indulgere deberet.*) ſed id longe peſſimum eſt pulmonibus morbo obſeſſis.

uti

ut in peripneumonia cum orthopnœa consociata, id funestum, oppresso thorace & pulmone. Hoc modo examinentur reliqua apud Hippocratem in Prognosticis.

VIRES cum morbo.

Sed ut recte noscas futuram calamitatem aut victoriam latam, committere debebus signorum causarumq; potentias cum ægri viribus. quare morbi natura, & corpus quod morbo obsessum est perspecta sint. Qui morbi natura vi, aut artis auxilio evinci possunt, hos feliciter historiam suã absolvere posse spes est: sin minus, in angusto spes erit. nam tunc salus vitæ in promptu est, simulatque natura vegeta potentia triumphare potest de morbo: sicut mors in propinquo, triumphata natura. Sed eam de morbo triumphaturam indicio sunt, cũ iis explendescit commodis quæ pugnant cum morbo, vitamq; ipsam tuentur ac sustinent: nam hinc veniunt pepasmi & crises. Sed unde nam hæc certa spes, aut mox futura calamitas nobis elucebit? ex indiciis certis. unde illa petam? ex morbi essentia, causis, effectis, analogia: de quibus mox sequenti capite. Si hæc immunia fuerint, maligna, assidua, his ad morbi decursum vires non pares, & concors horum conspiratio ad mortem, & motuũ ductus, ordinis, vel seriei expers, ad interitum apparebunt. Elucent vires ex facul-

VSUS.

tatibus, excrementis, & qualitatibus mutatis. excrementa sunt urina, alvi dejectio, sputum, quod è naribus labitur, vomitu excretum, sudor. in his cruditas & coctio. Vasorum morbos indicabit urina: thoracis, expectoratum: ventriculi, intestinorum, hepatis, lienis, alvi dejectio & vomitus. Quare res ægrorum serie quadã recte examinentur, ita calamitosa & salutaria signa deprehendemus. primo exploretur vis morbi: dein pars affecta ob oculos sit: de his mox dicemus. ultimo vires metiemur. Si itaque omnia conspirant in salutem vel perniciẽ ægri, certa erunt præsagia. Si vitali facultati bene sit, at animales cottidie fatiscant, naturales vero continuo in melius commigrent; tunc accurate perpendendum, ad quas functiones maxime hæc læsio spectet. nam in qua facultatum parte morbus hæsit, ab hac potissimum judicium pendet. Vitalis tamen facultas præcipuum locum obtinet: nec desperandum dum illa suo robore fruitur. nec temere sperandũ ubi illa pessundatur. Perpende igitur num actio sit abolita, diminuta, vel depravata. Num prius ægrotarint quã nunc, explora: & quantum à genio suo degenerarit corpus, perscrutandum, una cũ humore. an die critico ephodus natura adsit. in juvene semper restibilis

lis ſpes: in ſene nuſquã. Hippocrates multa ſigna prodidit ducta ab ægro, viribus, morbis, & partibus: maxime in nobiliſſimis tribus Prognoſticωn libris. Hoc ratum, Axiomata. Nulla criſis ad ſalutem fit, ubi ad calamitoſam vim morbi accedit ſumma virium infirmitas: propterea calamitoſa ὀπωπώδεα hic tunc efflorescunt. Multi ſunt quidem terrifici morbi ſpecie & magnitudine: ſed nulli adimunt ſpem ſalutis, nulli certo mortiferi atq; funeſti, in quibus non appareant ſigna ſuperatæ naturæ, quæ veteres τὰ ὑπερφυόμενα θανατώδεα appellarunt. cernuntur hæc in qualitate & habitu corporis, actionibus, & excrementis. Vt in prægrandi pleuritide ſpes in anguſto eſt, non tamen certa deſperatio: ita nihil ſpei reliquum, quando in ſtertore aut nulla eſt, aut certe exigua perque difficilis, & prava expectoratio, cum urina prærubra, & pulſu effœto. Virium vis ſemper explorata ſit: hæc innoteſcet ex univerſi habitu partiumque ſingulari natura, in colore, charactere, mole; actionibus vitalibus, animalibus, naturalibus; & ex iis quæ excernuntur in ſubſtantia, qualitate, quantitate, tempore, & excernendi modo: & nũ in vitio ſit natura ejus communis, propria inſitaque & adventitia, quæ in temperamento, habitu, humorum dominatu, conſuetu-

Num ad melius vel deterius.

ſuetudine, & diæta. Ex iiſdem notis percipiemus quo evaſurus ſit morbus, & ex morbi ſpecie, magnitudine, more, motu, parte obſeſſa humorum dominatu, cæteriſque de quibus ſequenti capite. Præcipua quædam ex dictis notis, exempli cauſa attingam. adducamus excrementa. In his notæ elucent ſalutares vel mortiferæ: & utraque laxo ambitu. nam ut mala ſigna ſunt vel mitia, mediocria, vel peſſima; ita alia bona, mediocria, vel optima. Maxime à pepaſmi capacitate, vel ab ea alienatione horum judicium captandum. Secundo ut hæc cito effulgeant optandũ; id enim citæ coctionis, & ſalutis ſignum. Tertio, ut conſtantia quadam perſeverent, nec crebro evarient. Quarto, ut tempore & loco excernantur; hoc eſt pepaſmo, & ut δι φοείᾳ conſectaneam habeant: & ſi die critico apparere cœperint. omniaque ſigna à coctione, & in vigore apparere debent. nam judicatoria non judicantia, ad mortem, vel ad deterius apparent. Quinto, ut excretio fiat κ᾽ λόγον morbi: nam alii morbi aliis placantur excretis. Ita cætera epiphænomena conſulemus, cum morem & motum morbi monſtrent. Itaq; ut exitum morbi deprehendas, intuearis morbi ſpeciem. ut, maraſmus factus, incurabilis eſt. ita ſcirrhus & apoplexia magna. periculi

pleni

pleni morbi acuti: at quartana periculi expers. Dein morem morbi nota ex epiphanomenis signis, quæ elucent in actionibus, qualitate corporis, & excrementis. nam horum magnitudo, periculi magnitudinem nunciabit. His committe ægri vires: quæ, si validæ fuerint, etiam periculosas notas eludere possunt. Quin ad cruditatem & pepasmum collinea, num propria causa eluceat coctio morbifica: reliqua tamen non contemne: conspiratio omnium, certum judicium enunciat. Quare ad hoc signorum genus, quod de morte vel salute, de meliori vel pejori statu futuro pronunciat, accersit in sui subsidium (tanquam inter hæc medium) alia duorum illi confinium epiphanomenωn signorum auxilia, quæ nimirum testantur de cruditate & coctione, quæque de specie & tempore crisis; de quibus mox agemus. si enim valde prava hæc emicantia signa esse comprobent, ad interitum apparere ea intelliges: sin ex adverso, in salutem. Crisis lethalis fuit in Philisco, Sileno, Erasino, Critone, uxore Dromeadæ, Philistâ in Thaso, in illa angiosa quæ apud Bitonem. Ad deterius fuit in Hermocrate, & in filia Euryanactis, in adolescente qui in Mendacii foro, in Philini uxore.

CA-

CAPUT III.

De tertia Epiphænomenon ſpecie, quæ de ſignis quæ Speciem vel Tempus criſis futuræ denunciant. & quæ illa ſigna ſint quæ hæc jam adeſſe denotent: & quo ſit evaſura. & adhuc multa de ſignis ſalutis & mortis.

TERTIA *Epiphænomenon ſignorum ſpecies dicitur critica vel judicatoria. hæc apparent ad ſpeciem vel tempus criſis futuræ. Eſt autem criſis certamen naturæ & morbi, unde repentina fit mutatio ad ſalutem vel ad mortem, ad melius vel deterius. Horum quædam ſunt ſigna tantum; quædam cauſæ & ſigna.*

Criſis quid.

Signa tantum.

Signa tantum, colli & capitis dolor, temporum gravitas, hallucinationes, lachrymæ involuntariæ, vertigo tenebroſa, facies & oculi rubentes, ſplendores ob oculos oborti, vigiliæ, æſtus ingens aut rigor, jactatio, auriium ſonitus, nox moleſta, labri inferioris tremor, delirium, exclamatio, anhelitus difficilis, ſomnus gravis, hypochondriorum tenſio, nauſea, ſitis, dolor ſtomachi. Cauſa & ſigna, vomitus, ſudores, urinæ copia, alvi profluvium, menſtruus fluxus, hæmorrhagia, paroti-

Cauſæ & ſigna.

des.

des. Hæc ubi ad subitam mutationem apparent, signa κρίσιμα, hoc est judicatoria dicuntur: alioqui, quatenus morborum consectanea sunt, symptomata appellantur. Hæc nullam stabilem vim significandi præ se ferunt: quod aliis temporibus aliisque in morbis illa significent. nam fauste eluceſcunt à pepasmo & in morbi vigore; alioqui calamitose.

Ad ſpeciē criſis.

Talia ergo epiphænomena signa, quæ apparent ad speciem vel ad tempus futuræ crisis, quonam vergeant, ex quibusdam præambulonibus notis intelligemus. Hæ ducuntur ex morbo, & ægri viribus. Ex morbo: ejus nimirum essentia, causis, effectis & analogia. Ex morbi essentia: quæ spectatur in morbi specie, magnitudine, more bono vel malo: motu celeri, vehementi, constanti, æquali: parte obsessa, ut ejus dignitate, robore; & qualitate, ut colore, mollitie, duritie: humorumque dominatu. hæc velut ad essentiam morbi spectant Ex morbi causis, ut forma, materia, subjecto. nam totum vel pars involvitur, & eis vel penitus causa morbifica impressa est, vel non & vel robusto corpori ea insedit causa. & vel bene vel male habitum fuit subjectum: ut si neglecta fuerit curatio, vel prava præcesserit: & si jam hoc non recreant parva remedia. efficiente etiam

Ex morbi eſſentia.

Ex cauſis.

ex.

ex causa, hoc est quod gignit, auget, conservat: & ex instrumento, & ex fine: causaq; sine qua non, & cum qua. Præterea,

Ex effectis. uti dixi, ex effectis morbi, causæque morbificæ, & symptomatum. Symptomatum, nimirum in qualitatibus, ut colore: in actionibus, & excrementis. In actionibus naturalibus, vitalibus, & animalibus. In animalibus actionibus, ut in imaginatione, sermone, taciturnitate, somnis, vigiliis, respiratione, singultu, tussi, sternutatione, rigore, frigoribus, paroxysmis. In excrementis, ut quæ peccant substantia, copia, qualitate, tempore, excernendi modo. Inter hæc sunt urinæ, dejectiones, vomitus, sudores, expectorata, lachrymæ, sanguis, ructus, flatus. Præterea ex analogia cum aliis. Ita ex morbo. Dein ex vi-

Et viribus. ribus ægri intelligimus quo se flectat eventus. has noscemus ex natura ægri, adscititia, & peculiari: quæ in temperamento, habitu, diæta, consuetudine, & humorum dominatu Hæc series est eorum unde fere omnis historia crisis (ut mox ostendemus) quoque illa se sit effusura elucescit. quare horum vim perpendamus aliquantulum exactius: moxque usum horum ad crisis cujusque ideam, & tempus, omnemque flexum deprehendendum subdamus.

Dixi-

Diximus Epiphænomena signa hæc quæ tempus & speciem crisis monstrant, duci ab essentia morbi, quæ spectatur in morbi specie: de hac jam ago. SPECIEM *morbi pathognomonica ei peculiaria signa aperient: ut motus sensusque abolitio apoplexiam indicant. at talis plerumque est insanabilis. causus est talis speciei febris quæ plerumque intra dies quatuordecim judicatur, & per sudorem, vel hæmorrhagiam. ita ex specie agnita percipimus futurum eventum. ea agnoscitur ex actionibus læsis, qualitate mutata, excrementis fusis aut suppressis, idea paroxysmorum, natura ægri, & ex causis.*

I. Ab essentia morbi, & primo ex specie.

Specie morbi pervestigata, ejus proprietates, ut magnitudinem, perpendemus. hanc deprehendemus ex pathognomonicorum quantitate & vehementia. Morbus est magnus sua natura, vel relatus ad vires titubantes. sua natura, ut inflammatio: aut causa atrocitate, ut veneno & orgasmo, si effera fuerit: aut symptomatum vehementia, ut juvenes à parotidibus facilius intereunt quam senes, ob doloris immanitatem. Itaque quod sua vi magnus sit, ostendet symptomatum hujus morbi speciei peculiarium magnitudo: ut, magna erit apoplexia, in qua nulla amplius elucet sensus & motus vivacitas. Sed evenit,

II. Magnitudo.

ut

Ad vires relata magnis.

ut non grande onus leves premat vires: ita etiam tenuis morbus titubantes vires fatigat. undenam virium res eluceant, mox, ubi de corpore morbo implicito, dicemus. cum magnum esse constat, sciemus eum crisi habiturum brevi finem.

VII. Mos morbi.

His compertis, ad morbi MOREM *nos vertemus, ut deprehendamus num sit morbus boni vel mali moris. is sane benigna facie furtimque nonnunquam insidiatur vitæ, tegens aliquantisper suam ferociam: ut rabidi canis morsus, bubo pestifer & luifer venereus intus evanescens. sed mox epiphænomena signa hunc æstum aperiunt: nam illa, ut crises futuras, ita & morbi morem notant, boni moris morbi bonas crises edunt.*

VV. Motus morbi,

Dein MOTUM *morbi observabimus: qui symptomatis se prodit, & tempore partium paroxysmi: crision tempus maxime motus denunciant morbi. quo motus velocior, eo promptior crisis. sunt enim morbi quidam motu veloces, ut acuti & peracuti morbi, qui celeriter, continuo, & vehementer moventur. alii sunt tardi motu, ut qui diuturni. ita sunt quidam constantes, alii inconstantes, æquales aut inæquales motu. Metam motus definit summus morbi vigor. eum significat morbi species: ut illæ morborum species: quæ à bile enatæ*

fuere,

fuere, facile in vigorem se erigunt: cunctantius quæ à melancholia. & acutus morbus raro se extẽdit ad tres paroxysmos in vigore constitutus æquales. at in longis morbis status in plurimos se pandit paroxysmos. & quo fuerit motus vehementior, eo promptius ad crisin se eriget. paroxysmorum vicissitudines etiam hoc monstrabunt. ut si efferant se validius, prolixius. tædiosiusq; fatigant, velocis motus argumenta erunt. Sin diu paroxysmi eodem ferantur filo, tardi motus symbolum erunt: cunctantiorque crisis apparebit. idem de cujusque paroxysmi parte dictum puta. Si morbus periodorum expers sit, ejus auctio motum illustrem reddet; auctio ex signis pathognomonicis & epiphænomenis conspicua evadet. Æquali aut inæquali motu feruntur morbi, cum nonnunquam suum impetum remittant. Constanter, qui non temere, sed jure se in aliam ideam transferunt, seriatim facto suorum temporum decursu, & non subsultim, ita ut modo insurgant, modo temere remittãt se: quod symptomatum mutatio denunciabit. Constantes motus, etiam constanter nunciant tempus futuræ crisis, & specie eam fore bonam. Ergo in motu notabimus num celeriter, æqualiter ac ordine quodam, & non constanter ferantur morbi. ut si ex generi

dicatis

dicatis signis animadversum fuerit febrem hominem fatigare; & si dein ex peculiaribus notis significetur esse speciem tertianæ exquisitæ. hæc cum animose insiliat, celeriter movetur, collatione habita ad alias suæ speciei febres. quare cito solvetur, nec septimum superabit paroxysmum. at quia non continuo movetur, nam integrum diem interponit, à periculo aberit. & si bene morata fuerit, æquali quodam tractu & sensim in statum surgit: & non inconstantia quadam sua confundit ac pervertit tempora cursus.

V. Pars obsessa.

His perspectis, qualis sit pars morbo obsessa indagabimus, num sit princeps ea quæ valido occupatur malo: nam si ejus pervertatur inde munus, in pejus expectanda erit mutatio. contra, in exquisita tertiana, ubi nunquam princeps pars ulla vitium agnoscit, cum ejus causa in minoribus stabuletur venis, valida natura via eam domabilē esse significabitur. gravius periculum causus adferet, nam cordis sedem suo foco inquinat. ita etiam hæ indicant salutem & mortem. præterea crisis tempus; nam quo nobilior obsessa fuerit pars, eo erethismum promptiorem sentiet natura ad crisin. quin via à parte ad exclusionem comparata, speciem futuræ crisis ostendunt.

Postea

Postea humoris dominatum pervestigabimus, & num adsit succi inopia, aut corrupti copia: num duriore antea victu, multis de causis infirmior evaserit. & hic cautio adsit ut infirmitatis causas spectemus, num eveniat morbi magnitudine, vel succi nutricii inopia. Ita à causis morbificis intelligemus num ægri natura illis par esse possit. ut si à validissimis causis febris enata fuerit; si ab effera bile, quæ malo victu increvit, ac putruit in bilioso corpore, alvo officii immemore, hepate æstuoso, corpore obstructo: inde pericula intelligemus: & ut fuerit succi morbifici calor & tenuitas, ita citius vel serius excernetur; & etiam, num sursum vel deorsum efferetur, denunciabit. Ita magna ex parte à morbi essentia. Humoris dominatus, causæque morbificæ.

Causarum vero ambitu complectimur formam, materiam, subjectum; efficiens quod gignit, auget, conservat, juvat, vel ledit; instrumentum; finem, & causam cum qua, & sine qua. Vt si forma humoris morbifici, unde enascitur tertiana febris, malignior fuerit; non adeo facili nec felici pede in crisin abit. hoc summus medicinæ præceptor volebat 1. *Prognosticωn, ubi inquit,* καὶ ἐκμαθάνειν χρὴ εἴ τι θεῖον ἐνέστιν ἐν τοῖσι νούσοισι, *hoc est*, tum & si quid divinum insit in morbis (*ob materiam scilicet* Forma.

indo-

indomitam & pepasmi expertem, propriaque substantiæ corruptione vitiosam: cujusmodi materia esse solet morborum pestilentium, venenatorum & contagiosorum) illius, *inquit, divini* quoque providentiam consectari oportet. *Duo enim sunt quæ facile mortis consecutionem in morbis adferunt:* τὸ ὄξυ, καὶ τὸ θεῖον: *hoc est, magnitudo & malignitas: de hac egit tertio Aphorismorum; de illa, in Prognosi. Nam hoc divinum non ita accipiendum, ut sit aliquid veteribus abditum. nam Hippocrates negat quicquam esse divinius in epilepsia quam in aliis morbus: at omnia divina esse. Sed politico loquendi more utens, eos morbos qui ex aëris extraordinaria constitutione soboleſcunt, malignos appellat. Ita, ex ejus sententia, febris tertiana longe est difficilior, quæ ab hujusmodi temporum mutatione concitatur, quam ea quæ vitio diætæ ab obstructione enata fuit.*

τὸ θεῖον.

Materia. *Materiæ etiam idea perlustranda. Ita pituita lenta ægre amovetur: at materia tertianæ quia bilis tenuis, facile erethismo naturam lacessit; quæ surgens eam abigit ex facili, si maligna non sit.*

Subiectũ. *Subjectum etiam corpus inter causas posuimus; ut si rarioris id texturæ fuerit, per id morbifica materia facilius exhauritur*

ritur, & ad sudores promptius erit.

Efficiens tertianam causa si cibus, & non aëris constitutio, fuerit, lenius ea defungetur: nec subjecta pars in qua stabulatur est princeps: nec parti penitus incubuit, ut inde phlegmonem conceperit: & in corpore si sit valido rarăque textură. Efficiens.

Si consociant se aliæ etiam causæ, ut aër si faveat, evincetur facilius, & celerius judicabitur: & si eo evocet quo natura & humor repunt, ea specie crisis adveniet: ita si latus sit animus. Et causæ notentur cum quibus hic sit morbus: ut si huic tertianæ adsit cutis raritas, ductus ad exclusionem parati faciles, eo crision inclinatio fiet. His junge causas juvantes, medicum, clinicas, & quæ à foris sunt: & vires ægri: & si juvant admota remediæ ad illas vias, aut si studere videantur illi tempori quo crisis expectatur. Memor sis rerum naturalium & non naturalium. Aliæ causæ.

Præterea ex effectis percipiemus crisin, speciem & tempus, & num ab ægro morbus ejusque causa domari possit. Effecta morborum sunt symptomata. Ex effectis

Vltimo ex analogia aut similitudine cum aliis, quæ sit vis morbi ejusq; causa, & quo evasurus sit & quando abiturus, intelligemus. ut si eodem tempore publice grassentur contumaces tertianæ: vel si in Ex analogia.

ægri familia plurimi eodem morbo talii
cum crisi extincti fuerint.

Vt has igitur opes contraham, imo ut
quam latissime pandam, omnis prognosis
inibitur recte ex morbi explorata essentia,
in ejus specie, magnitudine, more, motu;
in celeritate, vehementia, continuitate,
constantia, æqualitate & ordine; parte
affecta, humoris dominatu; dein ex causis
morbificis in forma, materia, subiecto, effi-
ciente, hoc est, quod gignit, auget, conser-
vat, iuvat, ladit, instrumento, fine, causa
sine qua, & cum qua; præterea effectis, quæ
sensibus notantur externis: & analogia
cum aliis. Hæc iam committantur viribus
ægri. quarum ratio inibitur ex universi
habitus partiumque singulari natura in
colore, charactere, mole: actionibus anima-
libus, vitalibus, naturalibus: excremen-
torum substantia, qualitate, copia, tempo-
re, excernendi modo: & num in vitio sit
natura ægri communis, propria, adventi-
tia; quæ in temperamento, habitu, humo-
rum dominatu, consuetudine, dicta. Vim
cuiusque signi epiphænomeni omnium sa-
pientissime aperuit Hippocrates tribus
Prognosticon libris: quocumque illa mode
appareant, ad salutem vel ad mortem, ac
melius vel deterius. eoque id facit, quo re
fle à nobis cum morborum causarum qu
morbi

Et viribus.

Hippocratea optimus prædicendi magister.

morbificarum viribus (quæ ex his notis se in apertum dant) conferantur vires afflicti corporis: ut ita intelligamus num de salute ægri conclamatum sit, aut num redintegrari possit: & qua specie quoque tempore illam expectemus. Præterea morborum causarumque translationes quid denotent aperit: quæ ex quibus, & in quas successiones: & quæ in abscessum vel crisin subitam se sint effusura.

In hoc rerum prædictarum examine perpetuo collineabitis ad vim efficiendi, & opportunitatem excipiendi: hinc enim speciem tempusque crisis, eiusque eventum internoscetis. nam inde rerum cunctarum, quæ terra marique gignuntur causæ principiaq; ducuntur. Illico has leges æternaque fœdera Deus rebus cunctis imposuit procreandis. Ita ille medicinæ præceptor nihil unquam de morborum natura & exitu statuit, nisi κατὰ τὸ ποιητικὸν, καὶ τὸ δεκτικὸν, id est ex cognitione & perspicientia efficientis causæ & excipientis hæc ubique est eius διάνοια, ubicumque agit de cognoscendo, prædicendo, & medendo. Ita prodidit minus periculose ægrotare eos quorum natura congener est morbus. Sed cautio ubique adsit de similibus. Hæ namque sæpe bonis imponunt medicis Vt cum signa quædam morborum contumacium confe-

Adverten-da.

2. aph. 24.

Cautiones in similibus.

ctanea sunt; ea tunc discriminari debent
quæ huius morbi speciei consectanea sunt,
ab his quæ pravitatem morbi denotant::
nam nonnunquam affectus tantum signa
sunt. Vide itaque quid speciem, & quid
morem morbi indicet. hæc postea apparent:
illa, una cum morbo. Et num illa pravi-
tas, ægro huic non sit prava, sed ex more
sunt qui supini cubant, & cætera. Sed quæ
longe à peculiari cuiusque natura degene-
rant, calamitosa sunt; ut à miti homine
ferox responsio. Semper fidite quam maxi-
me coctionibus morbi propriis. sed quæ cri-
tica sunt signa, vide ne in his iudicium
tuum fallant. His iunge naturam ægri, &
ea quæ à foris sunt: ut sunt ætas, temperies
totius, & partium principum, & habitus
corporis, ut diximus, num densus, rarus:
nam hæc ostendent quibus morbis qui fa-
cile occupentur, & à quibus causis facile
incurrantur & patiantur; & quis humo-
rum dominatus in his sit, & quando &
qualem exitum inventuri sint. hæc enim
& morbi magnitudinem, motum, & cri-
sis ideam etiam enunciant. Distinguite
etiam accurate pravi moris signa à criti-
cis signis, quæ cum causis criticis elucere
solent: ut lachrymæ num manent ex reso-
lutis oculorum canthis, fatiscente iam na-
tura; vel num à sanguine qui cursum in
capu

caput flectit, ut per nares erumpat, obnatæ fuerint: hoc enim salutiferum; illud, lethale. Ita infirmitate corporis terreri non debemus, nisi terrifica fuerit infirmitatis causa. Terrifica illa, quam facit vitalis principii consumptio, nectarique vivifici perennis exhaustio. terrifica etiam quæ fit sine ulla vacuatione tum aspectabili, tum sensibus incomperta. Nam facultatum effœtæ vires surgunt ex hepatis, cordis, & cerebri exsolutione: & his recreatis, facultates vegetæ in officio suo manent. Tremor in forti baiulo ab onere gravi, nihil terrifici habet: quia causa non est terrifica. secus de fanaticorum tremore iudicandum: qui ab exhaustu & cerebri alienatione incidit, mortemque præsentem denotat. Hæc discriminantur ex pepasmo: quæ enim ante eum apparent, morbi germina sunt, & naturæ triumphatæ indicia. Sed ut recte tempus futuræ crisis cognoscamus, primum futurus morbi vigor deprehensus esse debet.

CAPUT IV.

Quo modo morborum universalia tempora futura deprehendantur, eo fine ut tempus futuræ crisis inde innoteſcat: & exercitatio, qua recte id diſcamus: & quid quoque tempore apparentia ſigna indicent; præſentiaque, quæ jam tempora morborum indicent.

MORBI *tempora recte perſpecta eſſe debent; & maxime eorum ſummus quando vigor futurus ſit, cognoſcendum. Horum percepta notitia, ad dietam commode inſtituendam, remediorum ſubſidia tempeſtive decernenda, & fidam ad prænotionem ſumme neceſſaria eſt. Morbus dum in toto curſu ſuo ad metam vergit, quatuor ſpacia vel tempora decurrit, principium, incrementum, vigorem, & declinationem. Principium eſt prima morbi invaſio, ubi cruditatis adhuc ſunt plena omnia. Incrementum,* (* ἀνάβασις Græcis,) *eſt ubi manifeſta coctionis ſigna conſpiciuntur; paroxyſmi maturius, vehementius, & diutius invadunt. In vigore perfecti pepaſmi notæ elucent, & tunc ſymptomatum vis plenis fertur velis. hoc eſt*

* aſcenſus.

ἀκμὴ.

illud

illud tempus ad quod inter cætera longe & præcipue collineandum est: nam id docet filum quo trahi tota victus ratio debeat; & tunc in procinctu crisis est. Ineunte enim acuto morbo victu tenui utendum: in augmento, tenuiore: in vigore, tenuissimo; ne natura tunc cum crisi operã dat, retrahatur à pepasmo & exclusione materiæ morbificæ ad pepsin, hoc est ad ciborum mitigationem. Ergo exploratus esse debet vigor morbi futurus: nam quo brevior fuerit morbus, eo tenuiore victu transigendum. Declinatio morbi est ultimum tempus, cum jam status vehementia deferbuit. Salutares cuncti morbi, quorum difficultas in materiæ mitigatione hæret, universalia hæc morbi tempora decurrũt: funesti vix statũ attingunt; vel in eo opprimunt naturã. Ita integra ætas cujusq; morbi circumscribitur & designatur. τα ἐξ-κμή.

Sed, ne erretis, sunt etiam particularia tempora cujusque paroxysmi: exempli causa, tertiana intermittens suam periodum facit tertio quoque die; tunc enim paroxysmum præbet: adeo ut paroxysmus nihil aliud sit, quam deterius periodi tempus. Omnis autem crisis fit in paroxysmo; sive paribus, sive imparibus diebus moveantur morbi. Ille paroxysmus quatuor habet peculiaria tempora: principium, in- Paroxysmus quid.

crementum, vigorem, & declinationem.
Principium tunc adest, cum frigore extre-
ma occupantur. incrementum, ubi inca-
lescit, sed nondum valide. vigor, ubi tot
corpore funditur calor. declinatio; ubi ca-
lor torpescit.

Tempora morborũ unde noscantur.

Sed unice confert ad crisis tempus noss-
cendum, ut explorate compertum habea-
mus tempus futuri vigoris universalu-
Morbus per actionem lasam describitur
qua est symptoma: quare morbi tempor
ex symptomatis deprehendemus. Pusill
symptomata, quantum suadet morbi spe-
cies, initium morbi definiunt. ea auctior
& anticipantia, & consectanea epiphane-
mena, augmentum morbi denunciant. e
summa symptomatum vehementia si per
manserit sibi perquam simillima, statum
arguit. Inde in mitiorem evanescunt s
nem: & tardius, mitius, breviusque i
declinatione affligunt. Eveniunt hæc tem-
pora ex causarum morbificarum motu
quas pepasmo evincere nititur natura
vel vires acquirunt illæ eundo. Si pepasm
studeat natura, in luctam illa sensim ingra-
vescunt symptomata. hoc ita Hippocrates
Dum materia suppurabilis abit in suppu-
ratum, dolores & febres contingunt ma-
jores, quam jam confecto: tunc enim na-
turæ & morbificæ materiæ impetus sisti-

tum

tur. Quare ineuntibus morbis ut nulla ſuſcipitur criſis vi naturæ ac lege critica, ita tunc nulla ſignificatio perturbationẽ eſſe poteſt critica: nam opprimitur adhuc tunc natura morbificis cauſis. Nec ulla criſis fit bona in cruditate: neque ſalutariter quicquam fieri poteſt quod ante ſignificatum non fuit, ſignis apparentibus ad tempus & ad ſpeciem ipſam criſis. At ubi materia morbifica pepaſmi eſt expers, ut in cancro, elephantiaſi, cauſarum motus ultro evenit, non naturæ agitationẽ: unde ſua tempora tantum agnoſcunt ex materiæ pravitate quæ ſymptomatis ſe aperiunt. Hæc quæ præſentia ſunt monſtrant. Sed unde futurum agnoſcam morbi vigorem? ex ſpecie morbi: ut quartanæ lente eo ſe erigunt; at cauſus, ilico. & ex parte affecta humorisque dominatu: ita ſi pars calida, rara, princeps, brevis eritꝫ morbus. Secundo, ex magnitudine in eadem ſpecie: ut magna quartana citius percurrit ſua tempora; nam irritat contumacius naturam. Tertio, ex motu: nam qui vehementer, continuo, celeriterqueꝫ moventur, in ἰφοδον ſuam evocant naturam. quare nota paroxyſmorũ incrementa, anticipationes, diuturnitatem; & num tolerabilior fuerit ſequens paroxyſmus. inde ſciemus num augeatur morbus, conſiſtat,

Vigor ut noſcatur.

1. aph. 12.

sistat, aut decrescat. cum duo paroxysmi aquales in jam dictis fuerint, vigor erit ille morbi. In longis autem morbis in plurimos paroxysmos status expanditur. Paroxysmus valde anticipans, & longius & vehementius affligens, effatu dignum indicabit augmentum, & velocem esse morbi motum, atque mox in vigore futurum. si ex adverso, contra eveniet. Quarto, ex pepasmi signis citius aut serius apparentibus: nam motum morbi designant. & omnia cocta secura sunt, & brevem præsagiunt morbum. Quinto, ex agri natura communi, peculiari, & ascititia. sic in ætate florida, calidoque corpore citius suam absolvunt historiam. His junge externas causas, quæ nunc & olim corpus affecere: ut activæ quartanæ breves, si accedat victus sobrius & exercitatio. nam æstus semper breves reddit morbos. Cum jam in procinctu est vigor, epiphænomena quædam diebus criticis efflorescunt: quænam illa sint vide; & eorum vires, numerum, & magnitudinem examina. Inter hæc præcipuam auctoritatem asscribere videtur 1. aph. 12. *Hippocrates signis coctionis & cruditatis: propterea meminit sputorum, urinarum, & fæcum. hæc enim præsentia morbi tempora narrant, & futura: præsentia; nam dum manifesta nulla signa coctionis elucent,*

cent, haret in initio suo morbus: ut si urina subpallida: nullum expectoratum vel liquidum. nam in augmento, manifeste coctio elucet: ut si urina nebulam ferat albam, sitque bono colore prædita urina, & modice crassa, vel rubra hypostasis. in statu perfecta coctio explendescit: ut hypostasis si adsit multa, alba, continua, æqualis: nisi morbus fuerit admodum biliosus. tunc vel encorema satis fuerit. ilico interdum morbus sua percurrit tempora.

Exercitatio ad deprehendendum tempus crisis.

Vigor, quod iterum moneo, futurus accurate observetur ex epiphænomenis: nam ni hoc noris, nunquam salutis aut futuræ mortis eventum vere pronunciabis: ita nec conscius eris an expectanda sit crisis vel non; & si ea futura sit, quando & qualis; nec diætam nec pharmaciam artificiose instituere poteris horum nescius. Itaq; dicit Hippocrates, τὰ ἐπιφαινόμενα ἢν αὐτικα (id est, ταχέως) ἐπιφαίνηται ἀρχομένου, quod est, Epiphænomena si ineunte morbo statim appareant, quæ præ se ferant coctionis signa, brevis ille erit morbus, & salutaris etiam. nam excrementum arguit robur & infirmitatem partis unde manat: excrementum optimum id quod sanorum simile: quantum inde abit, tantum mali præ se feret. Hippocrates libro primo Epidemion scripsit, coctiones ubique oportunas

esse, & celeritatem criseos, & securitatem
demonstrare. Ergo si primo die coctionis
eniteſcat nota, primis quatuor diebus cri-
sin inibit morbus. ita singulos quaterna-
rios notabimus in acutis morbis. Saltem
secunda die comperiemus, num primum
septenarium superaturus sit morbus. Sit
primo die febris acuta, attamen non su-
preme urgeat, cum tutis signis, attamen
non tutissimis, hæc ad secundum quater-
narium progredietur. Rursus febricitet
quis valide, primoque die nulla calami-
tosa signa se in conspectum dent, urina sit
bona colore & consistentia: hic in qua-
tuor primis diebus evadit; maxime si ne-
bula vel enæorema adsit; eoque magis s
laudabilis hypostasis adfuerit. Ita è contra
maligna cum pravis signis, quanto abest à
pessima, cum calamitosissimis signis inva-
dente febre, eo tardiorem adferet mortem
distingue ergo vires signorum. Hoc mod
vobis compertum erit primo vel saltem
secundo die, num morbus primo vel se
cundo quaternario finiri debeat. nam pri
mo die necesse est ut signa coctionis appa
reant, si primo quaternario finientu
morbi, ut evenit in peracutis: nam tun
principium clusum est in his morbis. Si
cruditatis plena sint omnia primis diebus
tunc prima septimana nõ finietur salutar
riter

riter: nã tenuis coctionis opus est signo die primo, ut intra septimum diem crisin subeat. Si quatuor dierum spacio fraudentur pepasmi notis, notabitur principium morbi prolixum: adde si specie longus sit morbus, motu lentus, cæteraque quæ antea diximus. nam ita neque intra quatuordecim dies pepasmi signa se in conspectum dabunt. Quodsi mediocria fuerint signa ineunte morbo; non erit tam prolixũ morbi principium. Ita scripsit medicinæ præceptor, sudores cum miti morbo, prolixitatem significare. Dein supervenientibus quaternariis mentem adhibere jubet Hippocrates: nam primus quaternio, qui tenuis pepasmi rudimenta delineabit, quod de morbi principio adhuc restibile est denunciabit: nam tot opus erit adhuc diebus ad manifestum pepasmum, quot à principio dies abierunt. Si itaque longum principium, etiam protractius erit augmentum morbi, & status à longo tempore adrepet: Sin brevius principium, reliqua etiam tempora hoc imitabuntur.

In intermittentibus etiam morbis, totius decursus vigor est observabilis: hoc bene elucet ex ejus specie, & more, & motu. Et præter illa in usu medendi observavi, notandũ esse quid in unaquaque paroxysmi fiat parte: ut si vomat ineunte pa-

Paroxysmorum vigor ut noscatur.

paro-

roxysmo is æger qui tertiana intermittenti tenetur, indicatio adferetur inde, tertianam versari in initio sui curriculi: sin paroxysmi vigor vomitum bilis exceperit, deferri tertianam per statum universalis sui cursus denotabit.

Universalis vigor, & exercitatio ad tempus crisis deprehendendum in cunctis.

Quando itaque crisis futura sit, universalia morbi tempora, sed maxime status docebit. nam ante coctionem crisis non fit bona: nec perfecta adest coctio ante statum morbi. Itaque, ut prius diximus, (repeto hæc lubenter; nam nunquã satis dicitur, quod nunquã satis discitur,) si primo die pepasmi signa se proferant, primo quaternario inibitur crisis. diẽ indicabit motus morbi, num scilicet tertio, quarto, vel quinto die ea eveniet. ut si coctio eluceat primo die in febre synocho, quarto die fiet crisis. Continua vero si fuerit, tertio vel quinto die, interdũ & quarto, crisin inibit. motus ejus hoc enunciabit: quæ enim paribus etiã moventur, paribus etiã judicantur; quæ imparibus, imparibus. Adjuvat motus celeritatẽ, morbi magnitudo, tẽpus anni &c. Contra, si æger nullũ proferat pepasmi argumẽtũ manifestũ, nec tamẽ pernicioſe ægrotet; ille primo quaternario non experietur crisin: sed si quarto die quid se proferat, is septimo die crisin inibit, si absit 4. aph. 71. *error magnus. Sin non adeo velociter mo-*

ven-

veatur, & error accesserit, nono die crisis veniet. Quinto die cum coctionis indicia apparent, accedente motus celeritate & vehementia, undecimo crisin subibit: si hæc mitiora, decimoquarto. his junge ætatem & cætera quæ tanquam indicia publica jam ante enumeravi. Si quædã adsint, alia vero absint, & error si se consociaverit, ulterius percurrere poterit. Verum cum erroris expers fuerit res, mista utraq; vi si tunc concurrant signa, magnæ industria hic opus erit, quo distinguantur horum potentiæ: si intra septimum nihil prævidere licet, saltem intra undecimum & septimum id prægnoscis. si enim magnitudo & velocitas tunc incrementa ducant, signaque coctionis accesserint, hic die vicesimo crisin experietur, si salutaris fuerit morbus. Morbus salutaris: qui quaternario primo tarde movetur in cruditate, sine maximo æstu, crisin haud videbit intra decimumquartum diem: & principii signa diu perseverarint, diuturnus is morbus erit. Incrementi vero signa si quarto vel septimo die se aperuerint, spem facient de die decimo quarto, vel undecimo. Nam si hæc tria se consociaverint, motus celer, febris atrocitas, coctionis manifestum indicium. fiet crisis decimo quarto die; maxime si aër &c. conspirarint. Quodsi undecimo 2. Aph. 23.

cimo die pepasmi notæ appareant manifesti, sine morbi magnitudine & motu vehementi, superabit crisis decimumquartũ; & forte, torpentibus cæteris, vigesimum attinget. Sed sint mixtæ notæ; & pepasmi manifesti signa die decimoquarto auctiora emicent; die decimoseptimo expectabis crisin: at si nihil magni accesserit decimoquarto, ad decimumseptimum te jam tunc convertes; nam si ibi quid appareat, crisis in vigesimum diem incurret. Hoc filo etiã noscemus crises futuras à vigesimo die: ex singulis septenariis, (nam quaternariorum vis perit à vicesimo die: septenarii durant usque ad quadragesimum diem: post quadragesimum vicenarii, usque ad centesimumviceſimum,) tum morbi magnitudine, tum motus celeritate, & signis coctionis. Quæ cuncta si eodem quaternario increverint, in subsequenti crisis fiet, si cætera, ut ætas, &c. talia subscripserint.

2. Aph. 13. *Recte admonuit nos Hippocrates,* Quibuscumque crisis est in propinquo, nox eo paroxysmo superior permolesta (*ob symptomata perturbationis criticæ: qualia sunt deliria, marmaryga, nausea &c.*) proxima vero facilior: *quod vi naturæ concocta, secreta, & excreta sit materia morbifica.*

Axiomata. *Observabile hoc axioma, quod signa appa-*

apparentia ad ſpeciem criſis, incerta & calamitoſa ſunt, niſi præceſſerint ſigna ad tempus. Nihil enim recte fit, quod ante ſignificatum non fuit, ſignis apparentibus ad tempus criſeos. hoc eſt, ſigna pepaſmi debent præcedere criſin. & illa ſigna ad tempus debent prius apparere quam ſigna perturbationis criticæ: quæ niſi præceſſerint, dicetur excretio ſymptomatica, & non critica. Sit firma ergo hæc ſchola Hippocratica prognoſis: τὰ ὀλίθρια ἀσήμως ῥᾳστωνύοντα, θάνατον σημαίνει: *quod eſt*, Pernicioſa mala, quorum ſine ſignis levatio eſt, mortem ſubeſſe oſtendunt. *Inter antiqua præclarum hoc:* Morbi cujusque propria epiphænomena, quæ apparent circa initia *λόγῳ τῆς φύσεως, ſuum quæque morbum abbreviant: quæ autem ſerius, ipſum ad diuturnitatem producunt. *Vetus illud admodum in ſchola Æſculapidum vulgatum eſt*, τὰ κρίσιμα μὴ ἀτρέκα ὑπὸ φαινέσθω, *hoc eſt*, critica ne cito ſe dent in conſpectum: *ſive ſit criſis eorum, ſive ſigna eo ſpectantia: nam cuncta κριτικὰ ibi ſunt δύσκριτα. Nam ubi natura morbificis cauſis opprimitur, eſtque ſuccorum cruditas, nulla bona ſperabilis criſis. itaque ilico, jam ineunte morbo, illa non expectanda. Quare Galenus dicit: Rigere initio febris ardentis, eſt malignæ qualita-*

* merito naturæ.

litatis proprium: quamvis ardens febris rigore superveniente solvatur; critica tamen non initio apparent. Vt enim cruditas succi quæ caret ἐφεδρισμῷ, acrisian quidem facit, non tamen funestam: ita si accessionem habeat ἐφεδρισμὸν consecutionem adfert sinistri judicii, & mortis.

Iterum de motu morbi.

Inter cuncta maxime notabimus motũ quo fertur morbus, quo tempus crisis eluceat. quia quorum morborum cita mutatio est, cita etiam his evenit crisis. at cita mutatio cernitur in celeritate epiphænomenon, quæ jure & loco apparent, cum nimirum continuo eorum fit anagoge. Ita ut acutorum morborum celerrimi sunt motus; sic eorum celerrimæ etiam mutationes ad interitum vel salutem. Nam crisis mutatione perficitur. mutatio autem motu: propterea ii morbi qui celeriter, continenter, & vehementer moventur, citas etiam crises adferre solent. Si itaque vehementer moveatur morbus, in paroxysmo (cum jam ad statum venit) veniet crisis. & signa crisima præcedentia id notant, pro sui magnitudine, viribus, numero, & die quo apparent. jam adde naturam anni, & ægri &c. & antecedet perturbatio per diem vel noctem. Præsentem autem crisin pulsus nunciat altus, vehemens, magnus, eorum comparatione qui præcesserunt.

Præsentis crisis signa.

Optima

Optimæ criſes fiunt in ſtatu morbi: in augmento vero imperfectæ, nec ſecuræ: imo in augmento & principiis plerumque homines moriuntur in lethalibus morbis. In lethalibus autem morbis mortis tempus in obſcuro eſt: nam motus vincentis morbi incerti ſunt. quare à vehementia motus morbi id elucebit. Quidam non primam periodum abſolvunt: ſi eam ſuperaverint, in acerbiore paroxyſmi tempore necantur; ut ſi in augmento, vel in initio, aut vigore peius affligi ſoleant. Morbi lethales ſi non cito exeant criſi propria & ſecunda, mox edunt ſigna jamjam futuræ mortis. Acuti enim intra quatuordecim dies judicantur; & æſtate celerius quam hyeme; (nam vel æſtivæ quartanæ breves ſunt;) & in his mutatio cita eſſe ſolet ad interitũ vel ſalutem, ut eo conſpirat celeritas motus, ac vis aëris: at qui ex degeneratione acuti, quadraginta diebus judicantur. Verum in longioribus exacto quadrageſimo, ante ſexageſimum alia fere criſis non expectanda. hoc evenit ex conditione contraria celeritati in motu morbi, natura ægri frigidiore, ſenectute, hyeme, aëre frigido, materia craſſa, parte obſeſſa algida. Vires vegetæ promptam etiam criſin adferunt. Notum eſt illud in ſchola Hippocratica, πυθασθαι ταχύτητα κρίσιος, καὶ ἀσφάλειαν ὑγιείης σημήνασθαι:

Mortis tempus.

Ad criſin quibus opus.

μάτων: *quia in pepasmo constanti vis esti* *natura, libertas meatuum, & causæ mor-* *bificæ mitigatio, quæ tria sunt ad citam* *crisin necessaria. testis est Hippocrates,* *ubi ait: quibus septimo die crisis venit* *illis sub quartum in urina nubecula fuit* *rubra.*

Dies critici.

PAUCA *supersunt de diebus criticis.* *Evenit ut crisis se expandat per dies, adeo* *ut cui eorum asscribi ea debeat, nescias. ut* *si efflorescant critica signa die septimo* *mox octavo incidat excretio, quam in no-* *num producat: qualis hæc censenda ex die* *crisis? Hic tria notabitis: tempus pertur-* *bationis criticæ, & quando excretioni in-* *cubuerit natura, atque quo tempore solu-* *tus sit morbus. qui dies ex his plurima vi-* *derit, illi referatur accepta crisis. Sin aqu-* *tres dies sibi vendicent hunc motum, ill-* *asscribenda erit crisis in quo excretio cœ-* *pit: nam hic maximam suam* ἐφοδὸν *natu-* *ra habet. Et ex eventu crisis, diei natur-* *disces:* διφοείαι *enim septimo consectaria est* *Longus usus dies feliciores in crises nota-* *vit. ut qui plurimos vindicarunt à mor-* *bis perfecte & tuto, præambulonibus signis* *præindicati, subito incursu & excretione* *Inter hos primus est septimus dies: ab ho-* *decimus quartus: dehinc nonus, mox un-* *decimus: deinde vigesimus; quem mox se-*

qui

quitur decimus septimus, dein quartus, tertius, decimus octavus: hi boni critici. Sextus opponitur septimo, in quo cuncta perfida & periculi plena. nam excernit natura invicta, cruda, acria, prava, fœtore immania. hunc sequuntur octavus, & decimus frequentissime inter hos sextus crisin admittit. mali etiam duodecimus, decimus sextus, decimus nonus: raro tamẽ judicant. tertius decimus nec bonus nec malus est. A vigesimo ad quadragesimum cuncta sunt languidiora, & rarius crisin experiuntur, vel repetunt eam. Inter hos hæc series est: vigesimus primus, vigesimus septimus, trigesimus quartus, quadragesimus; vigesimus quartus, trigesimus primus; trigesimus, trigesimus septimus. hucusque crises eveniunt. Quæ ultra hos dies, potius abscessus agnoscunt. Si non subito exclusio fiat, spes erit ut causa longa die vincatur. & tunc vicenus motibus natura agitat materiã. quinquagesimus & octogesimus pares viribus habentur: centesimus & centesimus vigesimus; qui, cum quatuor impleat menses, initium erit quaternionum menstruorum. Indices dies sunt 4. 11. 17. Quartus indicat, quid boni vel mali septimo, sexto, vel octavo eveniet. decimus octavus etiam vigesimi primi index existimatur. Numerationem Indices.

auspi-

auſpicabimur ab eo die quo lucide violata
actio in ægris conſpicua eſt. Ita in puerpe-
ris dies computamus à doloribus partus
non ab eo die quo cœpit febricitare: in illis
nimirum febribus, quæ ſecundo aut tertio
die partum ſequuntur. nam illi humores
ſequuntur motum factum in die partus
ſed ſi poſt aliquot dies oboriatur febris, ex
alia cauſa hæc orta fuit. Sed in intermit-
tentibus febribus, periodorum, non die-
rum, ratio habenda. Hi dies ſunt quaſi ju-
dices & arbitri belli naturæ & morbi, &
de victoria pronuncianc.

Vnde numerandũ in puerperis.

CAPUT V.

Univerſalis exercitatio qua recte ſpe-
ciem futuræ criſis diſcamus: & præ-
ſentem cognoſcamus, quo ſit eva-
ſura.

CRISIS qua arte notetur tempus, ha-
ctenus: jam uberius aliquantulum
exercitationem ineamus ad ſpeciem cujus-
que criſis exacte deprehendendam. Pri-
mum perluſtrabimus, num natura criſin
factura ſit, vel num potius in apoſtem
excluſura ſit materiam natura; aut a
potius longa die ea defungetur. Sed ſi cri
ſis eveniet, num bona malave futura ſit

Series.

ad ſa

ad ſalutem vel ad mortem. Si ad ſalutem, quando (de hoc jam egimus,) & quid eventurum ſit: ejusque ſubſtantia & qualitas: & quo modo eam initura ſit: (hoc eſt, qua excretione, qua facilitate aut difficultate, per quas vias, quo ordine, vel an potius arte opus ſit:) deinde qua copia excluſio fiet: tandem quo eventu; num in bonitate optimo; fide bona, vel an perfida erit; perfecta aut acciſa. Quæ ex his præcipuam utilitatem adferunt, in his exercitationem hanc inſtituemus. Hæc omnia pernoſcuntur ex his quæ primum propoſuimus, ut ex morbi ſpecie, magnitudine, more, motu, &c.

Num fiet criſis, an potius ſenſus ſolutio, ſignificabit morbi ſpecies, magnitudo, & motus. Nam acuti morbi criſi, diuturni ſolutione placantur. Sed cum haud cuncti acuti criſi terminentur, eorum magnitudo erit perpendenda: quibus addes, quæ ab ætate, anni tempore, &c. quæ ſi ſubſcribant, certius indicium evadet. Sed ſi nulla adſit agitatio, nec evacuatio, nec abſceſſus eveniet, ſed ſimplex longa die ſolutio. Hanc noſcemus etiam ex morbi ſpecie, more, & vehementiæ abſentia. non aderit febris; vel ignava ſaltem, & ſalutaris eſt morbus. Viribus etiam validis opus eſt ad criſin: nam validæ etiam febres cum viribus Num fiet.

imbe-

imbecillis, per ſolutionem finiuntur. ergo effœto ægro, vel morbo decreſcente, ſoluti terminabit malum. Si ea quæ primum fe rocia erant, miteſcunt; non fiet criſis, ſed ſimplex ſolutio.

Sciendum, duplici modo agi poſſe de cri ſi; de ſignis nimirum præſentis criſis, ve futuræ. primum breviter quædam de præ ſenti, mox de futura. Sed quædam utri que ſunt communia, & bonam etiam cri ſin præcurrit perturbatio, anxietas, de mentia, vigiliæ, ſomni, anhelitus, vertigo dolores, aurium ſonitus, marmarygæ, la chrymæ, urinæ ſuppreſſio, labrum tremu lum, rugitus, anticipatio paroxyſmi, æſtus ſitis, clamor, jactatio.

Notandū.

Inſtantis criſis.

Inſtantis bonæ criſis notæ ſunt pepaſm ſed dignitas excrementorum debet ponde rari. nam expectorata maxime obſervar debent in pleuritide, in febribus, urina Secundum ſignum bonæ criſis eſt, quo evenit die critico, quodque primo indica ta fuit. Tertium bonæ criſis ſymbolum eſt quod excrementum reſpondet ſpeciei mor bi & ejus moribus: ut hæmorrhagia i cauſo, vel à rigore ſudor calidus toto ma nans corpore, vel bilioſa excretio ſurſu aut deorſum: in quotidiana pituitæ effuſ & ſudor: in phrenitide ſanguinis profl vium; vel ſudor toto manans corpore, e

abun

abunde à capite. In ſimis partibus hepatis phlegmone, abſolvitur hæmorrhagiâ, ſudoribus bonis & urinis in ejus cavis, biliosis excretis, vomitibus interdum, ſudore. Ardentes cuncta ſudoribus proprie judicantur: præambulone ſemper pepaſmo. Quartana judicatur atris variisque eliſionibus, ſemitertiana, biliosis cum pituitoſis. His junge ætatem, diætam &c. Si enim hæc in morbo bilioſo, bili ſtudeant, neceſſe erit morbum bile eliſa ſanari.

Futura vero criſis ex eiſdem fere quæ diximus accipitur. Vtrum illa futura ſit bona vel mala, ex ægri robore, & more morbi intelligemus: ut ſi incidat cauſus cum notis benignis, integris ægri viribus; ad ſtatum adventurum collinea, quo deprehendas an eo uſque pares ſint futuræ morbo vires. Ita comperies num puero portando ſufficiat, ſi exploraveris baiuli firmitudinem, viæ longitudinem, & onus. ita febris magna indicat criſi terminandam: ſi fuerit febris ea benigna, tutam criſin fore denunciat: & ſi vires ſtatum integræ exceptura ſint, optima futura erit criſis; nam alioqui moriuntur. Maxime à pepaſmi capacitate, vel ab ea alienatione bonæ vel malæ criſis indicium captabimus. Secundo, ut pepaſmi notæ cito effulgeant, optandum. Tertio, ut conſtantia

Futura criſis. An bona vel mala.

quædam perennent, nec crebro evarient. Quarto, ut tempore & loco excernantur; hoc est à pepasmo; & si διαφοείαν consectaneam habeant; & si die critico apparere cœperint. Quinto, ut excretio fiat κατὰ λόγον morbi: nam alii morbi aliis placantur excretis. Talia autem excrementa maxime sunt, urinæ, dejectiones, expectorata, sudores naribus & ore profluentia. In his notari debet substantia & contenta, qualitas copia, tempus, & modus excernendi hi junge ætatem, dietam, aërem. Hic etiam cuncta epiphænomena examinabis; nam morem & motum morbi denunciant. Hippocrates optimus horum præceptor consulatur libris Prognosticon.

Axiomata. *Sed vide ut materiæ morbificæ translationes recte observes. Axioma est Hippocratica schola:* Tolerabilior ut est morbus qui validis venit viribus, quam qui et fœtis; ita primigenii morbi materia et mitior, quam secundarii, per metastasi nati. *Præterea, omnes morbi symptomatici excursus & recursus consectarii, sunt primigeniis longe peiores: nam efferus indomabilisque humor offendit partem: quale est qui ex priori morbo vitium fecit. Hi*

Lib. de ætatibus. *sententia summi præceptoris:* Τῶν νουσημάτων ὅ, τι ἂν ἐπέγῃ ἐφ' ἑτέρῳ γένηται. ἀπὸ τὰ πολλὰ δηλοῖ. *quod est,* E morbis qui alte

supervenit alteri, non raro mortifere habet ægrum. *Nam cum infirmo jam corpore maleficentia morbi præsentis, alter morbus incidit, prius projectis viribus moritur, quam morbus nove adveniens, cursum suum confecerit.*

Deinde quid eventurum sit, indagabimus. Id ut colligamus, signorum omnium, (quæ ex jam dictis rebus examinantur) quæ cernuntur in qualitatibus corporis, actionibus & excrementis, ea conspiratio esse debet ad crisin, ut certo promitti possit quando ventura, & quid ex ea sit eventurum. ut in causo præsagimus interdum hæmorrhagiam, ita species hæc febris suadet: & ejus magnitudo in crisin se effusuram dicit: & mos ejus ita habet, si juvenis sit; nam in eo sanguis anarrhopos est; si senex (quia in hoc sanguis est catarrhopos) cruenta dysenteria finiri poterit: & sæpe maligno quodam more enecat funesta crisi. dein motu celeri quia fertur, excretione finem inventuram denotat: & ex epiphænomenis signis si constet caput incurri à sanguine, hæmorrhagia eveniet: ut si ob oculos splendores exiliant, & delirium superveniat à subito enata cephalalgia; si nares pruriant, facies rubeat, & adsit tensio mollis hypochondriorum, &c. adde jam causas unde enata febris, & corporis ægroti Quid.

naturam. Eadẽ ſigna epiphænomena quæ tempus criſis denunciant, etiam ſpeciem criſis notare poſſunt. ita viſum Hippocrati, ubi ait, Quibuscunque circa initia febrium, oborta ſternutatione, ſanguinis ſtillicidia fiunt è naribus; ſiquidem quarto die urina hypoſtaſin habet albam, dimiſſionem morbi per hæmorrhagiam ſeptimo fore oſtendit.

Cum itaque compertum fuerit quandò & quid eventurum ſit, deinde etiam

Modus. QUOMODO *hæc ſuam hiſtoriam finient, ex eiſdem ante poſitis notis indagandum erit. Num* ἀθρόως *vel ſenſim, hoc eſt, num critica perturbatione excluſura ſit naturam materiam morbificam: vel num potius longa die eam exhauriet per* * ἄδηλον διαπνοὴν: *aut num in abſceſſum morbi cauſam effundet. Scripſit Hippocrates initio De humoribus:* Οἱ πάντες μοι ἔξω, ἢ εἴσω ῥέουσιν, ἢ ἄλλῃ ὅπη δεῖ. *quod eſt,* Natura à peſpasmo *triplicem viam invenit qua ſe tuetur,* ac morbum excutit: aut *enim* foras *excludit; ſudore laudabili, ictero critico, exanthematis:* aut introrſum *excernit alvi dejectionibus, urinis, hæmorrhagia*

* inſenſibilem exhauſtionẽ: perſpirationẽ, ſeu exhalationem.

vel per * diadochen *eam exigit è directo & procul, ſi latius rebus fiat, in partem cavam pacem, ubi abſceſſus naſcetur. Verum bilis tenuis bellum moveat, cum libertate*

* id eſt, traditionem.

mea

meatuum, exsplendescente suis opibus natura; in ita meabili corpore, sperabilis erit excretio à pepasmo, introrsum aut foras; quatenus natura & humor huc, illucve cursum inflectunt. At vero si nec humor, nec natura, nec meatuum libertas aque exclusioni comparata sint, unius tantum vitio, ut naturæ fractioris, aut materiæ contumacioris, aut meatuum arctiorum, morbi diuturnitas (à cocta materia) in abscessum fatiscet. excutietur vero hæc materia intus foras, aut superne deorsum; quo naturæ viam affectat, & ubi jam excipiendi promptitudo est. Nam in titubante ætate, cespitante corporis robore, indomita materia, & meatuum angustia, ut neque excretio, ita nec abscessus fit, sed in corruptelam degenerat, unde Ilias morborum subnascentium. Crises itaque morborum absolvuntur excretione humoris morbifici, vel abscessu. hoc autem fit cum natura insurgit in paroxysmo, recreata humoris pepasmo & partium neoterismo: tunc in bellum surgit. Sed diuturni morbi nisi hanc naturæ ἴφοδον sentiant, ut in Cleonactide octogesimo die, in abscessum abeunt ad inferas partes: hoc, ubi materia contumacia, & meatuum angustia difficultatem & erethismi vacuitatem adferunt, viribus adhuc validis: alioqui pro

Ex specie morbi, crisis ut intelligatur idea.

abscessu marasmum ex cacochymia expectabimus. nam naturæ diu multumque oppressæ sopita vis, & meatuum angustia, desperatam efficiunt excretionem. soloquet tunc abscessu sperabilis crisis; nisi abscessus materiam & occasionem urina crassa, multa, & alba præripiat: qualis Archigenis servo profluxit. Sed acuti morbi excretione maxime abiguntur, ut dixi, ἐξω κρίσιν: idque juvenibus, quorum meabile corpus, & humor, & naturæ motus vegetus. his enim tribus opus est ad liberam & liberalem exclusionem. Breviter: cuique morbo sua debetur crisis, per evictionem peculiarem suæ causæ, & redintegrationem partis obsessæ. Evictio fit pepasmo, excretione, abscessu: pro humoris qualitate, naturæ impulsu, & meatuum conditione. Præterea certæ sunt crisium quædam perturbationes, quæ jure & loco apparent; ex quibus naturæ motum præsentimus qui tendat: ut, si male tuta futura sit crisis de ea habeatur provisio: & ne siniſtre re mediis victuve eam tollas, tardes, aut præcipites.

Antea diximus, ex morbi specie decisionis formã intelligi. sed cum jam in procinctu est crisis, epiphænomena quædam exsplendescunt; quæ varia, varias excretiones denotant. Vt si causos ad crisin surgat

gat, cumque hæc hæmorrhagia, sudore, vomitu, vel dejectione crisin inire possit, tu ad vomitus futuri signa oculos vertas. huic enim caligo, capitis dolor, vertigo, cardialgia, tremor infimi labri, & tenuis saliva ab ore anteambulones esse solent. At si hæmorrhagia in præcinctu sit, facies rubet, lachrymæ manant, caput gravescit, temporum venæ tenduntur & pulsant, calor multus, si sit juveni. Sed si urinæ substiterint, rigorq; supervenerit, in vacuitate ante dictorum signorum, alvo suppressa, sudore decisionem faciet. quem jamjam adfuturum, molles undosique pulsus nunciant; & facies rubet, & omnia vapido quodam ab æstu calent. Num vero per alvum excurret crisis, nullæ peculiares id notæ indicant: sed aliorum inopia, hanc restibilem denotat, dum modo in ἰσοδον suam se erigat morbus. Si tunc indoluerint lumbi, pondere quasi obruti, quod in pubem se effundit, ex utero fiet excretio; sin ad sedem, eo fiet dejectio. Abscessu frigidi morbi maxime decisionem habent: at parvi morbi die solvuntur: ita species suadet morbi: & longi abscessu judicantur, ut acuti & magni crisi: ita motus morbi. Si fractus ager; die evincentur morbi, vel eũ oppriment: ita vires. Hyems in abscessum est fœcundior. Hi abscessus Abscessus.

mali sunt, si dolorem acerbum, acrisiam, vel diuturnitatem secum adferant. Pars ea excipiet abscessum quæ imbecillior : & è directo si fiat, melius fit. Pars afflicta solutionis modum etiam declarat : ita urinis hepatis gibbæ se laxant. Peracuti itaq; & acuti excretione maxime finem inveniunt. à quadragesimo die raro id evenit nam coctione longa evincuntur : vel languidam & repetitam excretionẽ movent. Abscessu qui finiuntur, comitem illam perturbationem criticam non agnoscunt ut nulli longi morbi, nisi postea in acutum degenerarint malum. Ex dictis primum symbolis eluceset etiam per quænam loca propulsura sit natura morbificam causam; an sudore, vomitu, hæmorrhagia &c. quod jam diximus; & breviter repeto.

Pars ad quam decumbet abscessus.

VITÆ.

Anacephalæosis prædictorum.

Crises fiunt excretione, vel abscessu. Si excretione, id fiet quatuordecim dierum spacio : ἐξω ἡ εἴσω. idq; juvenibus, quorum meabiles sunt succi & corpora, ac motus naturæ juveniles. Sed prærepta crisis occasione & causa per excretionem, (hoc est in cruda & contumaci materia & meatuum angustia) inclinatio fit ad abscessum; modo natura viribus integris propugnet : si illa fatiscat, cachexiam expecta & corruptionem : nisi tamen post exacerbentur, ut

Diuturnorum.

Cleonactide octogesimo. Diuturnorum au-

tc

tem morborum nec simplices nec uniusmodi fere sunt crises, ob succorum unde nascuntur cruditatem, & viscerum imbecillitatem. & tamen sententia Hippocratis est, neminem quartana defungi sine crisi. Variæ itaque eveniunt crises; pro vario humoris motu, naturæ impulsu, & partium obsessarum conditione, unde diversis viis feruntur.

Num ultro vel arte.

Ex ante positis indiciis etiam noscemus, num unius naturæ vi, vel ab artis juncto præsidio, hæc expectanda sint: ut nimirum id quod præsagimus eventum habeat. Et si plures affectus in vitio fuerint, quanam serie illi evincendi sint; quid primo, quid secundo cedat. ut si tertiana & quartana afflixerint, prius superabitur tertiana.

Ordo.

COPIA, & eius eventus.

Ex eisdem propositis notis copia erupturi excrementi investigabitur. Quodsi copia accisior fuerit quam hæ (hoc est morbi species, magnitudo, mos, motus, pars obsessa, humoris dominatus &c.) indicant, hoc ad deterius vel ad mortem apparebit, nam nihil paucum est criticum: sed plena ac liberali manu effundi debent quæ crisеos ideam præ se ferent; raroque cieri debent. Male enim natura tentat quod non perficit: nam calcari materiæ tunc stimulantur; sed ubi materia cocta, tunc ultro naturæ surgit. Ita in Hippocratica schola

damnantur τὰ σμικρὰ ἐμέσματα, καὶ τὰ ἐγκὺς ἀλλήλων ἰόντα, quod est, vomitiones exiguæ, & frequentes: cum enim repetito id fit, naturæ oppressæ imbecillitas in summa excernendi necessitate declaratur. Ita substillũ sanguinis è naribus die non critico, mortem jam futuram denotat. nam nihil ἀκρίτως bene fit; tale est paucum: oppressæ naturæ & effœtorum viscerum argumentum. & ex irrita contentione naturæ, frustraque tentata excretione, major fit infirmitas, & morbus vires acquirit, inde gravioribus symptomatis natura jam effœta opprimitur. Nascitur enim materiæ accisa copia ob materiæ contumaciam, meatuum angustiam, & imbellem naturæ concussionem. propterea nihil paucum excernitur καλῶς καὶ κρισίμως: id elucet in dysenteria & tenasmo, & in ephidrosi, hoc est sudatiuncula, qua tantum roscidum est caput, cervix & thorax. Vel totum corpus exiguo sudore udum: quod fit vitio & resolutione partium solidarum ita effœtarum, ut alibilem succum sibi assimilare nequeant, sed elabi & diffluere permittant. Sed cum libere copioseque effunduntur, bonum. imo talis hæmorrhagia τὰ κρίσιμα μὴ κρίνοντα à calamitate vindicat. Quæ fuit causa, ut Galenus super Meton per hæmorrhagiam à morbo lethali libe-

rat

rato exclamet, αἱμορῤῥαγίαι λαῦραι ἐκ ῥινῶν ῥύονται πολλά: id est, hæmorrhagiæ multæ, multa difficilia dissolvunt.

Tandem, crisεos comperta ratione in eventus modo, videndum etiam num facile vel difficile, cum fide aut perfidia, perfecta vel accisa, & num optima futura sit, hoc est, quæ morbum solvit integre sine agri periculo, & fideliter per liberalem & liberam excretionem. vel num redivivi morbi metus sit ab imperfecta crisi, à materiæ contumacia, meatuum obstructione, aut naturæ ab infirmitate. ut in febribus, ubi empyreuma & oris amaror supersit à materia restibili, unde vigiliæ, vel pressiores somni, inappetentia, malus color, oris amaror, excrementa non bona, nec pulsus; adest oris siccitas, & sitis. Ii morbi revertuntur: nam non sunt κεκρίμενοι καὶ κακεκριμένοι ἀρτίως, id est, non judicantur perfecte, & non judicati sunt exquisite, sua quæq; propria crisi in specie, materia, & subjecto: in qua nulla ratio desideratur nec signorũ antecedentium ad tempus & ad speciem crisis, nec causarum criticarum in qualitate, copia, tempore, excernendi vel abscedendi modo: hi sunt ἀκριτικοὶ: nam horũ reliquiæ cum non sint naturæ consociales, ut assimilari possint, reliquum est ut putrescant: & ab his cibus corrumpitur. Ta-

Fida & perfida. εὐκρίλια καὶ δύσκριλια.

2. aph. 12.

les sunt qui ante tempus erumpunt; vel si
decernantur ante tempus. nam illi qui
sunt relapsus expertes, die critico excludi
debent, signis criticis præambulonibus, quæ
indicant pepasmum. Maxima enim vis pe-
pasmi ad certam crisin: quod ita testatur
medendi præceptor: Πᾶν τὸ ἐκπυέον ἀνυπόστρο-
φον. αὐτὸς γὰρ πεπασμὸς καὶ κρίσις ἅμα, καὶ ἄπο στα-
σις. id est: Omne quod suppurat, metuit
reverti. ipse namque pepasmus est crisis
& abscessus simul. Nam triumphalis na-
tura tunc insurgit viis liberis, atq; epho-
don suam molitur: eamque ostendit indi-
cibus prodromis; post autem liberali &
libera exclusione die critico. Hoc est, edi-
tis pepasmi signis ad tempus, & iis quæ ad
speciem crisis apparent, in paroxysmo ad
versus causam morbi insurgit critico die
qui ab indice denunciatus erat. Tunc fid
est crisis, & εὐφορίαν comitem habet. Se
motus omnis ad crisin die ἀκρίτῳ, induc
ἀκρισίαν ab inani erethismo. sed τὰ κρίσιμα
μὴ κρίνοντα, ἢ δύσκριτα, ἢ δυσκατώδικα. quo
est, judicatoria non judicantia; aut sun
siniſtri judicii, aut mortifera. Quare
bona crisis fere fit in ordinario paroxysm
Nihil autem salutariter exolvitur au
t. 3. 76. apparet ἀκρίτως καὶ ἀσήμως, nec quiescit bon
agrorum rebus: sed talia mortifera sun
aut siniſtri judicii. Hoc dicit Hippocr

tes in Prorrheticis, τὰ ἰτώδεα ἀνεύτως καταμολυνθέντα, φλαῦρα: hoc est, quæ dolorifica sine crisi residunt, (*loquitur de parotidibus*) prava sunt. *Omnia firmiora sunt quæ die critico eveniunt & apparent, bona vel mala, ad interitum & salutem. Mala sunt, copia accisa, dies non criticus, & pigra excretio. Nam ut cita coctio citam adfert crisin; sic tarda difficilem, relapsus capacem, nec securam. nam tarditate ea segnescit viarum & succi meabilitas. & naturæ vigor. Semper illud notetur: Epiphænomenon unum* * ἄνευς *pravum, pluris esse debet ad interitus præsensionem, quam plura communia. Propterea nota propria indicia singulorum: & quæ materiæ, loci, vel alius rei ratione indicia præbeant. Inde enim cujusque dignitatem internoscimus. Semper diei critici & pepasmi maxima ratio habeatur: nam nulla bona crisis sperabilis, dum cruditas manet: nec ulla significatio tunc esse potest secundi judicii: nec quicquam bene fit, quod lege critica non fit.* οἱ δὲ πεπασμοὶ ἐν τῇ ἡμέρᾳ, *id est*, die fit pepasmus: *qui suos gradus habet; primum inchoati, mox manifesti, tum demum perfecti.*

Dignitas epiphæn.

* id est, morbi, aut partis obsessæ proprium.

Notandū.

Priusquam abeam, moneo: Antequam judicium proferas de morbi eventu, sic comperta tibi natura triumphantis, vel trium-

Caute ne prædicendum.

triumphata tota historia si ante ad prædictionem urgearis, responde cum causidicis, Nondum liquet: & semper, Si nihil delinguat æger, astantes, & ea quæ à foris sunt. Nam (*ut scripsit ille medicinæ præceptor*) Acutorum morbòrum non sine dubio interitus aut salutis sunt prædictiones. *Quasi dicat, quamvis eorum sit propria crisis fere à pepasmo & naturæ erethismo (nam celeriter, vehementer, & continenter moventur,) non tamen omnes sunt bene morati: quia translatione turget eorum materia. Et in consociatis morbis interdum, dum unus triumphatus conspicitur à natura, ab alio triumphata occidit. hic medicorum rubor, ni signa cuique morbo peculiaria collata, periculi metum, aut salutis spem exprimant. Cave à pollicitatione, dum res sit cum morbo mali moris; qui blanda facie annuentes, eludunt. Examina hic pulsus, respirationem, & somnos &c. Dum fidum non prodit signum, à pollicitis abstine, maxime in his qui temere moventur, quique anormem crisin edunt. ut si hæmorrhagia eveniat ex naribus quartana occupatis. Nam propria crisis est, quæ secundum morbi ideam & focum, naturamque ejus qui judicatur, inclinat. Imperfectam crisim habuit Epicratis uxor, Cleonactides, Herophõ, mulier*

quæ

qua in littore, Pithion, Cherion. Optima crisis fit in vigore: in augmento non fit secure, ut in Philisco.

CAPUT V.

Particulatior exercitatio, qua recte speciem cujusq; crisis futuræ discamus. & num imperfecta ea sit futura.

MORBI *à causa calida nati, cum libertate meatuum, & virium robore, excretione, si ejus essentia præcipitem mutationem suadet, finiuntur. alioqui si contrario modo enascantur, marasmum inferunt, aut tandem longa die vix pepasmi capaces redduntur: si medio inter hæc filo trahantur, abscessus facient. Nam si frigidi succi in vitio fuerint, triumphali quadam virium vi opus erit in tardo illo motu ad abscessum: nam fractu viribus, & biliosis morbis abscessus eveniet: sed plerumq; primis diebus vires integræ florent; & his majoribus ad excretionem opus est quam ad abscessum. Si itaque per crisin finem faciet, quanam idea illa prodibit? & si per abscessum, quo fiet? Certe quo natura & humor viam affectant, eo criseon inclinationes fiunt. Itaque notanda erunt propria cujusque excretionis indicia.*

dicia. Si alvus & urina præter rationem subsistant, cum crisis in procinctu est, rigorem expectabimus, si non præcedens gravis ægro fuerit. Sed cum rigor jam evenit, distinguendum erit num consectaneũ adducturus sit sudorem, vomitum, alvi subductionem: vel num hæc cuncta simul, an potius ex his quædam advehet. Hoc distingue, num urina sola repressa, an una alvo intercepta rigor supervenerit. Ambobus restagnantibus, plurimus rigor & sudor sequentur: nam eo succi cursum suum flectunt. Si urina sola substiterit ante rigorem, oculos vertes ad alvum; num illa parcius vel liberalius ante hoc crisis tempus se effuderit: si largius, eo se vertet natura: & tunc non fiet per sudorem excretio, etiamsi urina substiterit; nam ante omnis urinæ materia ab alvo exhausta fuit. Si parcius primum alvus feratur, dein ad vigorem supprimatur urina, ægrũ rigore ac sudore perfundi necesse erit: nam his tribus locis vacuatur ichor. Sudore ita judicatus est Herophon, Cleonactides, mulier in littore, Melidia, Pericles, virgo Abdera, Anaxion, Nicodemus.

Sudor.

At si vomitus etiam notæ accesserint, per ambas has tunc crisis fiet: æqualiter, si æqualia fuerint indicia: alioqui potiorem sequentur magis, ut per sudores, si invale-

Vomitus & sudores.

scente

scente paroxysmo, vaporibus sursum elatis deliraverint, & exteriores partes calore & rubore suffundantur; & si vapor, qui ante aberat, expirat, undoso molique pulsu: nam durus potius vomitum monstrat. Vomitui præcurrunt cardialgia, cephalalgia, tenebræ & vertigo, labii inferni tremor, saliva multa: Ita Epicratis uxori. Si vomitus signa adfuerint, & alvus valide excreverit, utrinque crisis inclinatio fiet. si riget cum frigore hypochondriorum, jamjam bilem vomet: si cætera subscribant, ut ætas &c.

Altus autem pulsus omnis excretionis Pulsus.
nota est, sicut & vehemens. magnus foras potius ferri inclinationem crisis denunciat, quam intus: & hæmorrhagiæ significationem adfert. Si intus viam affectare videatur natura, absentibus signis vomitus, alvus crisin dabit. Inæqualis pulsus in crisi, periculi plenus est, aut raptum bilis ad ventriculum indicat: tunc ventriculus affligitur.

Hæmorrhagiæ notæ sunt, caligines, mar Hæmorrhagia.
maryga, & scintillantes ob oculos splendores, lachrymæ sine causa ortæ, & rubor malarum, oculorum, & narium, hypochondriorum tensio sine dolore: & spiratio difficilis, quia sanguis per thoracem sursum repit; calidæ capitis pulsationes & ten-

tensiones, cum pulsu magno: his adde ætatem &c. ita Meton, & virgo Larissæa.

Dejectio alvi.

Dejectionis symbolum nullum est peculiare, sed cum adsint notæ futuræ per crisin excretionis, nullæ tamen conspiciuntur quæ significent vomitum, hæmorrhagiam, vel sudorem; & si plura per alvum antea cœperint ferri, maxime retenta urina; ut Clazomenio evenit. Sed tunc etiam per hæmorrhoïdes vel menses effundi poterit. verum tunc maxima aderit lumborum gravitas, tensio & dolor, si fluxuri sint menses: ut in muliere quæ in Thaso, tertii Epidemion tertia: & in virgine Larissæa. nam hæmorrhoïdes ægre deprehendas. Per urinas evasit Pythion, qui ad Telluris ædem.

3. Epid. 1.

Sin abscessu æger defungetur morbo, communia signa erunt, pepasmi difficultas, tenuis & cruda urina: ut qui ex frigidis succis morbus prodiit. Hi abscessus sunt vel calamitosi, vel mitiores. Occasionem tamen abscessui eripit urina copiosa, crassa: nam ita longa coctione potius solvitur morbus. tenui vero ac cruda perseverante, si nec mitis, nec omnino calamitosus morbus adsit, si cætera quæ convalituris adesse solent præsto sint, abscessum expectas citius in minoribus triginta annis: etenim senibus, ob effœtas vires, non eveniunt. &

Abscessus.

in

in sola continua febre horum expectatio est: nam intermittens potius in quartanã abit: maxime si erronum more feratur, & autumnus in procinctu sit. hyeme etiam potius; & tunc diuturniores esse solent.

Quo erasurus abscessus.

Quodnam in membrum sese effusurus ille sit, natura morbi dicet. Nam si non ita diuturnus fuerit morbus, cum ibi non tam crassi nec æque frigidi succi adsint, ac vires vegetiores, potius sursum se inclinabit abscessus. si tunc in tali morbo, subito anhelosus reddatur homo, moxque sedetur ille anhelitus, certo humores jam tunc sursum, per pectus in caput abripiuntur; maxime si cephalalgiã consectaneam trahat, gravemque somnum & surditatem; tunc parotis, id est abscessus pone aures incumbet. Sin valde longus reddatur, ac ignavescat morbus, frigida à materia crassaq; enatus, titubantibus jam viribus, ad inferna erumpet. maxime si absint jam dicta, ac æger ab infernis causarius sit.

Parotis.

Imperfecta crisis præsens ut noscatur.

Sed pauca dicamus de imperfecta crisi. Interdum imperfecta à crisi vis morbi ignavescit, nec tamen convalescens æger evalescit. Hoc usu venit cum ante vigorem suum morbus in crisin extimulatur: id fit ex magnitudine morbi, ejusve celerrimo motu, vel ab irritamento à foris. Vt si ex lege naturæ quæ decimoquarto eruptu-

ra erat crisis, ob irritamentum decimo die exiliat, non erit illa eucrisia: nam trahet secum vel gravia symptomata, vel recrudescet: tanta vis est pepasmi & vigoris morbi. ita accisa crisis deprehenditur. Sed unde futuram eam venabimur? Id dignoscemus ex morbi vehementia, celeritate præcipiti, & ex irritamento à fortiss nam si quam plurima ex his, in morbo crisi terminando, junctim efflorverint, aut evertet morbi vigorem crisis: hoc est paulo ante eveniet. nam vigor, eique præcurrens tempus solum crises agnoscunt: etiamsi in principio morbi, ejusque augmento aut statu in calamitatem abripiantur ægri. De solutione morbi quæ die fit longa, diximus ante.

Crisis imperfectæ futuræ signa.

Mortis præsensio.

Vltimo de ultima rerum linea pauca dicamus. Hæc quatuor rationibus rumpitur, cũ homines in vita hac esse desinunt.

Duæ crises non bonæ.

Duo mortis genera cum crisi adveniunt: & duo crisis expertia. Quæ cum crisi, gemina facie eduntur; nam aut subito, cum perturbatione critica, excretione, vel abscessu mors venit: aut subito in deteriores ægri abeunt, cum perturbatione critica, excretione, vel abscessu. Quæ sine crisi mortis ideæ geminæ arrepunt, etiam duplici imagine conspiciuntur: una qua sine perturbatione critica & insigni excretione

au

aut abscessu, ad deterius subito abit, & sensim ad mortem viam facit: appellatur arefactio. altera, qua sine perturbatione critica, excretione, aut abscessu, subito ut alto sanitatis culmine ruit vita. Quatuor habetis mortis rationes. Nemo subito evadit sine crisi, ubi morbi hyparxis materia vitium agnoscit: sed multi sine crisi subito intereunt. Mortis enim (vel extra crisin) causa est triplex, inflammatio inducens meraſmum: venenata qualitas, qualis micat in pestiferis febribus: & translatio symptomatica, quæ fit dum ignobilis pars succos, quos continet putredine labefactatos, in partem nobilissimam effundit. Præsensio autem lethalium crisium, num scilicet sint futuræ, & an hoc vel illo die, & num ad mortem vel deterius solum eventuræ, difficilis præsagitu. nam, ut triumphalis natura exsplendescentusque suis opibus certi sunt motus; ita evicta incerti, ac propterea fere incogniti. Mortis causa triplex.

Postquam itaque exploraveris ex certis notis, morbum calamitosum esse; num ea calamitas crisi consectaria sit futura, deprehendes ex virium constantia. nam si vires hebescant, ac morbi motus ignavescat, & cruditatis si omnia plena adhuc fuerint, crisis nulla erit expectabilis. Sin vires emicent, cum motu celeri morbi, &

quid

quid cocti appareat, natura crisin tenta-
bit. In calamitosis morbis, licet perpetuo
morbus prævaleat viribus humanis, non
tamen necessitate quadam vires languere
æquum est. Tempus calamitosæ crisis, ex
perspicientia universalium morbi tempo-
rum præsenties. Verum pernicioſa crisis
raro vigoris in tempus surgit, sed in aug-
mento potius vitam abrumpit, nisi aliquis
dies eam expectandam esse denunciarit;
ægre diem ejus quo historiam suam absol-
vet, deprehenderimus. Vt si quarto die ne-
bula nigra in urina conspiciatur, catera-
que calamitatem designent, sine spe sana-
tionis hic erit: Si itaque imparibus diebus
moveatur morbus, septimo die crisin ini-
bit: si vero paribus, sexto. Certiorem mor-
bi motus eventum reddet: nam si celeriter
feratur, sexto; si tarde, septimo die crisin
faciet. Verum si indices dies de mala cri-
nullum symbolum eduxerint, ægre tempus
crisis dignosci poterit. Attamen si accura-
te deprehenderis quantum natura triumphata sit à morbo, morbificaque materia
atroces q3 paroxysmorum afflictiones pon-
deraveris ad naturæ restibilem vim, mor-
tis diem præsenties. Si enim multu para
sangis superet morbus, mors cita veniet
alioqui tardius. Vt; sit atrox morbus i
citubantibus jam viribus: eo die quo pa
roxy

roxysmus venit, morietur: & ea hora in quam paroxysmi augmentũ vel vigor incidit. Sed ne nescias num in augmentum, an potius in statum mors incurret, animadvertes quanam paroxysmi parte ac hora atrocius incurri ac quassari male soleat ager; de hac metus mortis esto. Mortis hora ut noscatur.

Idea quanam opprimetur in exitiali crisi, docebunt ea, quæ de bona crisi diximus. Num tamen subitanea mors veniet; an solum in deterius facta commigratione paulatim illa obreptura sit, ex morbi vehementia, more, motu, ac ægri viribus internosces. Si enim vehemens fuerit morbus & ejus motus, specieque calamitosus, & vires fractæ, morbusq; crisis capax sit; ipsa subito internecionem adferet. Sin contraria adfuerint, illaq; moderatiora fuerint, primum subito in deterius abibit, mox sensim mors veniet. Mortis quæ citra crisin invadit, sineque perturbatione, excretione, & abscessu, nota est, virium prostratio, coctionis nullum vel tenue indicium, vehementia si his accidat, & motus celer. Paulatina mors in augmento vel statu universali solum veniet. quæ subitanea est, ineunte morbo incumbit. Diem videbis, si quantum naturam morbus vicerit, deprehenderis, & vim paroxysmorum examinaveris, ut ante admonui. Quali morte. Tempus mortis.

Mors

Mors quæ ſine criſi accedit, quovis paro-
xyſmi tempore incumbere poteſt. Si itaqu
de ſubitanea morte metus ſit ob ſucci craſſ
vitium, aut ob conceptam gravem phleg
monem in parte principe, is in ejus paro
xyſmi initio, in quo moriturus eſt, concii
det. cũ nimirũ ſubito rapiuntur intro illi
ſucci, unde præcluditur meatus ſpirituũ
& natura raptim ſuffocatur. At ſi nulli
à ſuffocatione periculum ſit. ſed à paroxyſ
mi atrocitate morbiq; vehementia ſi peſ
fundatur natura, ejus paroxyſmi in ſtatu
in quo vidiſti moriturum ægrum, vit
exuetur: vel ſi ægrius in augmento paro
xyſmorum affligi ſolet, ibi cadet. ita cum
ſenſim moriuntur evenire ſolet. Quod
proſtrata imbecilliq; natura ſtatum morb
ſuperari poſſe putaveris, in paroxyſmi de
clinatione mori poterit, exhauſto vita
nectare. ſed id raro. Clam omnibus illi abe
unt, ac de obitu adſtantes fallunt. alii ſen
ſim examinantur. cuncti tamen à ſtat
paroxyſmi mori incipiunt. ſed pulſus e
deprehendit. In his ita moribundis tempo
re declinationis paroxyſmi, ſubito ſolvitu
calor à ſtatu. Sed in bona declinatione ſen
ſim vehementior fit pulſus, & æqualio
& ordine concinnior: ex adverſo in funa
ſta declinatione; & una tunc cum aliis f
brilis calor expirat, atque melior ſpes na
ſcitu

scitur: mox vero cum ad levandum ventrem surrexerint, lipothymiam incurrunt, & quidam pauco tenacique sudore effuso expirant. Et hæc tertia moriendi idea quæ evenit declinante paroxysmo, tum in his qui sensim, tum in his qui subito eripiuntur, conspicitur.

Mors itaque citra crisin evenit sensim, cum natura aliquantulum reluctatur; & arefactio appellatur: altera, cita mors crisis expers dicitur. Et hæ crisis expertes mortes obveniunt ineunte paroxysmo, suffocata natura ob subitum ad centrum motum; non aliter ac si acervum viridis ligni flammis injicias. vel in paroxysmi vigore, vel incremento, superata natura à vi morbi. aut in declinatione paroxysmi advenit, soluta vi vitali.

Hic manum de tabula. Erat enim propositum viam patefacere studiosis ad medendi præceptoris summi Prognostica, veros præsentiendi fontes, sed non ubique perlucidos satis. Plura ab illis petant, quos hæc non explent. Diligenter sane Galenus, fœlicissime & copiose libris De crisibus hanc historiam absolvit. quibus ille placet, accedatur.

I. HEURNII

INSTITUTIONUM MEDICINÆ

LIBER XII.

DE METHODO MEDENDI

ΘΕΡΑΠΕΥΤΙΚΗ.

CAPUT I.

De primarum & secundarum facultatum vi. & de gradibus qualitatum in medicamentis simplicibus: & qua arte hæc dignoscantur.

SCRIPSIT *Galenus de medendi ratione methodum uberrimam: sed multis, non admodum exercitatis ad usum difficilem: cum nullam methodum communem attulerit, cui cunctos morbos ad sanandum admoveas: sed contra, adhibuit morbus methodum curandi. Nos, ex adverso, methodum medendi dedimus ante annos tres; cujus aram, tamquam Limentini cujusdam*

det

dei, omnes morbi eorumque medelæ, ad redintegrationem sanitatis, necessario examinari debent. non quidem illam à nobis natam; sed à Galeno & Hippocrate, Æsculapidumque familia cultam & propagatam. Hujus jam tenue programma ac exile delineamentum, memoriæ causa exhibeo: quo uno quasi filo illam memoriæ nectas, qui eam legisti: cæterus vero lecturus eam, quo fœlicius in ea versentur, hæc instar synopseos erunt eorum, quæ ibi fuse & plene demonstrantur. Quare per margines numeris ejus capita notavi: ut quibus hæc, ob brevitatem, obscuriora sunt, inde lucem petant.

Sed quia medicinam sine medicamentis eorumq; perceptis viribus facere non possumus, quodque, ut scribit Galenus, methodus medendi & contemplatio de medicamentorum facultatibus mutuo connexu sunt ita consociata, ut neutra sine altera intelligi possit, pauca de internoscendis viribus subdam, moxq; ad methodum medendi veniam. Nam de compositione medicamentorũ eorum quæ nunc publicè usus sunt, libro primo nostræ Methodi ad Praxin, abunde egimus: ac cunctam varietatem remediorum selectissimorum illi inclusimus. Et sane his, qui in medendi methodo versati sunt secundus illius Me-

6. Simpl. De agno casto.

thodi liber ad omnium particulariumm morborum medelas ſufficere poterit. Iamm ad ſimplicium remediorum dignotionemm veniamus.

Facultates remediorum.

Simplex medicamentum appellamus, quod ultro ſoliusq; naturæ opera enatumm eſt: ut cichorium. Hæc peculiaribus dotata ſunt facultatibus, quibus corpus humanum incurrunt: quas actu ſeu ἐνεργείᾳ vel δυνάμει, hoc eſt, poteſtate continent. Actu, quod coram vere munus ſuum edere poteſt; ut ignis jam urit. Poteſtate vero, quod tale eſſe poteſt aliquo tempore: ut venatorem canem appellamus etiam nuperr editum, quod, ubi adoleverit, venari poterit. Ad ἐνέργειαν ut ſurgant plerumque opus eſt remediis aliqua mutatione: quam ſubit à calido, innato noſtro corpori. propterea in tenues partes comminuuntur remedia, & quæ foris admoventur, à frictione imponuntur.

Facultatũ differentiæ

Facultates triplici ſerie interſtinguimus: vel enim ſunt primæ facultates, aut ſecundæ, quæ primarum ſunt conſectariæ, aliæ ſunt tertiæ, quæ ſecundis ſuccedunt: quartæ addi poſſunt, quæ ab his non natæ videntur, ſed uſu ſolum compertæ.

Primæ facult.

Primæ ab exſplendeſcente elementorum ac qualitatum eorum exceſſu dimanant, ut vis ſe ſuper cæteras qualitates efferens calfa-

calfaciendi, refrigerandi; madefaciendi, siccandi; & quæ ex harum consociatione surgunt. Inter hæc ambigit id quod temperatum est. quæ hinc abeunt, non uno id agunt filo: nam quædam levius refrigerant, alia intensius, nonnulla stricto frigore rigent.

In tali ambitu ars, τάξεις & ὑποστάσεις invenit: ordines recte dixerus, quos Gradus jam vocant: Galenus etiam ἀριθμοὺς seu numeros appellat. Ad primam seriem pertinent quæ ab eucrato ita tenuiter abeunt, ut evidenter illud notare nequeas; verũ ita, ut rationis subsidio opus sit, quo alterare ostendantur: ut oleum rosatum obscure refrigerat. Secundi ordinis sunt quæ manifeste absq; demonstrationis ope alterare possunt. Tertio asscribuntur quæ efficaciori vi, tamen non summa, suam qualitatem inferunt. Quarti ordinis esse affirmabimus acria & urentia; qualia quæ vesicas & escharas evocant; & inter frigida, narcotica. nec potest deprehendi siccum quarti ordinis, quod non urat. quamvis tertio in numero quædam sine uredine siccare possunt: qualia sunt astringentia vehementer, ut galla, alumen.

Remediorũ gradus. 5. Simpl. in fine.

Quilibet horum graduum suum habet ambitum ac latitudinem, in quibus coërcetur. quam in tres ordines pragmatici di-

*ſtinxere: ut nimirum ſenſim, tripliciqua-
ſerie auctior vis increſcat ad ulteriorem
gradum. nec enim perinde urit ſinapi, a-
cauterium, licet ambo ſint quarti ordinis.*

Vt noſcãtur gradus, & quid agant.

*Guſtu & tactu dignoſcitur qualitatis
incrementum. ut ſi moderatius exceſſerit
calidum, calorem blandum adfert, rarefacit, coquit, recreatque innatum calidum; & dolores mitigat: ſin validius fuerit, æſtum infert, eſtque ſitiferum; ſiccat, tenuat, exhaurit, incidit, trahit; mordet, ſi craſſæ inſideat materiæ: cum vero nimia vi flammat, in fervorem abripit, erodit, veſicasque inurit. Frigidum ſi non valide à medio abierit, tenuiter refrigerat, condenſat: ſi altius inſurgat, quo potentius eo vehementius refrigerat, calidumq; naturivum premit, denſat, & necroſin infert. Humidum varia ſerie madefacit, mollit, & meabile reddit, copia infarcit, promptumq; eſt in ſtatus: tertium gradum vix in natura ſuperat, ob imbecillem actionẽ. Siccum, ut ejus fuerit vehementia, calidique conſociatio, ſiccat, tenuat, urit.*

Secundæ facult.

Secundæ ſimplicium facultates, ex eorum materia cũ primis qualitatibus unã conſociata ortum ducunt. hæc enim eorum materia eſt tenuis vel craſſa, ut varie dictis qualitatibus pervaditur. unde quædam τὰ λεπτομερῆ, *quod eſt, craſſarum par-*

tium

tium; alia λεπτομερῆ. *hoc est, tenuium partiũ appellantur. Secunda dicuntur, quod cum prima suas operationes ediderunt, postea proferuntur. Calidum calfacit, postea aperit: frigidum infrigidat, postea densat. Tenuia sunt, quæ facile in minimas partes franguntur: contra, ea quæ crassa, dura, solida, lenta: hæc minime friabilia. Galenus primi Simplicium duodecimo, demonstrat leptomeria excellere aërem & aquã: pervadunt enim facile reliqua corpora minutissimis suis partibus. propterea quæ horum naturam redolent, tenuitatem gerunt materiæ; qualia sunt odorata: quæ vero crassarum sunt partium, hæc terrestria sunt. Quæ aërea sunt, vel aquea, facile liquori se immiscent, qua talia sunt: ut odora vis cinnamomi; non æque vis piperis. Ad has secundas facultates referuntur variæ vires, ut rarefaciendi, aperiendi, attenuandi, attrahendi: hæc agunt calore, tenuique materia consociata; sicut repellendi, densandi, claudendi, crassandi, juncta si fuerit crassities frigori; & molliendi, cum accedit his mador; quin indurandi, comite ariditate.*

Emolliendi autem vim habent, quæ cũ modesto aëreoque calore madent. Purificant augent calidi nativi copiam, ita ut qualitatem ejus minime inflamment, & ita ut μαλακτικά.

ὀκπυκτικά. *nec atterant nec augeant madorem: talia sunt emplastica, quæ poros obstruunt. quare hæc minus calent & madent, quam τὰ μαλακτικά. utraque tamen eucraton calorem petunt: sed purifica simillimum corpori; emollientia, paulo majorem.*

πιληρεωτικά. *Indurantia sunt, quæ siccant, absorbendo madorem qui non est ex naturæ lege, citra caloris aut frigoris vehementiam. Sed cum validus calor aut frigus indurant, ab aliena id fit vi, nimirum ab exhausto madore. Fit & durum repletione, ut inflata vesica nam durum dicitur, cui caro nostra moderata cedit: molle, quod eidem carni cedit.*

ἀραιωτικὰ ἢ διαφορητικά. *Rarefacientia seu resolventia dicuntur, quæ poros aperiunt, & corpus rarius reddunt spatiis inanibus. modeste calent hæc, & leptomera sunt, sine magna siccitate; ut chamamelum, althæa. quod vero vehementer æstuat, uredine stringit.*

πυκνωτικά *Densantia, rara contrahunt, & poros adducunt. talia sunt frigida aquea; hoc est, sine strictione, ut portulaca.*

ἀνασταλτικά. *Aperientia, orificia vasorum aperiunt: talia sunt crassa acria; ut capers.*

Constring. *Constringentia, vel constipantia, & occludentia, στεγνωτικὰ appellantur quæ orificia claudunt: talia sunt frigida crassa, sine acredine; ut bolus.*

Tra-

Trahentia, ex imo succos prolectant: hæc sunt calida leptomera, quæ calent & arent secundo ordine, modeste trahunt: reliqua potentiùs. Trahentia.

Repercutientia reverberant accedentes humores. hæc frigida sunt in crassa materia, ut acerba, & austera, quale omphacium. repellunt & adstringentia cum leptomeria consociata: ut succus corticum nucum. Repercu. ἀποκρουστικά.

Abstergentia dicta ῥυπτικὰ, siccandi vim habent, cum leptomeria, sive moderate caleant vel frigeant; ut hordeum, mel: cuti, poris, & ulceribus dicata. Abstergẽt. ῥυπτικά.

Expurgantia, ab infarctuque liberantia, viscerum obstructiones aperiunt, ut hepatis, venarum: sicut nitrosa & amara; quale lupinus, absinthium. hæc quamvis leniter astringant, minime ab officio abibunt: quod tamen negatum est abstergentibus; quæ, cum foris admoventur, stricione exiguos poros clauderent, antequam absterſissent: intus vero patuli sunt meatus. Expurgãt. ἐκφρακτικὰ, ἢ ἐκκαθαρτικά. 5. sim. 11.

Attenuantia, sunt calida leptomera; & expurgantia cuncta talia sunt. Attenuantia.

Emplastica, seu illinentia, abstergentibus contraria sunt, poros claudunt: ut pinguia glutinosa, & terrestria crassa sine acredine; ut adeps, oleum, butyrum, li- Emplastica. 1. Simp. 10.

thargyrum, bolus; sive calida hæc fuerint; sive sicca.

ἐμφρακτικά. Obstruentia & Incrassantia, poros claudunt lentore, & crassos humores proferunt.

Dolores placantia. Dolores placantia, vereque ἀνάδυνα & παρηγορικὰ, sunt leptomera, modestissime calentia, & rarefacientia: ut chamamelum, lac tepidum, oleum anethi.

Dolorifica. Dolorifica sunt quæ calore unitatem solvunt: ut rubefacientia, phœnigmi, sinapismi, caustica.

Septica. Septica valde calida sunt & sicca, leptomera: & citra magnum dolorem partem putrefaciunt & corrumpunt. non tamen quicquid corrumpitur, σήπεται, quod est putrescere, dicimus; sed quibus id cum fœtore evenit. nam ab omni qualitatum immoderatione quid corrumpi potest. Septicum est sandaracha, aconitum, pityocampe.

Sapores monstrant primas & secundas facul. Quinetiam saporibus dijudicantur facultates medicamentorũ prima & secunda: hæ ultimæ nascuntur ex temperaturæ ac materiæ consistentia. Vt in primis facultatibus, sic in secundis tres graduum ordines, ex tenui vel vehementi potentia statuimus: ut acerbus sapor, terreus & frigidus, pro vario gradu valide aut modestè refrigerat, stringit, densat, & incrassat.

Novem sapores testes sunt facultatum: tres calidi; acris, amarus, & salsus: tres frigidi; acerbus, austerus, & acidus: tres temperati; dulcis, pinguis, & insipidus.

Acris, δριμὺς, acutus, ferit mordacitate & ardore punctili palatum: quin fauces nonnunquam urit: ut piper, euphorbium, allium. Vesca sunt, quæ una madent, ut nasturtium: cætera ut varie calent & leptomeria valent, ita urinam, sudores, menstrua, & expectorata provocant, si infra tertium ordinem hæreant. hunc si superant, consociata materiæ crassæ, caustica sunt, ut cantharides. & si calido nativo bellum indixerint, σηπτικὰ, putrefacientia & διαβρωτικὰ erunt. Acris.

Amarus sapor lenius quã acris fervet; crassæ materiæ & terrestri insedit. Sunt amara cuncta calida, sicca, terrestria: vimq; habent detergendi, tenuandi, meatusque expurgandi. Avicenna libro secundo Canonis, affirmat amara aperire & incidere: & ariditate sua cum absorbeant madores insolentes, putredines castigandi vim habent. Amarus.

Salsus sapor, calorem gerit, sed minorem: siccitate tamen vegetat, instar cinerum. siccando absterget & purgat, in mediocri stabulatur materia. Propterea salsa modeste pervadunt corpora, digerunt, in- Salsus.

cidunt, abstergent, expurgant, siccando serum absorbent. Sed leviter astringit: alius tamen alio potentius: propterea quidam fœlicius condita perpetuare solet.

Acerbus. Acerbus sapor, στυφνὸς, ponticus Arabum, valide linguam adducit, exasperatq; siccando inæquali quadam vi. Est terrestris & frigidus: ut corna immatura. Prec vario ordine varie refrigerat, astringit, densat, & incrassat.

αὐστηρός. Austerus, Arabibus stypticus, mitior est acerbo, minusque friget & siccat, nec linguam exasperat; ut galla; & malicoriũ uterq; hic sapor astringit & peripheriam corporis densat: nã ratione intentionis tantum discriminantur. Hæc die mitescunt: veterascentes enim acredinem vel dulcedinem contrahunt, deposita una astrictione. Acerbum, ex sententia Galeni, exuitur incalescens, seu humescens, aut utrumque incurrens. Cum solum calescit perennante duritie, dulcescit, ut castaneæ si crasso quodam madore humescat aqueo, austerum fit: sin leptomeria aërea madescat, acescet: sin pariter calescat & madescat, mador aqueus dulcescit, aëreus vero pingueſcit.

Acidus. Acidus gustum pervadit ac ferit, caloris que expers mordet: leptomeria excellit, indeque prompte se trajicit per corpus. Re-

frige-

frigerant acida cuncta, & penetrant facile; incidunt: nam pervasione & incisione non cedunt acribus qua infra tertium ordinem: nec tamen exhauriunt, sed vi frigoris pervadentis influentes succos reprimunt, potentique siccitate hamorrhagias compescunt.

Dulcis sapor, nulla immoderatione molestus, oblectat suaviter ac jucunde. Dulcia expandunt laxando corpora; non tamen aque ac pinguia: aspera mulcent, maturant; materia quandam symmetriam habent; & qualitate madida nobisque affini blandiuntur. mediocritatem caloris obtinent. Nullum enim quod micat dulcedine, frigidum est: quamvis alioqui leniter dulcia perfusa aquosa materia nonnunquam algeant. Dulcis.

Pinguis sapor, lentore palatum imbuit, evidentius calorem nullum spirat; ab obscura tamen dulcedine interdum haud alienus: materia symmetriam habet, nec crassam, nec tenuem: madet, attamen non aquea vi, sed aërea: eucrasia illi adest ex calore & frigore: ut malva, althæa, tragacanthum. Pinguia cuncta laxant, molliunt, humectant, mulcent aspera, oblinunt. Vnctuosus, seu pinguis.

Insipidus est saporis expers, nulla qualitate gustum feriens: ut albumen ovi. ἄσηπος.

Materiam

teriam talia gerunt crassam, terra expertem, nec siccitate astringentem, sed madore quodam rigatam. Emplastica inde cum fiant, poros obturant, aspera mulcent, & distracta conglutinant. Dulcibus hæc etiã (ut & pinguia) sunt congenera: verũ materia horum paulo est crassior crudiorque.

Emplastica.

Ita deprehenduntur facile remediorum vires, ubi unicam qualitatem gustabilem spirant. Cum vero varii sapores sentiuntur, mixta sane facultas, mistam actionem edet; ut aloë: quæ præter validam amaritudinem, strictam vim gerit: unde floret diversa substantia & facultate; amarore enim absterget, & strictione roborat & constringit. Quin subinde adeo varii sapores consociantur, ut nequeas certo cujusvis ideam internoscere. Hic experientia opus est: nam hæc omnes fidelissime remediorum facultates denunciat, ac vere testatur de eorum viribus.

Ex odore.

Galenus quarto De simplicibus, exemplo rosæ, demonstrat odores certo facultates non docernere: quod simplicia remedia varia materia constent: quæ non æque evaporat, nec odoratui se offert. Sed cum rerum odorabilium vapida sit materia, eadem & calida erit. Avicenna etiam à frigore odores nasci ait: sed bene olentes, & mordicantes à calore esse; at qui acetum redo-

Gal. simp. pl. 2. & 3. lib. 3. & 4. lib. ult.

redolent, frigidos. Quæ odorata, ea & leptomera. Inodora, sunt crassa, ut austera, salsa; nec se erigunt ad cerebrum inspiratu. Colores vero nihil certi indicant.

CAPUT II.

De Tertiarum & Quartarum facultatum, in simplicibus remediis vi. & de cautionibus quibusdam huc pertinentibus.

TERTIÆ facultates ex primarum secundarumque consociatione nascuntur. Talia sunt maturantia, pus promoventia, sarcotica, glutinantia, epulotica, callum inducentia, urinalia, menses evocantia, fœtum & secundinas præcipitantia, tussim mitigantia, lac producentia, semen generantia vel obtundentia.

Suppurantia, vel Maturantia, seu Coquentia.

Suppurantia symmetriam caloris habent cum emplastica vi, qua poros claudunt; unde calidi nativi copiam augent; nec tamen qualitatem ejus altius erigunt. ita succos tumore conceptos, illisamq; carnem in pus mitigat calor. Hæc non longe ab emollientibus abeunt; nisi quod poros infarciant, & substantiam potius calidi nativi, quam ejus qualitatem, efferant.

Sarcotica.

Quæ carnem ingenerant ulceri cavo, sicca

ſicca ſunt gradu primo, & modeſte abſq
morſu detergent, & adſtrictionis expertia
ſunt; ut olibanum, hordei farina.

Glutinantia. *Glutinantia ſecundo fere ambitu ſicc*
cant: aſtringunt: media inter ſarcotica &
epulotica. Dicuntur κολλητικὰ, συμφυτικὰ
& τραυματικὰ, & ἕνωσις, *quod cruentis*
etiam vulneribus admoventur.

Cicatricē induc. *Cicatricem inferentia valide ſiccant*
& conſtringunt, citra morſum: unde ma
dorem à carne exhauriunt, eamq; addu
cunt, ac calloſam quaſi reddunt. ἐπουλωτικὰ
dicuntur, quorum alia etiam eſt idea, qua
luxuriantem carnem accidit ſua acrimo
nia. hoc peculiariter καθαρτικὸν *appellatur*
Galeno. Quidam adjiciunt ſiccans citra
aſtrictionem.

Callum induc. *Callum inducentia combinant lacera*
oſſa: nam medius inter os & carnem eſt
callus; optimeque illa conſociat: eſt enim
durus, albus, ſiccus. Quæ hunc faciunt,
ſunt emplaſtica, moderate calida.

Vrinalia. *Diuretica, hoc eſt, quæ urinas evocant*
triplici idea dicuntur; vel quæ ad copiam
urinæ faciunt, ut vinum tenue, taliaque
liquida leptomera: hæc copiam urinæ qui-
dem adferunt, ſed non æque recludunt
meatus, nec ita tenuant, ut vere urinalia
attamen quæ reſtibilia in urinalibus vitiis
hærent ab inopia madoris, nonnunquam
ex

excludunt. Alia sunt diuretica, quæ tenuitate substantiæ abstergent; ut semina quatuor cucumeraria, & halicacabi fructus, radices graminis. fœlix horum usus, dum calore torretur corpus. Tertio sunt diuretica, quæ liquando & incidendo serositatem à sanguine segregant. hæc sunt proprie diuretica: suntque calida & sicca. Num hæc in calculo renum conveniant, quæritur. Hæc sane aperiunt, tenuant, secernunt, & fundunt, ut exinde facile renes prolectent. Calent & siccant ordine tertio; acria, & leptomera sunt, ut semina calida dicta, saxifragiæ, ejusque radices. His, æque ac lac coagulo, tenue in sanguine secernitur à crasso. Vim ergo hæc habent calfaciendi, siccandi, secernendi, & coagendi. Putantur hæc ultima, calculum frangendi vi prædita. non tamen ulla sunt quæ peculiari dote id faciunt alia, quam ea facultate qua viscidum id, quod sabuleta consociat, laxat, incidit, & exigit: nam calculus induratus omnem incursum solventium remediorum eludit. Nec diuretica hæc calculo remediantur. nam, ut dixi, cogunt secernendi vi, idque in calculum æstu suo excoquunt. Secunda, quæ descripsi diuretica, calculum etiam non atterunt: nam quæ ex terrestri materia lentoque succo à valido calore induruere,

Lithontryptica. Calculifraga.

ruere, ea vi caloris aut frigoris invicti manent, sola tritura minuenda. nec qui aspredine valent, incurrere renes possunt ut lapis spongiæ: sed sola meabilia & liquida. Quare saxifraga vere solum sunt, quæ sabuleta solvunt ac exigunt. & ejusmodi sunt hæc quæ vere urinalia appellavimus: & inter hæc remissiora & amara sunt præstantiora. talis est virga aurea, et nuclei persicorum.

ἐμμιγῶν ἀγωγά.

Menses evacuantia calent cum leptomeria, coquunt, aperiunt, tenuant, incidunt, purgant meatus: maxime si accesserit amaror, & gravis odor: nam hæc utrum deorsum fugant: illa, expurgant; ut castorium, chalbanum, matricaria, ruta, sabina, aristolochia, myrrha; & cunctæ fere diuretica. Eadem hæc χόεια, aut ἀδόκια, hoc est secundas excludunt, fœtusque mortuos præcipitant. Hæc autem valida esse debent, calore, leptomeria, gravedinis odoris, acrimonia, & amarore; copiosiusque exhibenda.

Bechica.

Bechica Galeno ad censum veniunt urinaliorum, & ἐμμιγῶν ἀγωγῶν: sunt quæ incidua, tussim lenientia, & exasperantia in tussim. Quæ enim ad crassorum expectorationem faciunt, eadem tussim provocant: quæ vero tenues succos incrassant, tussim mitigant. Etenim quæ expectoran-

ti

tur per ἐκφύσησιν, hoc est, exsufflationem aëris, cum tussi eliduntur. Sunt hæc calida; leptomera; ut scabiosa, nicotiana, hyssopus, prassium, inula, iris. Alia expectorantia quædam sunt nec calore nec siccitate prævalida, sed modesto madore alas pulmonum expandentia, & lenientia, ut glycyrrhiza, passæ uvæ, ficus, syrupus violaceus, pinei nuclei, & semina cucumeraria. his junge papaveris codia.

Lac promovet cibus copia & succo gratus: aliquantulum calidior & siccior, si sanguis pituitescat; sin bilescat, madidior sit dieta. Diuretica mitiora hoc etiam faciunt, ut fœniculum, anisum, anethum: nam quæ hac vi splendent, menses evocant; quod lactis generationi omnino refragatur. Gal. 7. κ τοπ. Lac generantia.

Observandum est in censu simplici remedii, (quod non agit tota substantia, sed qualitate) ut ad primas & secundas qualitates cuncta effectuum causæ referantur: nec dicendum, Hoc aperit hæmorrhoïdes, vel menses, aut calculum educit peculiari vi. Nam unicum simplex remedium varia potentia etiã micat: ut aloë stringendo roborat, & amarore purgat, & sanguinem fundit. Galenus inquit, Aloë valde amara est: & propterea, eodem ex auctore, jecur & lienem obstructione liberat, thoracis Notandũ medicis. Gal. 6. simpl. & 5. simpl. 24. & 8. simpl. de prasio.

racis expectorata promovet, & menses ac
vocat. & quia modeste stringit, vasa pot
terit claudere, sanguinusq; fluxum frena
re. Scribit Galenus, cum sese consociant a
maritudo & strictio in uno medicament
simplici, poterunt hæ facultates junctæ he
par & lienem mundare; mensesq; evoca
re: hæc, ob amarorem, & stringendi v
eadem vasa combinare. Et Galenus unde
cimo Methodi scribit, amaritudinem str
ctioni junctam, ei viam præbere, &, qua
manu, in profunda abducere. nam ama
ra expurgant vias, & aperiunt: sequens
astrictio tunc pervadit, & viscera robor
afflat. Amara itaque modo alvum dejici
endo, modo urinas provocando, vel men
strua movendo, per se, vel per aliud vis
cera purgant: hæc faciunt, farctu liber
do, meatusque expurgando. Et tamen pro
pter strictionem junctam quadam amar
sanguinem sistunt, ut aloë vulneribus in
dita: tamen hiera suppositoriis addita, hæ
morrhoïdes recludit. Quare nec consecta
rium est, Aloë venarum ora claudit, erg
non aperit: nam multa simul facit, ob di
versas vires quibus prædita est. Ita rha
barbarum amarore meatus expedit ab in
farctu, & urinam provocat; acrimoni
incidit, ac ad excretionem stimulat; stri
ctione sistit. Ita primæ & genuinæ facul

Gal. 6. simpl. de Rubia.

tate

tates examinari debent. Hoc sane modo Galeno sat erat quinque libris De Simplicibus, methodum ea examinandi præscripsisse: in quibus ex primis, secundis, ac tertiis pernoscere docet quodque remedium simplex. nam sequentibus sex libris exercitationem solum init præscriptæ methodi; ut nimirum ad illam singula examinari debeant. Quare empiricum esse affirmamus, si quis dixerit, Hoc medicamentum vim peculiarem habet sanguinem sistendi, vel calculum frangendi, lac gignendi.

Experientia ut noscatur simplex remed.

Experientia etiam notatur facultas simplicis remedii. His cautionibus ad hanc opus: Sit remedium examinandum non mistum, & adhibeatur homini sano, vel simplici morbo occupato. Sit id remedium sincerum, non alia qualitate, quam sua, imbutum: & discerne quid sua vi, quidq; per aliud moliatur. Huic si judicium accesserit, firmior experientia erit: attamen multa judicium fugiunt, qualia ea quæ substantiæ essentiæ consectanea sunt, usui soli exploranda.

Quartæ facultates.

Quartæ remediorum facultati hæc quæ substantiæ seu essentiæ singularē proprietatem sequuntur, asscribi solent. Sed hæc nec primis, secundis, aut tertiis suas vires acceptas ferunt. quare in Methodo medendi vix locum habent: usu solo comperta.

ta. Dicuntur hæ occultæ, specificæ, latentes: ut quod magnes prolectat ferrum: ita venena θηλητήρια. Aspis soporifico veneno in perniciem trahit hominem. ab haimorrhoo demorsis, sanguis undique profluit. rabido cane hydrophobia. Ita suis quæque modis in ultima trahunt. Cantharides vesicæ; lepus marinus, pulmoni; cerebrum felis, hominis cerebro bellū indixere. adeoque plurima variis modis sunt pernicioſa. His medentur peculiari etiam vi, theriaca, & alexipharmaca. Theriaca resistunt ioζόλων ζώων venenis: nam θηρία dicuntur hæc animalia Græcis. Huc pertinent θερά ἀμματα ac ἀποτρπαῖα, appensa aut alligata. Latinis amuleta ab amoliendo, quod venena & maleficia fugent. Alexipharmaca dantur intus ad deleteriorum vim frangendam. Hac vi agunt & pharmaca purgantia: & ea quæ sympathia & antipathia se amant aut oderunt.

Amuleta. Appensa. Alexiph.

De medicamentis hæc satis. Iam ad Methodum; cujus ductu, tanquam certa Cynosura, hæc in usum duci debent, & cetera cuncta instrumenta quæ arti medicæ suam operam dicarunt.

CA

CAPUT III.

De medici officio. Quid sit Methodus medendi. De indicationibus, quid eæ, & quot. Ut morbus, ejusq; causa, & pars ægra deprehendantur. De prima Indicatione, quæ ducitur ab affectu simplici vel implicito.

IS *sane medicus salutiferã manum porriget ægrꝝ, qui loco, jure, & accommodate remediis uti norit. Noscet hæc is, quem non fugit, quodnam remedium cuique optimum sit, & qua copia, qualitate, tempore, & modo cuique in usum flecti debeat. nesciunt hæc, quibus incognita est methodus medendi. Hæc docet curandum esse tuto, celeriter, & jucunde. Tuto: ne lædas. recte Hippocrates,* μηδὲν εἰκῇ, τύχῃ μὴ πίσθυε *libro de arte ait,* μὴ τόλμῃ μᾶλλον ἢ γνώμῃ: *quod est, ne temeritate potius quam consilio. & Biantes,* * Νόει, καὶ τότε φράζε: *sane* ἐπισφαλὴς σφετέρισια. *Cito: sed ne quid temere: nec tamen temere cunctandum. Pulchre olim Cleobulus Lyndius,* * βιαμηδὲν φράζεσθαι, ἀλλὰ καιρὸν γνῶθι: καὶ κινδύνου φειδίμως. *Iucunde: nec onera remediorum pondere ægros; & sint, ut res fert, jucundissima; alioqui* * μὴ τὰ ἥδιστα, ἀλλὰ τὰ βέλτιστα,

Officium medici.
* id est, considera, & postea rem aggredere.
* nihil pervim agere, sed occasionem tuã de agnoscas: & periclitare prudenter.
* quod est optima, & non iucũdissima præscribas.

τιτα, *ut consulebat Solon : etenim à mo*
medicina quæ consenuisse videbantur, r
soboleſcunt. & Hippocrates libro De ar
ait, ῥᾳστώνῃ μᾶλλον, ἢ βίῃ : *facilitate potiu*
quam vi. His suis officiis satisfecerit is m
dicus qui methodo medetur.

Quid ſit Methodus med.

Eſt *itaque* METHODUS MEDEN
DI, VIA generalis, cunctis particular
bus communis, artificioſa, certa & ex
cta, inveniendi per indicationes & in
tentiones, quo remedii genere in qual
tate, copia, tempore, & utendi modo
morbo cuique ſit medendum.

Indicationes. Contra indic. & coindic.

Methodus hæc omnem curandi ratio
nem ducibus quibuſdam abſolvit. hi ſun
Indicationes : quæ numerantur ſedecim
Eſt *autem* Indicatio, rei agendę inſinua
tio; *vel* comprehenſio rei juvantis & nc
centis. *Sed* Intentio vel Coindicatio e
illud quod non primo, ſed per aliu
oſtendit & admittit id, quod monſtra
ipſum indicans. *ita vires indicant v*
ctum, & miſſionem ſanguinis admittunt
ſic ætas, ſexus, conſuetudo. Contraindica
tio eſt quod impedit primo, quod ab ind
catione ſuggeritur: ut fracta virtus ven
ſectionem prohibet aut moderatur, quan
indicatio ab affectu interdum ſuadet
Hæc eſt ſeries Indicationum. Sumitur in
dicatio.

1. Ab affectu contra naturam: hoc est à morbo, causa morbifica, & symptomate.
2. A temperie totius corporis ægri.
3. A parte morbo obsessa.
4. Ex viribus ægri.
5. Ab aëre ambiente.
6. Ab ætate.
7. A consuetudine.
8. A peculiari cujusque natura.
9. A sexu: mas, an fœmina.
10. Ab exercitio, vitæque instituto.
11. A morbi longitudine vel brevitate.
12. A quatuor morbi temporibus.
13. A paroxysmis morborum.
14. A solemnibus naturæ functionibus.
15. Ex remediorum viribus.
16. A syderibus.

His certis ducibus absolvitur in cunctis morbis curatio: tantumque medicos fallet curatio, quantum ab his recte in usum trahendis abierint. Prima indicatio contrarium docet remedium: reliquæ illud admittunt, vel renuunt, aut poliunt accidendo, ut præstantia harum fuerit. Signa morbi, & ejus causæ, partisque obsessæ.

Vt ad primã Indicationem veniamus, ejus materies, id est, affectus præter natu-

Ex 3. Methodi. 3.

ram primum cognitus esse debet. Noscitur is ex symptomatis: hæc hærent in corporis mutatis accidentibus: in qualitate, charactere, & mole: excrementis, & actionibus. Ex his noscimus affectum, ut morbum, ejusque causam, morem, & magnitudinem: partemque affectam. Roga ex ægro num prima qualitas molesta sit, calore, madore: & num totũ corpus vel pars hæc infestetur. Dein de secunda, ut mollitie, asperitate. Tertio num dolor toto vel parte se fundat: & qualis sit ille dolor: nam variat ex idea materiæ dolorificæ, & partis dolentis, & harum ambarum: de quo in Methodo latius scripsimus. Quarto, (si ex his affectus & pars affecta se non prodant visu num se conspiciendam proferat qualitas, perpendemus. Color totius, vel partis pervestigetur, maxime faciei & oculorũ ubi etiam character & moles perlustrabitur. Ita transiges de aliis qualitatibus quæ gustu, auditu, sapore, odore notantur. Si nullam symptomaticam deprehenderis qualitatem, de excrementis interrogabimus; & earum examinabimus substantiã qualitatem, quantitatem, tempus, & modum excernendi; & maxime, num solemnis aliqua evacuatio sit suppressa, ut menses, alvus, urina excrementum semper ideã gerit partis unde dimanavit. Si ne

Tactus qualis,

Visu notata qual.

Excrementa,

it

ita aperiat se affectus & pars ægra, deveniemus ad examen actionum læsarum. Rogabimus de actionibus animalibus, ut num perierint, aut labefactatæ sint, vel depravatæ: an sensus & motus stupescat: & de principibus, ut imaginatione, cogitatione, & memoria. eodem modo examinabimus vitales, & naturales actiones. Morborum etiã sedem ostendunt actiones læsæ: & quæ excernuntur; nam aut sunt particulæ afflictarum partium, aut quid in ipsis contentum, aut excrementa: partibus adnata: propria symptomata: causæ præcedentes: color: tumor: doloris species & magnitudo: quæ lædunt, & juvant: partium societas. Cum ex his deprehensa fuerit pars ægra, distinguendum erit num ex se, vel ex alterius partis consensu ægrotet. Consensu ex triplici causa trahitur: generis similitudine, operis societate, & vasorũ communione. Cum pars primario affectu laborat, ejus affectio nihil intermittit: nec increscente alterius partis affectu augetur, sed quovis etiã alio mitescente perseverat: ac illi accommodata præsidia juvant. & examina partem quæ in suspicionẽ venit ex lege symptomatum. Ad suspicionem consensus facit vicina pars ægra, & eidem usui dicata, & quod prædicta societate cognatæ sint. Observandũ ut primum

Pars affecta ut noſ.

Obſerv.

mum examen ineatur ab illo symptomate e
quod ægro maxime in querela est: vel quod
ex natura præsentis temporis, regionis, ata-
tis, & tēperiei suspicabimur maxime fati-
gare ægrum. Vel, ab illo incipe, cujus suspi-
cio adest, ex rebus prægressis enata. Vltimo
si jam ex morbo laboravit, de eo ejusve af-
fini metus erit. His adde res naturales, &
alia quædam; quæ alibi fuse enarravi.

3. Lib. Metho. 3. Ex 3. Metho.

De primæ Indicationis prima parte, quæ ab affectu morboso.

Morbo deprehenso, ei decernatur con-
trarium remedium: nã cuncta pereunt à
suis contrariis; quemadmodum à simili-
bus servantur. Vnicuiq; autem rei, unum
tantum est contrarium. Quare tot erunt
remedia, quot morborum ideæ. affectus
autem alii simplices, alii sunt compositi;
ergo & talia remedia erunt. Implicantur
affectus varie, ut alibi diximus.

Methodus in affectibus implicitis.

In implicitis affectibus vide quot mor-
bi, causæ, & symptomata sunt consociata;
dein, num is morbus per se, vel alterius
consensu enatus sit: nam qui per se, si au-
feratur; alter, ejus soboles, ultro cedet.
Tandem speciem morbi notabimus. Vlti-
mo, si impliciti fuerint contrarii, urgen-
tiori validiora auxilia adferemus: & alia
indicationes consulendæ, num hac admit-
tant. Sed deprehensis affectuum natura
implicitorum, tria ut bene curentur ob-
servabimus, ordinem, & tempus medendi

&

& remedii quantitatem. Ordo debetur implicitus, ut noſcamus à cujus affectus debellatione ſit exordiendum. Tempus vero medendi, & remedii copia ſimplicibus etiã affectibus debentur. Ordinis tecmarſin huic regulæ fere incluſimus: Concurrentibus multis indicationibus, exordiendum ab ea eſt, quæ cæteras vincit: vel ſine qua nihil effici poteſt: (*ita cauſa morbi primum excidenda quam morbus; & inter cauſas ilico externa, dein antecedens, mox continens:*) vel à qua omnia ſymptomata dependent. *ſi hæc uſum non habent, cunctis affectibus implicitis temperatione quadam remediorum ſtudebimus. hoc olim exemplis demonſtravi. Hæc de ordine: jam de tempore exhibendi.* Ordo. Tempus.

Vt genus remedii venamur ex affectus genere, ita tempus adminiſtrandi remedii intelligitur ex temporibus affectus: nam affectus per ſua tempora mutatio, remedii faciem mutat. ita ineunte phlegmone reprimimus frigore ſtricto: ea vero conſiſtente, digerimus calidis. Iam de quantitate.

Quantitas qua remedium in uſum duci debet, affectus quantitate indicatur; (nam illi reſpondere debet) ut intelligamus quo gradu receſſus, mole, quoties, & quandiu adhiberi debeat. Sed unde magnitudinem affectus noſcemus? ex ſympto- Copia.

matum vi, natura agri, quantum ex hisi mutata, & ex rebus non naturalibus. Sed eſtne tutum integro affectui remediari valido remedio: an potius ſenſim agendū ?
1. In levioribus malis par remedium, universum morbum ſubmovens, ex uſu erit: *nam leve erit.* II. In extremis & periculoſis morbis ineuntibus, valentiſſimum adferatur remedium. III. Morbi mediocres, ſenſim blandeque pellantur mediocribus remediis.

CAPUT IV.

De prima primæ Indicationis parte. De cauſa morbi antecedente, & de ejus Averſione, & quo modo, quoq; tempore ſit admovenda. Et de cauſæ hujus antecedentis Alteratione, cum vitium fecit in prima & ſecunda qualitate. Et ut ſit PURGANDA cauſa antecedens. Quaque tecmarſi ea ſit PHLEBOTOMIA eximenda.

Ex Methodi 3. lib. 6. MORBUS *debellari nequit, niſi ejus cauſa accidatur: quare ut ea ſit eximenda, jam docebimus. Ex tribus corpus noſtrum conſtat, partibus, humoribus, & ſpiritibus. Partibus morbi, humo-*

humoribus causæ morbificæ, functionibus quædam symptomata consedere. Humor vel proxime morbo adhæret, ut in causa continente: vel morbum fovet, & continentem causam efficit; diciturque causa antecedens morbi. de hac jam primo agã, ut tractari debeat per morbos cunctos Causæ morbificæ, ut dixi, in humoribus stabulantur. hi triplici idea perennant in sua natura; quod perseverent in loco sibi à natura dicato, genuinaq; qualitate, & copia. unde & triplici ratione in vitio erunt; quoties extra lineam à natura præscripti loci, qualitatis, vel quantitatis abierint. Inde enata fuere tria summa remediorum genera causæ antecedenti dicata; Aversio, Alteratio, & Evacuatio.

EST AUTEM AVERSIO, QUÆ ETIAM REVULSIO, & *Græcis* ἀντίσπασις *appellatur, (humorum exagitationi, & eorum præcipiti motui dicata)* tractio ruentis humoris ad locum oppositum, procul ab affecta sede, recte, & convenienter facta: ut pars afflicta ab ejus incursu tuta esse possit. *hanc definitionem in Methodo nostra explicavimus. Ita revellimus humorem illum, qui fertur per loca lege naturæ incommoda: ut recedat, ea, qua incedit, via; ita ut in originem, ruentem succũ retrahamus. Dũ fluit humor, Revulsioni locus est.* Revulsio.

Instrumēta eius. *Peragitur venæ sectione, cucurbitis, hirudine, vinculis, frictionibus, enemate, glande, lotione calida, gallinis calide admotis, fimo columbarum, smegmate, cæteriuque calorificis & dolorificis.*

Et recte, hoc est κατ' ἰξιν, per rectitudinem longe abducit ruentes succos Revulsio. intellige rectitudinem naturalem, non mathematicā, quæ secundum venarum peragitur cursum rectum: ita hepatis gibba per urinas; cava, per intestina revellimus. vel sequimur rectitudinem diametrii sive situs: hoc est, dum trahimus recta lineæ in longitudine, latitudine, vel altitudine. Servandus semper situs in revulsione: si accedat vasorum commercium, erit fœlicior aversio: nam venarum & fibrarum cursus rectus, facit ut facilius & copiosius humores effluant: exemplo est pleuritis. Sed cum nulla vena recte à dextro latere in sinistrum concedat, (& è diverso,) situm diametri oppositum captare non licet, ut ad dictum finem veniamus.

Tempus cius. *Et hæc convenienter fieri debent; hoc est, ut observetur revellendi tempus, & modus. Tempus revulsioni est, cum jam fluit, vel cum jamjā fluxura est materia in partem aliquam. Modus revellendi hac cautione inibitur; ne pravā materiam retrahamus per partem nobilem. In suspi-*

Modus & cautio.

cione

cione futuri fluxus, qui metum magni morbi adfert, integra diametro utemur: ut si à vertigine de apoplexia vereamur, cauteria cruribus inuremus. Sin fluxus materia morbifica jam incepit, per mediam diametrum revellemus. hoc fit partim derivando; ut in pleuritide, ejusdem lateris pertusa vena in brachio. Nonnunquam enim eodem remedio revulsioni, derivationi, & evacuationi satisfacimus: nam fluenti debetur revulsio; at influxa, evacuatio ex propinquo loco. Quare notandum num simplici revulsione tantum opus sit, vel una derivatione, & evacuatione. Ita cum motu in vitio sunt humores, castigari debent, alioque flecti causa antecedens.

De Alteratione Causæ antecedentis. Ex Methodi 3. lib. 3.

QUODSI QUALITATE A SUA SYMMETRIA DEFLEXERINT HUMORES, *qui causa antecedentis rationem habent, pristinæ qualitati reddi debent; vel primæ, sive secundæ. Inde varia remedia alterantia necessitas invenit, calfaciendi, humectandi &c. raros condensandi, tenues incrassandi, acres illinendi, viscidos abstergendi, lentos incidendi: & si motus una adsit præceps, simul astringendi. Horum omnium genus est* Alteratio: *quæ est* Alteratio quid. status unius in alium statum commutatio, ab alteratione facta; ut amissa succorum

qualitas, pristinæ suæ qualitati restituatur. *Ita, ut si humor duobus numeris ad frigus abierit, hunc revocabimus ad pristinam legem, remedio quod binis numeris fervet. Quæ vero remedia singulis à qualitatibus micent, & quo earum ordine, alias tradidimus. In secunda qualitate si humor à sua symmetria deflexerit, secundis qualitatibus in pristinam temperiem revocandus erit: quod fit densando, illinendo, rarefaciendo, abstergendo, incidendo, emolliendo, indurando, laxando, obstruendo. Quæ sit horum cujusque definitio, diximus in methodo medendi; ubi etiam ut quisque humor alteretur, enarravimus.*

Causa antecedens ut sit purganda. Ex Methodi 3. lib. 8.

DIXIMUS HUMORES (*in quibus causa antecedens morbi*) *à sua natura abire cum qualitate, loci mutatione, vel copia in vitio sunt. quæ remedia eorum motui, quæ qualitati mutatæ debeantur, hactenus proposui jam ad copiæ vitia. Si materia nec victu, nec alterantibus remediis in genuinum statum revocari poterit, excludenda erit è corpore: hoc fit, utili cum inutili rejecta, Phlebotomia; vel inutili tantum, Purgatione.*

Purgatio quid.

Purgatio, est humorum qui qualitate in vitio sunt, evacuatio, (*artificio comparato ad imitationem naturæ,*) per loca le-

ge

ge naturæ consentanea, nec ex eventu dissentanea.

An purgandum.

Primum perpende, num sit purgandum. Purgabis, si quid desideres in quinq; conditionibus his, quæ ad absolutam morbi crisin exiguntur. Si restibilis materia (cujus nota est amaror oris) ab imperfecta adsit crisi. Secundo, si materia apta parataque sit purgationi; ne fiat via vi, sed sine offensione partium placide, inoffensoque cursu humor ad exclusionem feratur; utque naturæ expellenti & remedio trahenti cedat: ita hanc exclusionem æger feret alacriter, ut mox dicam. Tertio si loca purgationi servientia fuerint afflicta, per ea non purgabimus totum: & si per loca lege naturæ non consentanea feratur humor, per alia loca eum evocabimus. Quarto, si humor qui in vitio non erat, excludatur. Quinto, si non fiat, ut debet à natura, recto tramite. Vel, si nulla sperabilis crisis, cacochymia exigatur: ut si cui febris experti, cibi fastidium, cordis morsus, vertigo tenebricosa, & oris amaror oborta fuerint, hunc sursum purga.

Quæ notanda ad recte purg.

Cum constiterit purgandum esse, laborandum ut ea [purgatio] recte instituatur: id ut fiat, quatuor resrite perpendere debemus; Affectum præter naturam; Partem ægram, & vias per quas duci debet hu-

humor; Medicamentum quo utendum; & Circumstantias.

1. Affectus. AFFECTUS itaq; gratia videbimus, Quidnam purgandum sit, Quantum, & Quando.

Quid. 1. QUID, hoc est, quis succus purgandus sit, & qua ejus natura, an sit coctus & separatus; num efferus & freni nescius; (sive is simplex, sive mixtus fuerit;) ut suum illi pharmacum detur. & una videndum quis jungat se affectus; ut si febris, frigidis pharmaca temperabimus.

Quantum. 2. Qua copia humor purgandus; (hoc est, quanto pharmaco opus sit) dicet affectus quantitas, & locus in quo morbificus humor situs est: nam alvo debentur lenia; venoso generi mediocria; habitui corporis maxima pharmaca. Verum hæc quantitatis & situs cognitio humoris morbifici, non exacte pharmaci adhibendi quantitatem, qua in usum flecti debeat, demonstrant: verum circumstantiæ, de quibus mox, hoc una definient.

Quando. 3. Copia deprehensa, decernendum quo tempore sit purgandum. Hoc intelligemus ex materiæ morbificæ mitigatione, & ex ejus impetu, anni tempore, & morbi die. Cocta materia purgetur, non cruda. Sed quædam materia est pepasmi expers; eaque duplex: Una segregata à concretione sanguinis,

guinis, ita in catarrhis, ictero, dysenteria quadam, colico dolore, & in hydrope, aqua: hæc illico excludenda: Altera, quæ vitium fecit corruptione propriæ substantiæ, ut succi turgentes, pestiferi, & cancrifici. hæc etiam est pepasmi nescia. Pepasmi difficultas consistit in materiæ contumacia, meatuum angustia, & naturæ infirmitate.

Sed estne purgandum ineunte morbo? Sane, si purgationis eget corpus purgationi jam paratum; hoc est, ingluviei expers, nõ μεγαλόστλαγχνοι, nec incendio flagrans, aut phlegmone interna occupatum, urina ab æstuanti rubore libera. Nam opus est ut corpora purganda, fiant meabilia. Sane triplici cautione opus est ad omnem purgationem: meatuum libertate, materiæ præparatione, & naturæ vi: nam hæc reddunt corpora εὐπεπτα, faciuntque ne fiat via vi, sed ut sine offensione partium, placide inoffensoque cursu humor ad exclusionem feratur; utque naturæ expellenti, & remedio trahenti cedat. nam ut sunt coctionis, ita tantum purgationis gradus esse debent. Si hæc absint, æger damnis augebitur: cum nec naturæ expellenti, nec pharmaco trahenti cedet: ut si sit materia lenta, & non separata. si acris, temperetur, ne rodat vias. Tenuis materia si cocta,

Quæstio, an initio purgandũ.

cocta, excludatur; si cruda, in crassitiem coquatur; si crassa sit materia cruda, coctione attenuetur. Præparatio (quæ dicata est qualitati materiæ) peragitur calidis, frigidis, incrassantibus, attenuantibus. Nam etiamsi cocta sit materia, & non rite præparata, ante purgationem paranda erit: ut crassa, quamvis cocta, attenuanda: Sin sit coctionis expers, & segregata à sanguine, ilico purga. Coctio autem (quæ formam respicit materiæ) secernit bonum ab inutili: id fit à calido nativo: hoc ergo erit erigendum, & calor præter naturam fugandus. Videndum itaque quo modo coqui materia debeat, & quæ sit totius corporis temperies. Dein, ad rite purgandum ineunte morbo, humorum motus & quies erit perpendendus. Ruunt illi bifariã: vel circumfluunt per corpus totum, efferi hospites, nulli parti grati; aut in unam partem feruntur. Priores ilico excludendi; nam initio morborum turgent. Si in unã partem ferantur, necdum consederint istic, purgandi. eodem modo si jamjã succus fluxurus sit, & ob aliquam causam venam pertundere non licet, &, si vires, ætas, tempus renuant phlebotomiam, purgabimus. ita fiet revulsio, & motus continebitur morbifici humoris. Quodsi parte considens materia, loco sit mobilis, purgari pote-

poterit: at membro altius concepta, renuit pharmaciam; & si præscribatur, prædium humidi primigenii elidet. Quare materia cruda, restagnans, semper coctionem expectet nam citra periculum cunctatur, dum partim coquatur, partimque expellatur. Tandem nota num pauci vel plurimi adsint humores; & num validi morbi pericula minentur. Si pauci & crudi, ocium agant: natura enim cedent. Sin copia luxurient, utrumque malum erit; purgare crudos, & discrimen ab aucto morbo expectare. Vita ergo majus malum. Quid ages? Si purgatio plus incommodi, quam inde utilitas commodi videatur allatura, supersedendum. Sin vehemens influxus periculum minetur, purgetur, si purgatione eget. Vltimo, perpende num valida flagret febris; nam illa reformidat hanc vim: sin ignavescat, licet. ita videtur ambigua quæstio hæc dirigi posse. Præterea Tempus veris & autumni, hujusque similes dies purgationi sunt apti. Austrina aura fundit corpora & succos. Aër serenus securior purgationi.

SECUNDO, IN PURGATIONE NOTANDA EST PURGANDA PARS, ET VIÆ PER QUAS *duci debet humor. Quo is vergit, duci debet, per loca lege naturæ consentanea, nec ex eventu dissentanea:* II. Partes per quas.

affli-

afflictis enim non danda est afflictio. Consensus etiam vasorum vias purgationi indicat; & peculiaris cujusque natura, ut illa purgare assueverit.

III. Circumstantiæ. Virtus.

TERTIA CAUTIO PURGATORIA DUCITUR A CIRCUMSTANTIIS. *Inter quas prima est virtus. Hæc vel floret, aut languet. Si illa vegetat, verum corpus cacochymia omnino sordescat, (ne turbentur succi, & spiritus exhauriantur) sensim erit purgandũ. ita hydropicorum prolectat aquas Hippocrates. Sed cum in florida virtute, pauca cacochymia fatigat, raptim purgare licet: maxime si cocta sit materia, & viæ in alvũ pateant. Cum Virtus languet, id eveniet ex naturæ oppressione, vel resolutione. si ex oppressione, paucis purgãdum; restibile, per epicrasin exhauriendũ. si ex resolutione, sola epicrasi utendum. Periculosa est purgatio, cum corpus à morbo languet: aut cacochymia cum luxuriat, vel imi ventris partes si extenuentur, aut si latitet abscessus in imis visceribus.* Ætas. *Ætas inter circumstantias etiã est. Senes & pueros non purgabis vehementibus remediis.* Ingravidatio. *In ingravidatis etiam mulieribus religiose transigendum initio & fine gestationis.* Habitus corporis. *Qui corporis raro sunt habitu, parce purgandi, ut macie aridi. calidi & humidi facile pharmaca ferunt; non ita frigidi*

& humidi, ob venarum angustiam, & spirituum inopiam. Bilis ex bilioso corpore agrius, ex pituitoso facilius exigitur. Aër. Aëris temperies etiam notanda. æstate propinentur pharmaca cum frigidis. infausta hæc sunt dum flagrat æstu cælum, effœta vi caloris natura, ac ad peripheriam corporis præcipiti calido nativo. Et strictum frigus hybernum agre succos demittit, densatis meatibus. Assueti etiam pharmacis, eorum vim ferunt lenius. Vitæ genus durum, levem medicationem non sentit. Consuetudo. Ars.

QUARTO, PHARMACUM RITE COMPARATUM ESSE DEBET, ut rite peragatur purgatio. Misceantur ὁμοιότροπα, hoc est, affinia vi, eodemque tempore purgantia, ne purgando se antevertant. & * εὐώδια misceantur, ne stomacho nobis sint: attamen purgationem non impediant. non etiam sint urinalia. Sint peculiaria succis morbificis: lenia, alvinæ regioni: mediocria, venosæ; valida, habitui corporis decernantur. In pharmacis nota qualitatem, quantitatem, tempus admovendi, & utendi modum. Qualitas, ut calfaciendi, stringendi; occulta, stomachica. Quantitas decernitur ejus, à morbi vi, & natura corporis, viriumque robore; partis conditione in sensu, substantia, officio, formatione, situ, & societate. Tempus IV. Remediũ. * grati odoris. Vsus remed. rectus.

&

& occasio ducuntur expræsentia affectus, viriumque robore admittente, & naturæ humoruque motu: nam, alia ineunte morbo, alia progresso conveniunt. Vtendi accipitur modus, ab humoris natura & motu ad nobiles vel ignobiles partes: & à motu morbi: & à via per quam educi debet: & ex remedii vehementia. Quæ autem notanda sint ante usum pharmaci, quæ in ipsa exhibitione, quæ post propinatum pharmacum, & quibus cautionibus dari debeant: & superpurgatio ut domanda; & symptomata atrocia ut lenienda, quæ purgationi superveniunt: & cur quædam non purgent, alibi latius enarravimus.

Methodū 3. lib 8.

Duo autē sunt signa justæ purgationis, agri alacritas, & humoris morbifici exclusio; adde sitim ab exhaustione aliquam roscidi humidi. Aretæus, quia stomacho & viribus laboriosa purgatio est, Hac peracta, inquit, vini paululum bibat, & alia in cibis jucunditas concedatur.

Capite de melancholiæ cura.

Causa antecedens cū peccat copia, ut vacuanda sit Venæ sectione. Ex Methodi 3. lib. 9.

HOC ITAQUE MODO CAUSAM ANTECEDENTEM, cum copia, eaque contaminata, in vitio est, excludimus. Sed si illa sola copia noxia fuerit, venæ sectione emittitur: id cum sit, utilis succus junctus inutili simul exhauritur. Venæ aperitur ad revulsionem, & ad vacuationem causæ antecedentis, amotionem con-

junctæ

junctæ, temperamenti redintegrationem, & materiæ morbificæ præparationem.

Quid phlebotomia.

Phlebotomia est totius corporis evacuatio à sanguine, venæ solutione apte facta, quo humorum symmetria convenienter corpus fruatur. *Nam ut cacochymiæ purgatio, ita plethoræ (id est, plenitudini succorum sanguineorum) phlebotomia dicata fuit. duo maxima remedia. Hæc junctim nonnunquã locum ac usum habent, ubi una cacochymia & plethora premunt. tunc à phlebotomia auspicanda curatio: modo ventriculi vel venarum primarum vitio, malum obortum non sit.*

Vt apte fiat, quatuor notanda.

Phlebotomiæ ut recte usus ineatur, quatuor notari debent: Affectus; Locus per quem sit evacuandus sanguis; Circumstantiæ; & Instrumentum.

1. AFFECTVS. Quis.

PRIMO IN AFFECTU OBSERVABIMUS. *Quis, Quantum, & Quando. Quis itaq; is affectus, in quo emittetur sanguis? Is erit magnus jam, vel mox futurus: nam imminentes arcentur, quibus præsentes curantur. Magnus est, sua naturâ, ut phlegmone; vel symptomatũ vehementia, ut parotide juvenis; aut causæ immanitate, ut senes ex febre: sive pars quia princeps est morbo obsessa. Ita magnus morbus, qui vehementer & non diu affligit, Phlebotomiam evocat. Inde Hippocrati qua-*

quatuor sunt causæ mittendi sanguinis, Inflammatio, metastasis, dolor, & obstructio: omnes maximorum morborum auctores. & nihil est quod aque hæc pericula accersere solet ac plethora: quæ sane peculiariter vena secta acciditur. Pax ergo sit à sectione venæ, ubi corpus cruditate obsi detur. In anniversarius morbis plethoricis imminentibus, & in solemni evacuatione sanguinea suppressa, & in pleno victu, tuto & prudenter phlebotomia in usum ducitur.

Quantum. 3. *Quantum emittendum sit, docebit quantitas affectus, & plethoræ, tum vires ægri, & aër. Magnus affectus postulat ut magna copia evacuetur: hic enim nō tam interest qualem detrahas, quam qua copia.* Historia. *Tractavi hic ægrum, qui ex pleuritide utriusque lateris acerbe laborabat: extraxi una vice illi plus quam quatuor libras sanguinis, evasit S. Dei beneficio. hic Libitinæ ab omnibus sacer habebatur. Avicennæ asserit corpori esse libras viginti quinque sanguinis, & septendecim effundi posse uno die, citra perniciem. Galenus sex libras eduxisse videtur Hæc, si plethora adsit, fœliciter. Propterea vires diximus observandas, ad copia ambitum deprehendendum. Hoc scripsit Hippocrates, ubi ait, Cujusmodi natura fuerit ejus qui*

perfe-

perferet. pro eo ac decet faciendum. Quasi dicat, quantitas non ex magnitudine sola affectus, sed & ex ægri accipi debet natura communi, propria, & ascititia, in temperamento, habitu, & venarum amplitudine, humorum dominatu, consuetudine, & diæta: adde aëris temperiem, quæ jam, & quæ mox futura. Copia trahendi sanguinis ob varias syndromas Indicationum non facile dignoscitur: sed his præceptis proxime captatur. Primo, viribus languẽtibus cum plethora gravi ac impura, aut cum valido morbo, (ut copiosa vacuatione opus sit,) pauco sanguine educto melicratum hyssopites dabat Galenus; ac postridie sanguinem repetebat. Secundo, ubi plethora fervens acutissimam accendit febrem, ad lipothymiam (si ferat) sanguis educatur. Tertio, manus medici hærens pulsui, dum fluit sanguis, & intuitus in faciem ægri, impetusq; effluentis sanguinis, cum præludia syncopes observarit, supersedendum. Quarto, in phlegmone fluat sanguis, dum suam ideam mutat vel in melius, vel in deterius: id argumento erit ab inflammata parte eum elidi. hoc agendum æger vacuationi tantæ par sit, nullaque malignitas adsit.

Tempus sectionis etiam ad affectum spectat. Vbi sanguinis ferventis copia apparet, Quando. 3.

paret, ea confestim emittatur; ne putre
scat, aut metastasi se effundat quo mini
me decet. Quocunq; die scopi enitent emit
tendi facito, si vires annuant; imo quavis
hora nocturna, modo se remittant paroxys
mi. Ineunte phlegmone, ilico pertunde ve
nam: florent enim vires. Si magnitudi
morbi non cogit, mane id fiat, horam a
somno: fluxus enim tunc sanguis. Absit
cruditas à prima alvo. Si iteranda va
cuatio, eodem id fiat die: nam revulsio fœ
licior iteratur à duobus diebus Hæc obser
vanda ratione affectus, quo commode in
usum ducatur phlebotomia.

II. LOCVS. SECUNDO NOTANDUM ESSE DICE
BAMUS LOCUM ET VIAS eductioni san
guinis dicatas. Vena aperiatur axillaris
ubi totum evacuandum, sine peculiari
partis vitio: nam à fonte sanguinem evo
cat. At podagricis secetur brachii vena
epilepticis, pedis. ita una revelles ab imbe
cilli parte.

III. CIR-CVMST. TERTIO, CIRCUMSTANTIAS observ
vabiles diximus, ut rite peragatur vena
sectio: nam cum morbi vim, tum viriu
robur ex his intelligemus.

Vires. Vires inter has primum habent locum
Hæ constant ex spiritibus, partibus solidis
& humoribus. Robur harum elucet ex fa
cultatum actionibus, excrementis, & cor
pori

poris qualitate, charactere, & mole; rebus naturalibus, & non naturalibus. Si languent vires à causis quæ spiritus, succos, aut partes solidas exhauriunt, inducia sint à vacuatione. Sed (cum langueant ab exhaustu, vel oppressione) si ab oppressione, licet manu evacuare; ita in apoplexia, & syncope athletica, feritur vena. Sed si ab exhausto, supersede: ut in peste, tabe, & in crudis aut fervidis succus à sanguine alienis: & si cruditas adsit cum febre æstiva, languido stomacho, corpore molli: quales plumbei colore, pulsuque inæquali. ita si crudus stomacho conceptus succus cor premat; vel si retorribus succus toto fundat se corpore, vel stomacho si insederit: nam hic vellicat ac mordet, unde lipothymia, ibi spiritus deficit. Venenum etiam vires prosternit, intus genitum, vel foras immissum. Si hæ causæ exhaurientes absint, à copia opprimentur vires.

Secundo loco inter circumstantias est temperies corporis cujusq; Qui florent roseo colore aut fusco, bene habiti, venis amplis, habitu firmo, liberalem eductionem sanguinis ferunt: contra, obesi, tenues. Temperamentum.

Ætas suum locum hic habet. Senibus confertim non detrahes sanguinem. examina pulsum, & sanguinis copiam. Nec facile ante decimum quartum annum id Ætas.

agemus,

agemus; nisi morbus urgeat, & sanguinis neus puer fuerit.

Aër inter circumstantias etiam est: qui notatur in regione, anni tempore, & cœli statu quo ille longius à sua indole abierit eo parcius evacua.

Evacuatio. Evacuatio etiam huc pertinet: nam parcius effluxerint excrementa, non impedient phlebotomiam si natura tentet evacuationem, nec perficiat, nos quod deest coëffundemus.

Consuetudo. Consuetudo etiam emittendi sanguinis securitatem ei adfert.

Ingravidatio. Ingravidatio excluditne phlebotomiâ primis mensibus tuto fit, quia parvus fœtus pauco nutricatu eget; & extremis mensibus sine fœta & fœtus injuria emittitur sanguis: quia jam plurimis mensibus fuit retentus sanguis, unde lac scaturit.

IV. INSTRUMENTUM. QUARTUM quod notandum erat antecmarsin phlebotomia, EST INSTRUMENTUM QUO vena feritur. Hoc ut commode utamur, quædam peragenda nobis sunt ante venæ sectionem, quædam in sectione, & quædam post: nam actio chirurgi, & cautiones quædam inter secandum dirigi recte debent, & ne vas aliud feriatur, provisio habenda: & sanguis trutinandus. de quibus alibi latius.

Methodi. 3. lib 9. Anaceph. UT HÆC REPETAM BREVITER primum

primum vide, An sanguis emittendus, Qua ex parte, Quo tempore, Qua copia, Quo modo. Primum, innotescet ex natura affectus: secundum, ex parte ægra: tertiũ, à more & motu morbi: quartum, ex magnitudine morbi, & corporis habitu: quintum, ut si crassior sanguis, attenuetur; si ad stomachum bilis feratur, is firmetur succo granatorum & phlebotomo id fiat, cucurbitis vel hirudine, ubi opus, & arteriotomia: de qua alias. Si nervus læsus sit imperitia, balsamo hyperici infuso, & astringente imposito recreetur. Nervus læsus.

CAPUT V.

De causa morbifica continente quæ adhuc loco moveri potest, ejusque remedia. & de causæ continentis immobilis curatione. Præterea de secunda primæ Indicationis parte, quę de curatione morborum. Et de tertia primæ Indicationis parte, quæ de Symptomatum curatione. Ita ut hic prima absolvatur Indicatio.

MEMORES *estote ordinis instituti. Docuimus primam Indicationem duci ab affectu morboso, qui vel est causa morbifica, morbus, vel symptoma. Morbi* Ordo Et Methodi 3. lib. 10.

causam ſtabulari diximus in humoribus qui peccant motu, qualitate, vel copia. Motui averſio, qualitati alteratio, copiæ evacuatio vena ſecta, vel alvo ſoluta, ut diximus, ſuccurrit. His antecedens cauſa accidit omnium morborum.

Antecedenti huic proxime jungitur ejus ſoboles, cauſa continens. quæ eſt vel remeabilis loco, vel non. primo de remeabili. Hæc eiſdem fere cedit remediis quibus Antecedens: nam ab eodem humore nata, ut propius aut longius à morbo & ægra parte abfuerit. quare eiſdem vitium tentabitur, & eiſdem remediis redintegrabitur; ut loci mutatione, alteratione, & evacuatione: quo infuſis parti ſuccus fiat exitus. Sed ut cauſa antecedens, totæ infuſa corpore, remedia toti ſtudentia petit; ita cauſa continens, peculiarem partem tentans, remedia huic dicata exigit. Hæc continens cauſa ſi loco ſit meabilis, fluxa & liquida, judicium attulit illi remedium, repulſionem, & derivationem. ſin loco cedere nequeat, ei auxiliatur mollitio, exhauſtio & coctio, cucurbita, dropax, ſinapiſmus, cauterium, inciſio. ſi vero ſit conſiſtentia ejus media, quæ ut partes quadam ſui migrabilis, ita alia ſegnis hæret, mixtis remediis vincetur. Quare noſcendum quidnam ſit repulſio, derivatio, maturatio, &c. Re-

Repulsio est succi ex sua sede motio à frigore astringente, austero vel acerbo facta: quo pars à materia morbifica pressa, ejus ab injuria liberetur. *Vt enim calidum leptomeria præditum maxime calfacit; ita frigidum crassum vehementer refrigerat. His utimur dum novus hospes parte accipitur, ne ingrediatur arcebimus, ac fores illi claudemus. Sed his non utemur, ni primũ antecedens causa sit fracta. Quæ hoc faciant, & qua cautione in usum trahenda, olim scripsimus. de quibus hæc pauca accipe. Vbi vehemens est dolor à copia vel acrimonia succi, ejusve ex lentore, & cum pars sensu vegetans incurritur, mitigantia accedere repulsoriis debent: alioqui stricta à vi tensa pars magis dolet, unde nova fluxio accersitur. Vbi titubat viscus nobile, metus est, ne retusus succus in illud se effundat: alioqui, impune quid accipiet. Si à partis excipientis imbecillitate nascatur influxus, tenue quid calidum junge. At criticos & venenatos abscessus ne retundito, sed prolecta. Et semper μὴ διὰ ἀγαν, ne spiraculis cutis adductis, humor restagnet & lapidescat: unde dolor, influxio, incendium. Collinea itaque ad partis situm, figuram, sensum, robur, naturam; corporu temperiem, humoris copiã, qualitatem, substantiã, ductus viariũ qua fertur.* Sepulsio quid. Cautio.

Derivatio. *Hæc continens causa nonnunquam exi-*
mitur Derivatione: quæ hic idem moli-
tur, quod in causa antecedente revulsio:
cum adhuc succus cedere loco potest. Deri-
vatio (παραχέτευσις *Græcis*) est tractio hu-
moris ad locum vicinũ, ut liberetur abs
eo pars ægra. *debetur succo remeabili. A*
Vt differat à revuls. *revulsione differt: nam revellimus ad con-*
traria, & procul ab oppressa parte; deri-
vamus ad latera & proxima loca: nam
παροχετεύειν idem est ac rivos deducere fon-
tis: & revellimus succum qui fertur per
loca lege naturæ incommoda, derivamus
eum qui fertur per loca ex eventu incom-
moda. ita bilem in dysenteria, in urinas
derivamus. usum alibi habes. Hujus so-
lum usus erit, à causa antecedentis amo-
tione, non ante. Nam initio retrude succos;
labente morbo, deriva, cum constitit influ-
xio, attamen succo nondum restagnante.

Hæc continens causa mobilis loco, amo-
vetur etiam purgatione particulari, sed
Alteratio. *præparatio præcedat, hæc fit alterando.* Al-
teratio peculiaris, est succi parte aliqua
concepti, qui qualitate vitium fecit, e-
mendatio. *Frigidos calfacimus, crassos te-*
nuamus, friabiles illinimus. Hic utimur
parti peculiariter dicatis, unaq; cũ causis
pugnantibus: ut alias fusius prodidimus
ubi etiam cautiones. Præparata hæc causa

pur-

purgetur. Purgatio particularis, est evacuatio ejus materiæ quæ parte peculiari concepta est præter naturæ legem; ut parti suum robur reddatur. *Perlustra hic etiam humoris partem occupantis consistentiam, qualitatem, copiam: & quo tempore, quibusque viis excludi debeat; hoc est, quid, quale, quantum, quando, qua, & quorum vi exigi debeat. Semper his addimus quædam parti amica; quo eo pervadant pharmaca. Copiam pharmaci docebit succi abundantia, & ejus situs. Tempus erit quo his utemur, ab accisa causa antecedente. Viæ in affectam sedem recta ducentes, eductioni commodæ erunt. Hæ plurimorum remediorum auctores fuere: nam illæ docuere errhina, sternutatoria, masticatoria, gargarismata, eclegmata, pessos, vomitoria, clysteres. Si liquidior adhuc causa hæc constiterit parte in quam non facile remedia pervadant, ob ductuũ inopiam, hirudinibus, cucurbitulis, aut scarificatu prolectari debebit. Ita causa morbifica continens, dum loco remeabilis est, eximi debet.* Purgatio particul.

Quodsi continens causa Immobilis restagnarit, adeo ut his auxiliis invicta consistat, id ei evenit, quod in duritiẽ abierit. Indurescit quid triplici de causa; siccitate, plenitudine, & congelatione. Quod sic- Continentis causæ non mobilis, curatio. Ex Methodi 3. lib. 11.

citate non valida induruit, placatur e-
Emollitio *mollitione.* Est *autem* Emollitio; duri,
ex ariditate alteratio, ab uvido calore
facta. *ita in auras non expirabit mador*
succorum. hoc faciunt calida infra secun-
dum ordinem. Sin ex vehementi siccitate
nata fuerit durities; hæc tenui humido
mollitur, cum partibus igneis vel terreis
adustis; ut calculus succo raphani. Si exc
plenitudine surgat durities, ut in phlegmo-
ne, laxatis spiraculis aëreo ab humido, ex-
haurietur implens materia: ut fotu cha-
mæmeli decocti. Quod vero congelatione in
duritiem abiit, id mollescet à calido sicco
moderato: qualia ea quæ secundo ordini
asscribuntur. nam quæ primo ordini, non
exhauriunt; quæ tertio, crassũ exsoquunt.
Maturatio. Maturatio, πέψις *Græcis*, est alteratio,
qua materia in ornatissimum decus suæ
formæ excolitur, ut maxime potest; quo
commoda corpori materia ab inutili
secernatur; facta à calido nativo. *Ob-*
struunt hæc spiracula cutis, ut ea inter-
ceptione calidum nativum increscat co-
Digestio. *pia. Digestione utimur, cum exigua resti-*
bilisque materiæ copia evaporare potest.
Cum hus non cedit, ad dropacem venimus,
quo potenter foras rapitur materia Sina-
Vrentia. *pismus dropace est potentior. Vltimo ad*
cauteria cogimur. Cauterium est com-
bustio

bustio ab igne imperfecta, ut membrũ firmetur, morbificaque causa excludatur. *Sed in potenti hoc remedio advertendum ad id veniendum sit. tunc, nimirum, cum nec emollitione, maturatione, digestione, nec phœnigmis aut incisione evinci potuit. Et tunc solum his utemur, cum pars, ne putrescat, à mole materiæ periclitatur, & maxime os. Dein modus urendi compertus sit ex morbi idea: cavendo à nervis, & arteriis, ut in scrophulis colli. Cæteraque quæ alibi scripsimus de his remediis, observentur. His usus à revulsione & derivatione, inclinato morbo, viribus adhuc vegetis.*

Morborũ curatio. Ex Methodi 3. lib. 12

Hactenus de cunctis causis morbificis: jam de morbis qui à causis enati erant. Causis itaque evictis, si morbus perennarit, cum eo bellum erit. Morbi, ut diximus, in partibus stabulantur. quot ergo modis illæ vitium faciunt, tot morbi. Partes, sunt similares; vel organicæ, certis muniis dicatæ: unde varie vitiabuntur. Similarium sanitas est symmetria qualitatum; organicarum, recta formatio. unde morbi similares, & organici. Sed quia similaribus & organicis partibus communis est junctio ex naturæ lege: hujus solutio, erit communis utrisque morbus. Et cum hi interdum concurrant, quartum

morbi genus, compositum, surget. Vnde ex his quatuor morborum ideis, quatuor genera remediorum in usum venere; Alteratio, Apertio, Vnio, & Quod hæc simum evincit. Alteratio partium eisdem peragitur, quibus succorum. Natura partis perspecta sit in substantia, temperie, habitu, sensu, officio, structura, societate, & situ. Tutius calfacimus. quamvis simplex intemperies calida, recens ac levis, parr tempore ac frigida debelletur. ac antiquatum frigus, ægrius. Sicca etiam contumacior est humida. Si sit instrumentalis morbus, illi erit vel ex partium mala conformatione, numero, magnitudine, vel in situ. Si mala conformatio: ea erit in partis figura vel asperitate & lævitate, solidi tate, vel in cavitate & meatibus. Obstructa aperiantur. Apertio est expansio infarctorum meatuum, à valido calore qui in substantia crassa resedit. *talia sunt amara. In soluta unione, conjungendum Vnio est junctio divulsorum. quæ uniuntur, ea simillima esse debent: quare causa divulsionis abigenda, & quies concedenda. Vt morborum ideæ variæ, ita & remedia.*

Alteratio.

Apertio.

Symptomatum, curatio. Ex 3. Methodi 13.

Hactenus ut eximi debeat causa & ejus morbi: restat tertia prima Indicationis pars, Symptomata. Huic nulla debetur

cura

curatio ut ſymptomati; ſed cum morbum auget aut facit, ne natura fatiſcat. Tunc quo locus detur & tempus ad morbifica cauſa morbique excidium, huic vacandum: ut olim oſtendimus in dolore, vigilius, ſyncope.

CAPUT VI.

De reliquis Indicationibus.

PRIMA indicatio docuit nos contrarium remedium: hæ cæteræ, num rite ea vi & copia admitti debeant, definient, vel num quid accidendum.

SECUNDA SUMITUR A TOTIUS TEMPERIE, quæ ſui conſervationem poſtulat ſimilibus: nam eſt ex natura; & ſimilia ſe non alterant. Propterea humidis corporibus humidiora ſunt admovenda. nec, ſi illa humiditas vitioſa fuerit, ea caſtigabitur per morbos. Hæc Indicatio copiam monſtrat remedii. Alioqui ambiguum fuerit quouſque foret alterandum: temperies genuina terminus eſto limentinus. hac neglecta, vel ultra progrediemur, vel infra ſubſiſtemus. Et cognitum ſit quouſque abierit à priſtino ſtatu. Itaque æſtuans morbus in frigido corpore, majori vi contraria eget: idem de cæteris:

II. IND. A TEMPERIE TOTIVS. Ex 3. Methodi 14.

nam longius extra lineam abiit tempe-
ries. ita flagrans æstu morbus in corpore
calido, leniter blandeque refrigerantia po-
stulat. idem dico de reliquis. Studium ergo
adsit ut explorata sit temperies ex rebus
naturalibus & non naturalibus: ut præ-
sentem corporis temperiem calleamus.

III. INDIC. A LOCO AFFECTO. Ex 3. Methodi 15.

TERTIA INDICATIO A LOCO

ægro ducitur, hæc remedium deprehensum
à prima indicatione, politumque à secun-
da, incudi reddit. Hæc monstrat utendi
viam, remedii ideam, ejusque copiam:
viam dixi: nam viæ quæ feruntur in par-
tem ægram, ad hanc etiam pertinent. Par-
ti ægræ varia student remedia, ex ejus fi-
gura, temperie, usu, sensu, situ, & conne-
xione. Figura, ut fuerit pars cava, plana,
sinuosa, alta, arcta. unde varia instru-
menta, ut clysteres, remedia liquida, &c.

Figura.

Temperies.

Temperies partis sua amat remedia. duri
dura. Madore calido perfusæ à natura par-
tes, (metu putredinis) sicciora petunt; ut
vesica, sedes, palatum, uterus. Pars ægra
& totum, ejusdem temperiei si fuerint
cum morbo adversæ temperiei, strenuo au-
xiliandum: ut ulcus parte corporeque sic-
co, validius siccandum. Si tanto madidius
corpus, quanto pars ægra siccior fuerit,
pro temperata pars habebitur. ut exempli
alibi id demonstravimus. Quæ temperata

vali-

validos remediorũ incursus ferunt. Temperiem nativam tuentur similia. Siccæ sunt partes, quæ osse & nervo abundant: humidæ, quæ carne & adipe: calidæ, quæ sanguine. Vsui *Vsui partium varia ascribuntur remedia. Principibus roborantia debentur; ne fibris roboreque exutæ concidant: nec eam confertim vacuabimus, aut alterabimus: quare hæ, remedia attenuare solent.* Sensus *Sensus partis etiam limat remedium. Quæ enim sensu valent, acribus non fatigentur, ut oculus, œsophagus, nervus nudus. sed his sensim melius remediũ quærimus: ita clementer refrigerantia ophthalmiam reprimunt fœlicius.* Situs *Situs partis vim & formam remedii vertit. ut sublimi altove in loco si consederit pars, ita vigeat remedium, quo integris viribus eo veniat. & ventriculus vomitu, cerebrum palato & naribus purgatur.* Connexio *Connexio partium etiam characterem format remedii. ita à deleteriis cavemus in oris ulceribus: & parotides non reprimimus.* Vix. *Vix etiam observandæ quæ ad partem ducunt; num angustæ, fusæ, longæ: aliter tectus, aliter nudus nervus habendus. Ostendimus alibi, tantam à parte ductæ indicationis esse præstantiam, ut nonnunquam vincat principem indicationem quæ à morbo accipitur. Maxime intuebi-*

mur ventriculum, jecur, splenem, renes, vesicam, cerebrum, pulmones, cor.

IV. INDIC. A VIRIBVS. Ex 3. Methodi. 16.

QUARTA INDICATIONE politius adhuc efformabitur remedium hactenus fabricatum. A viribus hæc capitur. Hæ indicant semper sui tutelam. franguntur vero intemperie vel exhausto. Consistunt vires in spiritibus, carnoso humidoque genere, & in partibus solidis. hæc si substantia, qualitate, vel copia vitium fecerint, frangentur vires. Quare tunc recreabuntur restauratione exhaustæ substantiæ, vel aliorum correctione. Substantia restituitur, connaturalis ac consociabilis materiæ accessione. ut exhausti si sint spiritus, διαιτώσης diæta hos redintegrabit: ita solida solidis, media mediis revivescent. Si non ab exhaustu, sed ab intemperie spiritus, humida, vel solida languent illa castigetur. Hæc diæta præclare obtinebimus. Diæta ut rite cuiq; præscribatur quatuor observabimus: affectum morboſum, naturam ægri corporis, alimenta & circumstantias. Affectus aperit victus qualitatem, copiam, frequentiam, & dandi tempus. Qualitas cibi pugnet cum morbo, ejusque causa. ita febricitanti humida damus: infarctis aperientia: laceris glutinantia. Quantitas cibi ad virium stabilimentum, ex affectus vigore animadvertitur.

Diæta ut recte vires recreet.

I.

Qualitas victus.

Copia.

titur : tantum enim dandum, quantum opus est ut integris viribus ad statum veniat. quem si licet, inedia superet : alioqui potius paulo in pleniore peccabimus. Sunt morbi acuti, aut longi: acuti vel simpliciter, peracuti, vel acutissimi. Inde diæta tenuis, vel plena. Tenuis, exquisite: vel simpliciter. exquisite tenuis; extreme, vel non extreme. extreme, ut inedia: debetur morbis acutissimis, qui quarto die suam absolvunt historiam. non extreme, ut hydromel: studet peracutis, septimo die finiendis. Simpliciter tenuis, ut jus pulli, cremor ptisanæ, pisces saxatiles: dicatur acutis simpliciter; qui decimoquarto finiuntur die. Medius victus, ut jus carnium, pira, gelatina, vigesima luce finiendis adscribitur. Longis, plenus victus in deliciis est, ut vitulina caro, ova, lac, aves, cuniculi. Cur ita transigendum, causa est vigor morbi: nam ubi is in procinctu est, tenuissime cibandum erit. qui ut noscendus, eo loco, ubi omnia hæc fusius, demonstravimus. Frequentia pastus ex succorum copia captabitur. Vbi nutriciorum succorũ inopia adest, parca manu, at sæpe, pastum ineat; ne calidum nativum opprimatur. Si bonis rigatur corpus succis, semel cibo indulgeat die, & parca manu: nam venis prædium integrum est nutricium. Crudi si adsint

Numerus pastuum.

adsint succi, raro & parum offeremus ci
bum medicatum, ut hydromel hyssopites
Si adsit succi copia, attamen indomabilis à
natura, sæpe & parum nutriendum; ut
vires, citra metum oppressionis, recreen
tur. si retorridi tenuesq; succi fuerint, ma
dorem benignum spirent alimenta: alio
Tempus. qui mador absit. Occasio nutriendi est, cii
à paroxysmo abest longissime morbus. si re
mittat tantum febris, quieto hoc tempore
maxime nutricatui stude. Dein in victu
rite præscribendo, secundum dicebamu
Corpus. esse corpus malo implicitum. Hujus tem
3. peries (etiam mala) dum morbus eliditur
est tuenda. Frigida & madida corpora in
edia sunt patientissima: ab his humida
dein quæ frigent: mox sicca & frigida
tandem sicca, cæterus moderata. Omnium
gravissime inediam ferunt calidi & sicc
homines: nam de hectica ab hac periclitan
tur, vel syncope. Qui habitu sunt denso
facile inediam sustinent: contra, ubi succ
Cibus. tenues. Tertium ad victum rite forman
3. dum est cibus. in hoc tria notamus: sub
stantiæ modum, qualitatem, & copiam
Substantiæ modus deprehenditur in alte
ratione, motu locali, & nutritione. In Al
teratione; num sit facile domabilis, aut
corruptibilis. In Motu locali; num fluctue
levitate, num facile trajiciatur. In Nu
tritio

tritione, num succum benignum aut inquinatum pariat. In Copia observatur moles, & vis: nam quædam parva mole multum nutriunt: & ex adverso. In Qualitate, ut calore, sapore, crassitie, lentore, varie corpus afficiunt cibi. Vltimum quod notandum erat, quo recte diæta cuique institueretur, erat Circumstantiarum historia: ut ætas, virtus, consuetudo, & aër. Circumstantiæ.

Ætas variat cibos. Cruda senectus inediam perfert: mox viri constantes: minime pueri. 4. Ætas.

Virtus quid suadeat, vide. Virtus.

Causa cur illa titubet, ruminetur; num à morbivi, aut à copia morbificæ materiæ, an ab exhaustu. Consuetudo *ita mutetur, ut ejus umbra retineat diæta, maxime in quantitate, & numero.* Consuet.

Aër observabilis etiam: nam quacunque ratione augetur calidum nativum, copiam majorem cibi petet. Iam hæc misce; & vide quid parum, quid multum urgeat, & quantum sibi adimant: ita attinges cibi ideam salutarem. Vrgeat virtus; hæc solidam & solitam diætam flagitabit. accedat urgens morbus; hic pocula petet, vel inediam; prostaphæresi excurret in sorbitionem crassam. Potus.

Potus qualitatem tria indicant; virtus, morbus, consuetudo. Languida virtus Hippocraticum vinum petit: si non adeo langueat, oligophorum. Morbus,

bus, si calet, aquosum potum exigit. Virtus labefactata obscurat id quod postulat validus etiam morbus: attamen cura urgentis morbi vincit id quod petit consuetudo. Virtus ergo superat morbum; & morbus consuetudinem. Virtus valida admittit ab aliis decreta remedia.

V. INDIC. AB AERE. Ex 3. Methodi. 17.

QUINTA INDICATIO DUCITUR AB AERE, quæ incudi reddit remedium jam à cæteris indicationibus expolitum: nam aut id admittit, vel ei aliquid detrahit. Aër modo morbo studet, modo ei refragatur; ut diversis qualitatibus emicat. Varius is est, ex regione, anni parte, soli & cæli natura. Ex regione aër montanus thoracem recreat, ejusque morbis debetur. demissus & montibus interceptus, catharros & febres putridas accersit, strangulat. marinus siccat. argillosa terra ventriculo molesta: silva, siccat: nigra, optima est: fœtida, pessima. Locus decubitus paretur, ut redoleat contrariã qualitatem morbo: ut, splendor absit phrenitico. Anni tempus judicium hic etiam interponit. nam Sirius cum flagrat, molestè purgatur. hyeme facile pituita; æstate bilis effunditur. vere seca venam, & purga, si morbi inducias dant. Cæli status præsens etiam examinatur: & Venti nam hi inquinamenta etiam auferunt

Locus.

aut

aut inferunt: & aëra mutant.

SEXTA INDICATIO AB ÆTATE *ducitur. hæc etiam judicium suum dabit de remedio hactenus expolito. Pueri inediæ impatientissimi sunt: quare nec valide evacuandi. nec etiam senes: nam languet his calidum, Calidus juvenum morbus, minus frigida postulat. senium, humida & calida petit. Ætas & consuetudo temperamenti interventu indicant: hoc enim nobis ostendunt.* VI. INDIC. AB AETATE. Ex 3. Methodi 18.

SEPTIMA INDICATIO A CONSUETUDINE *ducitur. hæc etiam auctoritatem habet ut remedio mensurâ imponat. nam acquisitum temperamentum denunciat, quod naturalis loco, curationis tempore, habetur: nec tunc id castigandum, sed ad id eundum. Indicat hæc, per similia tutelam; & quæ consueta, sunt similia, quod naturam non ita afficiant. Vnde medici cogunt nonnunquam in aliam ideam remedia, ne segniter ea excipiat natura. Qui per sanitatem bis pastum inibant, his cibus per morbos bis detur. Quantum possit consuetudo; alio loco scripsimus.* VII. INDIC. A CONSVETV. Ex 3. Methodi. 19.

OCTAVA INDICATIO A NATURÆ PROPRIETATE *accipitur. hujus examen subterfugere medicamen non debet. Nam cuique inest sui temperamenti proprietas, qua, cum hoc concordia illi est, cum hoc discor-* VIII. INDIC. AB IDIOSYNCRASIA. Ex 3. Methodi 20.

discordia. Iumenta ad viridia prata, leo
nes ad carnes festinant. Quibusdam homi
nibus vinum nauseam movet, alius ca
seus, mala quibusdam; his Gedana cervi
sia alvum stringit; quidam cassia fere exa
nimantur, qui tamen elleborum ferunt
alii ad rhabarbarum trepidant, & scam
monium admittunt. Quare quod cuiqu
convenit, audacter propina, etiamsi dete
rius sit. Quidam bubulam coquunt, qui
bus gallinacea in corruptelam abit.

IX. INDIC. A SEXV. Ex 3. Methodi 21.

NONA INDICATIO, EST A SEXU
Vide ergo num viro vel mulieri propos
tum medicamen usui futurum sit. Fœm
na sane frigidiores ac molliores sunt virii
blandius itaque ferienda remediis. Sed vi
de num inter mulieres hæc sit calidior oc
cupata à frigido morbo. hæc validioribu
quam minus calida, redintegrari in tem
periem debet. Cautio semper sit in mulie
ribus de ingravidatione, & solemni pe
mensis quæ fit evacuatione; & num uter
remedium debeatur.

X. INDIC. A MINISTERIO. Ex 3. Methodi 22.

DECIMA INDICATIO, A VITÆ IN
STITUTO, *etiam quid potest. Nam pro ar*
te & exercitio, in quo cujusque vita ver
satur, alterationis & vacuationis modu
erit temperandus, ut cujusque inde ascit
tia temperies fuerit. Qui calori assuevere
ut coci, fabri, à calore ægri, minus frigid
egen

egent, quam piscator. Qui desides in umbra vitam agunt, largius evacuandi: venatores, parcius.

UNDECIMA INDICATIO *accipitur à Morbi brevitate, vel diuturnitate. Per-acuti morbi ilico remedia petunt, quibus opus est, & inediam admittunt. His coctionis etiam signa captamus; ne temere purgemus ineunte morbo, nisi turgeat materia.*

XI. INDIC. A MORBI LONGITVD VEL BREV. Ex 3. Methodi 23.

DUODECIMA INDICATIO *ducitur à Quatuor Generalibus morbi temporibus; & quod jam decurrit tempus suæ historiæ, num decretum ab aliis Indicationibus remedium admittat. Semper ad vigorem collineabimus: nam tunc (& paulo ante, & post) inedia proderit. Is ilico efflorescit in peracutis, qui celeriter, continenter, & vehementer moventur: In longis, de inedia remitte, quo perduret ad vigorem. In principio ergo & augmento liberalius habendi Ineunte phlegmone frigidis utimur: provectis, exhaurientibus. In principiis, revulsioni, coctioni, purgationi operam damus.*

XII. INDIC. A IV. TEMPORIBVS. Ex 3. Methodi 24.

DECIMATERTIA INDICATIO *à Particularibus captatur paroxysmis: quæ docebit quando in usum duci debeat medicamentum ab aliis indicationibus prolatum, & quasi à cultu manumissum. In paroxys-*

XIII. INDIC. A PAROXYSMIS. Ex 3. Methodi 25.

paroxysmis inducia sint cum remediis: sed
quo natura & humor viam affectant, ea
ducantur. His incipientibus vomat; dein
sinentibus sudet, aut mingat; & tunc
cibo caveat & potu. Et in cunctis efflores-
centibus doloribus, à cibo vacuus sit. At
tamen squalidus calere & ariditate, in fe-
bribus à mordaci acrimonia, vel à succo
attenuatis Solis æstus, vel ab inedia, aut
labore, cibus debetur. nam illis alioqui
squalidis affectibus, non mitescit accessio
humescant ergo vino cum pane, in primis
etiam horrore. Hoc minime agendum in
plethora, obstructione, phlegmone, & pu-
tredine. Hinc est ut si talia squalore acri
ac arida corpora his à passionibus incur-
rantur, enecentur: nam cibus si recreans
sudeat, morbus necabit; sin inedia morbi
operam dederit, squalidum corpus fatis-
cet.

XIV. INDIC. A NATV. RAE FVNCT. Ex 3. Method. 26.

DECIMA QUARTA INDICATIO *elicitur ab Ordinariis naturæ functionibus. Ita noctu dormiat jubemus, die vigilet, nisi phlegmonem habeat pars interna; tunc contra. Ita stata non temeramus tempora ciborum, exercitii, excretionum. solemnes evacuationes notamus, hæmorrhoïdum, mensium, lochiorum. si tardant, evocandi indicatio suadet hæc. nota quid κατὰ λόγον naturæ, quid παρὰ λόγον eveniat.*

DECIMAQUINTA INDICATIO *proficiscitur à Remedio. nam sæpe quid hæret illi, quod renuit aliqua Indicatio prædictarum: ut cum propterea quid occulta, vel manifesta ejus vi abstergeri debeat. ut cantharides vesicæ nocent, alioqui urinales valde. Manifestæ qualitatis ratione sæpe quid desideramus in remedio; ut cum ex primis, secundis, aut tertiis qualitatibus ei quid hæsit, quod non admittunt Indicationes. Vt si adsit, remedium calidum tribus ordinibus, cum duobus tantũ opus sit; miscemus frigidum primo ordine. Ita in secundis qualitatibus: ut si nimis tenue, addemus illinens aliquod: & ita de reliquis. Hoc modo transigimus etiam in tertia qualitate, ut saporibus, odoribus. Consistentiæ etiam ratio habenda, ut num pilulis vel potibus utendum. Ad ægri affectusque naturam eligatur remedium: ne vomibundis dederis agaricum; nec diarrhœæ obnoxiis valida acriaq; pharmaca, ut dacrydium. Ægri, quantum licet, remediorum commodis sine fastidiis eorum fruantur: sed ea lege, ne consistentiæ versio, eversionem virium adferat; ut rhabarbarum minutim tritum, urinas movet, ac alvum eludit. Et remedia non solum ratione substantiæ suæ officium suum non faciunt; sed etiam vim suam retinent, amit-*

XV. INDIC. A REMEDIO. Ex 3. Method. 27.

amittunt, vel mutant, pro varia ratione
naturæ cui exhibentur. Poliatur remedii
arte, ablutione. infusione, frictione, torre
factione, incineratione, extinctione. Quæ
hæc agant, & quomodo peragantur, &
quando usum habeant, alibi prodidimus
ubi etiam de remediorum viribus; quæ
possit calor, quidque alia efficiant; & quæ
bus ordinibus quæque frigeant, madeant
&c. Quædam solum ob commoditatem ad
jiciuntur, ut cera unguentis, lithargyrum
emplastrus. remedium his indicationibus
certo affectui efformatum, longe fœliciu
est sanitati polychrestis. Magna cura vir
discemus eorum quorum solemnis usus es
Quare exploratis qualitatibus primus, se
cundus, tertiis, de substantia ejus indaga
bimus: ut num grave, rarum, crassum
lentum, vacuum, impurum; & his con
traria. Emollientia, tenuantia, tergen
tia, dissolventia fiunt validiora, liquia
si dentur consistentia. At reprimentia, tra
hentia, incrassantia, roborantia, solidio
ra, sunt efficaciora. Detergentia & emo
Cautio. lientia, mediam consistentiã petunt. Cau
tio sit à resolventibus partes principes: &
à valde frigidis, & à nostræ naturæ ad
versis. Ignotus morbus etiam naturæ com
mittatur: nam eum aperiet, vel evince
Inter remedia, quæ naturæ student, & un

cun

cum morbo pugnant, optima sunt. & in omnibus μηδὲν ἄγαν. nec temere vagetur per integra remediorum theatra.

XVI. INDIC. EX SYDERIBVS. Ex 3. Method. 28.

ULTIMA INDICATIO *capitur à Syderibus. Hanc indicationem prosequitur Galenus libris De diebus decretoriis. Luna motus hic maxime notandus; nam in corpora efficax est luna, ut scribit Ptolemæus,* διὰ τὴν πλησιότητα καὶ τὴν τῶν ὑγρῶν ἀναθυμίασιν, *quod est, ob vicinitatem terræ & vaporum. Sed pro eo cali positu planetarumque syzygia, qua quis natus est, ejus vis cuique accommodatur. Quin certo sidere remedia varie animari putavit antiquitas. Sed suum regnum hic posuit vana crudelitas & superstitio: quæ extra lineam præclaras syderum vires flectens, illas sigillis & signaculis insculpi vane docuit. Hæ meræ noctuæ diaboli, ad aucupia animarum. Vera medicina à Summo Deo hominibus ad solatium data: qua homo ad creatoris sui spectandam bonitatem & providentiam, ejusq; de se sollicitudinem notandam ducitur; qui doloribus ejus polidædala medelarum varietate cautum esse voluit. Divinam ledit majestatem is, qui asscribit potentias rebus, quæ his inditæ non sunt à Deo, natura, nec arte. Absit ergo Suada periapta, characteres, carmina & verba, magia fœda, goëtia, necromantia,*

Superstitio.

theurgia, cabala. De quibus unde natae & quidnam possint, in Methodo nostra an praxin medicam disseruimus. Ibi etiam astum admittimus, instar stratagematis.

Praxis facilis ratio.

Hoc addo: qui jam medicinam faciunt hoc filo eam ducunt. Primo, diætam natu ra studentem & cum morbo pugnanten instituunt. Secundo, alvum leni remedio vel suppositorio, raro clysmate eluunt Tertio, sanguis si emittendus, venam ap riunt; revellunt. Quarto miti apozema accidunt materiæ morbificæ copiã. Quin to contumaciorem materiam parant excluſionem. Sexto, valide purgant. Se timo, adhuc revulsioni student: mictori sudorifica, frictiones, cucurbitulas in sum trahunt. Octavo, derivant ad vic na. Nono, exhauriunt fotu, dropacibu cauteriis: quo continens causa amove tur. Decimo, restibilem materiam di pant; & roborant partem. Vndecimo, la victu vires recreant. Exempla quibus e

3. Meth. 29. & 30.

ercitatio eluceſcat in his omnibus, quo dam posuimus: quibus tunc adjecim examen ægrorum, quo modo interrog debeant: hic jam satis erit filum, quo co silia sint trahenda, adjeciſſe.

C

CAPUT VII.

Quo modo consilia sint ineunda medica.

UNUM illud discriminat cautum doctumque ab indocto medico, docte de parte ægra, morbo, causis morbificis, signis, & corporibus ægris disserere, idque serie certa: & validissimis rationibus de his suam munire sententiam; hisque adversa labefactare: melioribusque semper cedere. Ex 3. Methodi 31.

Qui primus dicet, tali fere exordiatur modo: Medici, ut puto, officium, qui consilium medendi init, duabus in rebus maxime versatur: nimirum in his quæ ad propositum sibi finem assequendum faciũt: & in fine ipso. Ea quæ ad finem suum obtinendum animo collineare debet, est pars obsessa à morbo, morbus, & ejus causa: quo cuncta auxilia rite effingi possint. Finis autem medici, est ægrorum redintegratio. Quare ut huc veniamus, certa serie tota hæc ægri historia ducatur in dignoscendo, prædicendo, & curando. Exordiendi modus.

Vel hoc filo primum dicendi trahatur initium: Quoties exercitationem medicã ineo, toties officium illud medicum mihi Hip. lib. De arte.

ob oculos versatur Æsculapidum schol
sacrum, * μὴ τόλμῃ μᾶλλον ἢ γνώμῃ, ἀδ' ἐ
περβατῶς, sed certis præceptis curationem
esse tentandam. Præcepta illa dicuntur e
cognita ægra parte, & affectu qui arcet
suis muniis hominem, ejusque causa: ha
symptomatis se aperiunt. quare symptoma
ta rite tractabimus.

* ne potius temeritate, quam consilio: neutiquã perfunctorie.

Poterit & hoc modo exordiri: Cum ho
homo nequeat vitæ suæ munia exercere
sine dubio aliquid præter naturam eur
fatigat. Quod præter naturam corpus cc
pit, aut est symptoma, morbus, vel caus
morbifera.

Qui vero ultimo loco consilia versabi
breviter colligat quæ ratione accurate fi
mata à primo fuere: &, si quid magni m
menti omissum à primo sit, id addat; e
quæ minus firma, & noxia futura, refi
tet; rejiciendo causas non veras minim
que certas morborum, sed aliis communes
& meliora non sine certa ratione adfera
causisque æstimatis, veris confirmet si
notis, si quid dubii præ se tulerint.

Qui primus dicit, ab exordio, si ita r
sum, narret historiam affectus curan
mox de rebus non naturalibus, quibus
sus hactenus fuit ager, dicat; ut de aëre,
bo, potu, motu, ocio, somno, vigiliis, exc
nendis & retinendis, venere, & admove
a

dis. nam inde causa morbifica, & temperies corporis ascititia eluceſcet. Hæc tamen non incommode hoc loco omitti poterunt, & cum ad causarum morbificarum, morborum, & virium ac temperiei indagationem ventum fuit, adducuntur. Tertio historiam inibit rerum naturalium, agetq; de natura communi & peculiari, in habitu, temperamento, actionibus, humorum dominatu, consuetudine & diæta. Et qua moderatione pars ægra dotata fuerit, quisque sit ejus in corpore usus: quæ sit ægritas, consuetudo, ars, sexus: & qua facilitate & labore medicationem ferat. Harum enim rerum mox usus erit, ubi de remedii copia admovenda disseremus, nam ad hanc deprehendendam, opus est ut internoscamus, quantum abierit æger à temperie sua genuina: & quantæ sint vires ægrorum (quod ad victum præscribendũ facit) inde indagamus. Quin hæc nonnunquam hoc loco omitti poterunt, & usibus suis admoveri tunc, ubi de morbis eorumque causis agimus: nam sæpius in hoc theatrum prodire debent. Cum tamen pars solum in querela est, totius temperies præteriri poterit; nam satis erit partis naturam aperuisse: at si febris occupaverit corpus de totius temperie transigendum: hoc est, principum partium naturæ in hoc

homine examinanda. Et dū hæc agimus, plurima quæ ad nostrū finem non faciunt transilienda erunt. Si enim temperie e partis fracta fuerit, non bene de ejus figu ra, situ, connexione, magnitudine, confor matione verba facies. Quin non perpetu opus est ut de corporis temperie sollicitu sis: ut si illa adhuc hæreat in antiqua li nea, quemadmodum evenit morbis qui i mala conformatione, magnitudine, num ro. Nam hic potius de partium structur disserendum. ut si luxata sit pars, & qua ratur qua idea luxationis violata sit: opa erit indagine de partis structura. Et dec cunctis tantam solum dicatur, quantu satis est ut inde affectus præter naturam posthea eluceat, ubi inquiremus quid quantum agendum. ut, si luxata par intelligamus quanta tractione opus sit. Sed & hæc fœliciter in proscenium hoc edi cuntur ubi de dicta instituenda, & de re mediis cum deliberamus ex affectu perlu strato.

Hiu, si ita placet, perlustratis, tota m dendi ratio his certis notis hacq; serie di

Series. catur: & inquire, An sit agendum, Qu agendum, Quo remedio utendum, & q in Qualitate, Copia, quo Modo, Tempor & Ordine. Sed hæc intelligere non poss mus, ni primum res præter naturam e

pl

plorata sint, quarum causa hæc prædicta indagamus. Perveſtiganda itaque nobis erit pars obſeſſa morbo, morbus, & cauſa morbifera. hæc ex ſymptomatis (quæ eas res unde dimanant nobis oſtendunt) intelligemus: nam ſymptomata, partis obſeſſæ, morbi, & cauſæ morbificæ naturam ſequuntur. Quare hæc ita ob oculos ponantur, ut cuncti fateri cogantur, hanc talem partem in vitio eſſe, illam morbi ſpeciem, iſtamque cauſam in culpa eſſe. ut id agendum antea diximus, & etiam in Methodo ad praxin. Singula ſingulis conferantur ſymptomata: illa coacervatio quid certi aperiet, de parte, morbo, & cauſa morbi? Quin ex uno ſymptomate interdum morbi ſedes, morbus ejuſque cauſa agnoſcitur. Quare ſi res hæ paucis oſtendi notis poterunt, immediatas ſolum & proprias accerſemus, & huic tantum hiſtoriæ aptas. & ſemper ab eo genere ſymptomatum auſpicandum, quod præbet evidentiores notas. Si quis forte ſeriem ſymptomatum amplã & certam requirat, conſulat ea quæ in Methodo: ubi fuſe huic indagini admovimus ſymptomata; & monſtravimus, quo modo ex ſymptomatis in morbum ejusque cauſam; iterumq; ut dicendo palindromæ fiat ex cauſa & morbo in ſymptomata. Et primum definias ſymptoma hoc, & cujus

3. lib. 31. cap.

Galen. De locis aff.

Dignotio.

3. lib. 31.

generis sit: vel ejus immediatam expone
causam, & eam sine qua non: quod alias
Meth. cap. 31. exemplis aperuimus. Quodsi, dum ex sym-
ptomatibus venamur affectam partem, af-
fectusq; præter naturam, inciderit obscu-
ritas, vela detrahenda, probando, ne, cum
ad remedia ventum fuerit, titubet medi-
corum concordia: imo potius concordibus
animis, ex his apte distinctis, contraria re-
media affectibus morbiferis decernantur.
In primis itaq; id studium adsit, ut ex sym-
ptomatis partem morbo obsessam, morbum
ipsum, ejusq; speciem, & causam morbifi-
cam deprehendamus. Propterea etiam ipsa
symptomata in primis examinentur. Id
Filum. fiat hoc ductu: Quia hic homo vitæ solita
officiis satisfacere nequit, certum est quid
præter naturam illum cepisse Quod præter
naturam corpora fatigat, est symptoma,
causa morbi, vel morbus. Si fuerit sym-
ptoma; hoc erit in actione, excremento, vel
qualitate à natura degeneribus. Actio erit
abolita, accisa, aut depravata: eaque ani-
malis, vitalis, vel naturalis. Excremen-
tum inspicitur in substantia, qualitate,
quantitate, tempore & modo excernendi
loco unde, & ex quibus in quæ fiat muta-
tio. qualitas, in corporis colore, charac-
re, & mole. Et hic in unum censum colli
ganiur præsentia symptomata, quæ conspi
ran

rant in talem aut talem partem ægram, morbum, & causam morbificam: & quot hæc sint. Adde jam his res naturales & non naturales, quæ propositæ rei aliquam lucem adferre poterunt. Et dum symptomata ad partis indaginem volvis, una perlustra num illa pars symptomate pressa ac morbo, idiopathia vel sympathia, protopathia vel deuteropathia affligatur. & omnia ratione stabiliantur. Vide num partes plures vel una in vitio sit. Nota ejus positum, ordinem, figuram, processum, recessum, temperiem; & cui causæ & morbo pars maxime exposita sit; & num propriæ quædam notæ illius partis appareant.

Morbus deprehendendus.

Parte ægra deprehensa, ex eisdem symptomatis quæ corpore ægro apparent, morbum ipsum captabimus. Si occurrerint quamplurima symptomata, abducatur symptoma quod longius à morbo recessit, in aliud illi junctius symptoma, sed tandem in morbum abeant. Cum ex symptomatis morbus deprehensus, demonstra quis & qualis ille sit. Hoc ages ex ejus essentia perspecta: quæ spectatur in ejus specie, magnitudine, more bono, vel malo; motu, (ut celeritate, vehementia, continuitate & longitudine, æqualitate, & ordine) parte obsessa, & humorum dominatu. de his fuse alias. Sed dimitte semper sermonem in rem

hanc, ſpeciemque morbi præſentem: nec vageris per ampla rerum genera. In eo morbo nota etiam; ex quibus in quæ facta ſit mutatio; & qui per ſe ſunt, num jam facti, & num etiam jam fiant: & qui facti, num jam in habitu, vel non. Interdum hæc omitti poterunt, & dum de curatione agimus, adferenda. Tempus etiam morbi bene diſtinguatur: num ſcilicet decurrat per univerſale ſuum principium morbus, augmentum, vigorem, aut declinationem; & quamdiu jam illud tempus duraverit. Et num morbus periodis recrudeſcat: & quales ſint recurſus; longine an breves, acerbi an leves, & num ordinis expertes: quo modo, & quo tempore paroxyſmi invadant, augeantur, urgeant, & cedant: & num ſimul vel ſejunctim adoriantur, increſcant, vigeant, decedant & quid fiat in omni paroxyſmi parte: num frigeat, horreat, rigeat, ſudet, & quam diu hæc perſeverent. & num grave ſymptoma vigeat tempore paroxyſmi, ut hæmorrhagia, diarrhœa. & quo tempore paroxyſmi hæc invadant, & num toto paroxyſmo. præterea in quod excretum finiatur paroxyſmus: numq; ad merum intervallum ſe demittat. quid longius excurrat in paroxyſmo; ejuſne initium, augmentum, vigor, vel declinatio. Hæc morbi indolem

ape-

aperiunt. hæc tamen omnia in cunctis non habent locum: tu vide ubi. Quin hæc etiam interdum curationibus inseruntur, dum de his agimus. Si interim ex his incidant dubia adhuc quædam de parte, prius non cogitata, hic repetantur: num scilicet totum corpus vel pars solum ægrotet. si pars, an ea princeps, vel ignobilis. & nũ ex idiopathia, protopathia, sympathia, & num deuteropathia ægra sit. Quæ ab idiopathia, focum suum in peculiari parte perpetuo habent: deuteropathia laborat pars, cum ab alia prioreoccupata, in hanc transit. Examina propria partis symptomata, in actione læsa, excretis, & qualitate: ut doloris specie, colore, tumore. Intuearis situm partis, & illa quæ alteri supervenient ab adnatis partibus. Lædentia & juvantia observa. Morbo parteq; deprehensis, morbi causam investigabimus formalem, efficientem, instrumentalem, & maxime materialem, ejusq; focum; causas cũ quibus, & sine quibus. & quemque morbum in suam causam referemus. hæc fuse olim exemplis aperuimus. Primum cogita 3. Meth. 31.
de internis, & ante omnia de proximis, deinde de externis. Et de internis, num sint ex natura primordiis ingenitæ, vel ascititiæ. quæ princeps causa, & quæ sese consocians & juvans; & quæ sint illæ causæ sine

§. Method. 1. *quibus morbus hic nõ naſceretur: ut alias exemplo id illuſtravimus. Nec hic dividendæ cauſæ, ſed ſolum propriæ uſibus adhibendæ. Vna jam perpendenda victus ratio, cui aſſuevit æger, ejusque temperies & habitus, ætas, regio, cæli ſtatus, ſexus, animi mores, &c. ut inde, & ex ſymptomatibus omnibus eluceat humorum dominatus. & vide num cauſa ſtabuletur in parte, vel num jam illa evanuerit: &, ſi adſit, num facile excludi poterit. Hæc omnia etiam hic omitti poterunt, & tunc in uſum duci, ubi ex morbi cauſa Indicationes curativas captamus. Vt nimirum hic ſolum deprehendamus partem ægram, morbum, & cauſam morbificam: reliquas jam dictas res in iis obſervandas, mox ubi de curationis ductu agimus, (qui ex his dirigitur,) tunc in uſum accerſamus. Secundum hæc volvis, adverte perpetuo mentem, cum quibus horum res tibi ſit, cum cauſa morbi, morbo, vel ſymptomate urgente. & in quid hic, de quo agis, affectus referri debeat; num in ſymptoma, morbum, vel ejus cauſam: ut conſtet omnibus quæ ſit rei propoſitæ eſſentia.*

CURATIONIS ductus.

His compertis curationis leges accedemus; hac ſerie, ut perpendamus, An agendum, Quid agendum, Quo remedio, Quali, Qua copia; Quo modo, Quo tẽpore, Quo ordine utendum.

AN sit agendum, docebit affectus morbifer, & materia neoterismi capax, vel expers: & instrumentum si in promptu sit quo agendum: & natura ipsa num agat quid, quo ei porrigantur manus auxiliares. Affectus, ut si illi, de quibus instituitur consultatio, non omnino sint deplorati, nec ita exiles, ut ultro naturæ cedant, propugnandi erunt opera medica. Hoc notabimus ex robore affectuum morbificorum, ac rerum naturalium opibus. hæc inter se collata, in quam partem victoria inclinatura sit indicabunt. hæc signis eluescunt prognosticis, de quibus prius. Nusquam extra lineam tuam abeas: quæ hic est præsensio. Si conclamatum & ad ultima ventum, non crudeliter orco dicandi ægri: sed solatium miserus à blanda hac arte (quæ vere ad solatium miseriæ à Deo Opt. Max. hominibus data) adferendum his, quæ vires recreant, intemperies flectunt, ac symptomata mulcent. Ita Galenus ab hectica exhaustus medicinã facit. & cum Avicenna semper memores simus occultæ naturæ potentiæ. A magnis tamen abstinendũ remediis, ne restibiles vires pessundẽtur. pax sit à pharmacia & phlebotomia, cæterisq; valide exhaurientibus: unde optimis remediis nota, & medicus certa infamia. Si itaque redintegrabile sit malum, mox,

AN agendum.

10. Meth.

QVID agendum, sit.

QUID *agendum sit, vide. Id nesciens primum pars affecta, morbus, & ejus causa deprehensa fuerint. Hoc docuit olim Biantes, unicum esse principium bene consultandi, nosse de quo instituatur oratio: sin secus, omnia aberrare. Quare ita tunc dicendo pergat: Quia pars affecta, & affectuum nobis propositorum natura, differentia, causæ, in hac consultatione nobis sunt inventa; jam agendi rationem perquiramus, & primum Quidnam agendum sit perpendamus. Hoc est, quo auxilio affectus debellandus: vel quo nutricatu vires recreandæ. Quo affectus sint frangendi, aperient causa morbifica, morbus, & symptoma urgens: nam contrarium sibi remedium indicant. Quod enim contra naturam, sui ablationem flagitat. Hoc jam loco tota prima indicatio usum suum habebit: quare huc illa adferatur, ut sciamus quot & quæ moliri debeamus ad affectus exclusionem: & à quo auspicandum sit; ut ab urgentiore, dein ab aliorum causa effectrice, quodque est causæ loco, sine qua non fieret affectus. & in unoquoque ex prædictis quærendum, quæ & quot auxilia adferenda. & quoties aliquid moliendum toties res nõ naturales erunt percurrendæ ut dum fluxio cohibenda, num illud fiet revellendo, derivando, dolorem sedando*

&c

&c. quæ in prima Indicatione. & vide quæ inter res naturales his una ſtudeant. Ita tamen hæc ducenda, ut primum generoſiſſima remedia uſui inferantur: qualia ſunt evacuantia ſenſibiliter, & occulto: alterantia &c. Et id ſolum adferatur, quod propoſito malo auxiliari poterit. Ita Vires, & morbi conſtitutio, hoc eſt, natura rei quæ præter naturam adeſt, indicabunt num ſit nutriendum, ut quarta docet Indicatio. Tertio perluſtrabimus,

QUO remedia ſit.

QUO AUXILIO *id præſtandum ſit, quod agere oportet: aliud enim eſt, contrarium affectui, illique aptum remedium eſſe; & aliud, eo utendum eſſe: nam multa interdum impediunt aptum remedium, à fœlici uſu. Conſule ergo admittentia & prohibentia, hoc eſt, partem & reliquas omnes indicationes, num negent apte in uſum flecti poſſe hoc remedium: vel num annuant. interdum etiam uſum conſule, ſi ſola obſervatione remedia illi malo comperta fuerint. nonnunquam & analogiſmum in judicium adducas, ſi nec judicio (hoc eſt indicationibus) nec uſu quicquam quod conferat deprehenſum fuerit: tunc enim tranſitu ad ſimile intelligemus quid conferat. Si itaque Indicationibus (ut fere fit) uti licet, inſpicienda erunt indicantia, quæ & quot ſint; dein contraindicantia,*

tia, hoc est repugnantia: & ea quæ admittunt quæ ab indicationibus jam decreta sunt. Hoc est, unum est indicans quid agendum: reliquæ Indicationes Limentinæ sunt: nam vel coindicant & admittunt, vel contra indicant & prohibent. Hinc est quod antequam consilia inimus, noscendum sit quot sint indicantia, & quid indicent; & quid singulis repugnet vel annuat. Primum itaque indicantia ponantur: dein coindicantia, & contraindicantia: Vt intelligamus cum aliquid auferendum vel tuendum, quali victu, pharmaco, vacuatione abdita apte uti poterimus.

QVALI. IV.

Quarto videbimus QUALI *remedio transigendum sit: num crasso aut liquido, odorato vel fœtido, calido actu vel frigido, curvo, recto, repellente, digerente, coquente. Hoc elucebit ex morbi decursu, peculiari ægri natura, consuetudine; partis substantia, formatione, usu, situ. Has Indicationes primo docuimus; hic usum habeant suum. Vt si evacuandū; cum vari id fiat, decernendum, num sensibus abdita vel his deprehensa id exhaustione agendum sit. si phlebotomia, latum vulnuscu lum infligendum, si crassior sit sanguis: tenues venæ, cucurbitis utendum. Iucunde ubique transigendum, etiamsi ad paul deterius deflectendum foret. Et semper po*

tiu

tius usitatus, quam novus: nam plurima remedia & alimenta, nova adblandiuntur forma ac gratia; quæ tandem coarguit usus malignitatis. Sane, ait Galenus, qui explorata contemnens, nova semper remedia tentat, flagitiose facit. Quæ jam ab usu sunt sacra, ob jucunditatem majorem, in parvam molem redigi poterunt extractione præcipuarum virium. cujus quædam nova ratio nuper mihi comperta est, nescio an hactenus deprehensa: qua in pauciſſima grana (ſine ignis vi) omniū remediorū vires consocientur: de qua alias. 7. κρατὰ γένη 4.

Quinto QUA COPIA in vi & mole, remedii usus iniri debeat, cogitabimus. Vis remedii indicatur à ferocia & remissione affectus morbifici, & ab ægri temperie, viribus, ætate, situ partis, ejusque formatione, ut amplitudine meatuum. Moles remedii sortitur sua indicantia, morbum, ejusque causam coindicant vel contraindicant, temperies, habitus corporis, vita institutum, ætas, aër & regio, anniq; tempus, consuetudo, symptomata, quæ dehortantur. quare hæ Indicationes hoc loco his lusibus intrudantur. Ex his enim vires deprehendimus præsentes & mox futuras: quæ si periclitantur, majora remedia abnuunt. Quare in cunctis Indicationibus perpende, quid per se his repugnet, & quid QVA COPIA. V.

περὶ τέχνης. *facilitate potius quam vi.

has admittat, & quid per aliud hoc agat. Et ubi de quantitate, semper hæreat tibi illud summi præceptoris, * ῥᾳστώνῃ μᾶλλον ἢ βίᾳ. Sexto examina

QVOMODO. VI.

QUO MODO agendum. id patefiet ex morbo, ejusq; causa, sexu, parte ægra: &, ubi locus viæque variari possunt, ex multis commodiorem eligemus. Septimo notandum

QVO TEMPORE. VII.

QUO TEMPORE sit agendum; hoc est, captari debet occasio. Illam aucupabimur ex præsentia & absentia eorum, quæ tunc agendum vel supersedendum esse indicant: si adsunt morbi & causæ morbificæ rectæ ad agendum comparatæ, & si absunt symptomata quibus vires debellantur, ut dolor sævus, vigiliæ, stomachi rosio, indeque anxietas, nec adsit prostrata virtus, absit criticus naturæ motus, ut erumpens sudor. Observanda quæ præcessere, & consecutaria. Somnus proxime excipere venæ sectionem non debet, nec validæ inediæ, aut crudus in ventriculo cibus, vel paroxysmus mox invadens. Mos & motus temporis que morbi, ejusq; brevitas & diuturnitas hoc idem aperient, & naturæ ordo; calicis constitutio, & remedia apta, si adsint. Hæ indicationes hic inducantur. Ita vena aperietur eo tempore quo promptius effluere potest sanguis. Vltimo

Qui

QUO ORDINE *remediis utendum sit, inquiremus. Non in omnibus ordine opus est, sed ubi multa sunt peragenda. Quæ simul agi non possunt vel non debent, tripliciter complicantur: vel unum ratione alterius, causæ analogiam gerit; aut causæ sine qua non rationem habet erga aliud: vel unĩ urgentioris ideam præ se fert: aut ita convenere, ut unius curatio, alterius medelã impediat. Quare notabimus quid inter morbos, causas morbificas, & symptomata urgentius sit: quid causæ locum occupet sine cujus ope non fatigaret morbus: & quid sit effectricis conservantuque causæ loco. Hæc facile fient, cum primum examinaveris quid conservantis, & quid causæ sine qua non ideam gerat, & sine cujus evictione morbus pessundari nequeat.* QVO ORDINE.

Sed cautio in inducendis ad has res Indicationibus adsit, ut hæ solum evocentur, quas præsens historia postulat: & ut illæ præponantur à quibus reliquæ nascuntur, & quæ potenter urgent. Si quæ infirma videantur, ratione firmentur, aut experientia rationali stabiliantur. cum tamen ab experientia argumenta ducis, omnia discernes & distingues; ne causæ primariæ ascribamus id, quod ex eventu agit aliquid. Sin nec à ratione, nec ab experientia hoc obtinere petes, tunc solum auctoritatem Cautio.

tatem majorum in subsidium vocabis. Sed ubi lucida sunt omnia, absit auctoritas scriptorum, ratio, & usus.

Alia ratio. Qui hac jam dicta ratione nolit uti, is, eodem eventu, in primis ex symptomatis quæret partem ægram, morbum, ejusque causam: mox opponat his contrarium remedium, ex lege & ductu primæ Indicationis. deinde id remedium ordine ducat per omnes Indicationes, quæ ut Limentinii quidam dii ejus qualitatem, quantitatem, utendi tempus & modum, ordinemque definient. Vbique absit fastus à consultore, & omnia ad salutem ægri conferantur. Nunquam aliena adferantur, nisi parce & magno cum judicio, demonstrando illa ab hac consultatione non aliena esse. Difficiles quæstiones tenui digito, vel transitione delibabimus. vel in auditores, si quid prolixius, culpam referemus; quorum studiis & votis hoc nos negare non potuisse affirmabimus.

Brevis ratio consultandi. Si quis breviter velit consiliis operam dare, ita agat: Tria sunt quæ maxime medicum perpendere decet: corpus ægram quæ partem, morbum, & causam morbi. Et ilico de natura ægri corporis agat. & si lateat pars obsessa, perpende num eluceant notæ propriæ illius partis quæ in suspicionem venit. Deinde morbum investiga

ejus

ejusque causas: & perpende symptomata. Postea ages de dieta, & num evacuandũ, revellendum, derivandum: de chirurgia, ut nũ sit secanda vena, quæ, quando, qua copia; de cucurbitulis cum vel sine scarificatu: de arteriotomia, hirudinibus, vinculis, cauteriis. Tandem de pharmacia, an leniendum, præparandum, purgandum sursum vel deorsum, urina, sudore. Vltimo de corroborantibus intus, foris: de masticatoriis, gargarismis, phœnigmis, sinapismis, dropacibus. Sed in tali ductu, loco non satis apto differere licet, cur, quando, & qua copia his auxiliis indulgendum sit.

Curatio solitaria.

Cum quis solus ægri curam suscipit, hac serie transigat. In primis sexus habeatur ratio: & innotescat natura insita & adventitia, in temperamento, habitu, humorum dominatu, consuetudine, & dieta: & inde vires. Partis ægræ, & morbi deinde signa & causas eorum investiget: ac notet, num morbus squalidus sit, vel madidus: & recte differentias causarum suis propriis signis interstinguat, & num sit morbus magnus, perpendat: & Indicationes in consilium adhibeat: & prognoses. Quibus deprehensis, roget quanam hora pastum inierit: ac cogitet nũ enemate vel glande opus sit. Perlustret interim num sit corpus &c. ac meabile, an potius infarctui

ctui obnoxium. His deprehensis, diæta
commoda imperetur: & cogitandum num
vomitu egeat. Tandem cum compertum
jam sit num magnus an parvus sit mor-
bus, prima cura sit de sanguinis eductione
à vena secta, vel cucurbitis, aut hirudi-
nibus. in his notabis locum, modum, &
tempus. idem de cæteris admovendis dico.
Dein num pharmaciæ locus, vel num pa-
rari succos oporteat jusculis. in his perpen-
des copiam, modum, consistentiam, tem-
pus. Evacuabis lenibus, mediocribus, &
validis: ut copiosior ac contumacior fuerit
educendus humor; & ut is consederit in re-
gione alvina, venosa, vel habitu corporis:
hoc est, pro situ humoris purgandi. In re
mediis perlustra materiam, copiam, mo-
dum, & tempus. Vltimo, ad ea quæ à fori
admoventur, ut olea, unguenta, cataplas
mata, fotus, sacculos, epithemata, &c. In
tus, antidota, tabulatæ confectiones, &c
his adde cauteria, & fontinellas.

Hæc properantibus ad majora satis ess
poterunt. Faxit Deus Opt. Max. ut his in
naturæ lusibus medicæ artis studiosi, mi
cantes illos suæ divinitatis altæq; sapien
tiæ lusitantes per mundi theatrum igni
culos noscant: & in his, perpetuam illam
majestatem venerentur atque exosculen
tur. Quin in his amplectantur perenner
illam

illam erga nos ac benevolam summi Dei providentiam, qua cautum voluit hac arte, tanquam vindice, humano generi, de perpetuis languoribus ac hostilibus morborum incursibus Solatio itaque humanæ miseriæ data ars, qua gratias accini sibi vult rerum creator, benevolentiæ ac amori perpetui archiatri nostri Iesu Christi gratias agat; per quem tota hæc mundi fabrica flammat ac vegetat ab omni sæculorum ætate divinis viribus: ab eoque petamus fœlicem in ejus operæ manum medicam. Etenim,

Ni Deus affuerit, viresque infuderit herbis,
Quid, rogo, dictamnum, quid panacea juvent?

FINIS.

I. HEUR-

I. HEURNII

MODUS RATIOQUE STUDENDI EORUM QUI MEDICINÆ OPERAM SUAM DICARUNT.

I. HEURNII MODUS RATIOQUE STUDENDI EORUM, QUI MEDICINÆ OPERAM SUAM DICARUNT.

CAPUT I.

Medicinæ difficultas, & decus: & Quorum opus sit absentia, quo ejus difficultatem superemus.

SCITE *ac prudenter dixit olim Pythagoras, Homines hanc vitã veluti emporium quoddam accedere, ex quo alii alias sibi merces conquirunt, aliisq; in studiis versantur. Optimi vero ac præstantissimi existimandi sunt, qui præclarissimis artibus incumbunt, non sine certo ductu ac ratione. Triplex enim vitæ genus homines sectari videmus, activum, contemplativum, aut voluptarium. Hoc ultimum, aucupium belluarum est. activum, si philosophia caruerit, magnis plerumque se difficultatibus involvit speculativum, θεώρημα est & inutile, ni se ad actionem aliquam certo ductu ac ratione demiserit. Quo ergo illi filo, qui medicinæ*

Tria vitæ genera.

Medicina cur difficilis.

se consecrarunt, suos ducent in Reipublica commoda labores? constat enim cunctis difficilem hanc artem esse; quamvis pulcherrima, ac perpetua laude digna. Difficilis habita semper, ob judicii & experientiæ difficultatem. difficile judicium, distinctione corporum, causarum, signorum, & rerum mediorum: ad cognoscendum, prædicendũ & curandum: & quia hæc, similitudine sæpe bonis imponunt medicis: multaq; sæpe solitaria ratio suadet, quæ coarguit usus. Experientia etiam ob sui prolixitatem artem grandescere facit: nam ad hanc diu opus est. quare Euryphon medicus olim interrogatus, quo esset usus præceptore, Tempore, inquit.

Medicina pulchra.

Pulcherrimam etiam hanc fidamq; philosophiæ comitem dixi: quæ nimirũ domi grata, foris necessaria, accepta cunctis, nulli injuria, benefica, liberalis, dulcissima naturæ parentis indagatrix, calamitatum fugatrix, sanitatis fidissima tutrix; munificentissimum Dei donum, ac in hac corporum fragilitate solatium. Hæc pro summis & infimis omniumque salute excubat: pauperum casas non dedignata, simulq; regum cubiculo recepta, Imperatorum imperatrix, vitæ amica, cunctis fudet. in adversis præsidium; in secundis jucundum vitæ condimentum: jucundissima scitu, opulentoque proventu fœcunda.

Han

Hanc bene instituta civitates coluere semper, generosissimis natalibus, philosophia naturaeq; adytis ortã. Hæc à fortunæ procellis semota, secum ipsa in sublimi arce rationis habitans, foras tantum ad humanas miserias prodiens; quibus debellatis, se suaq; in arce cum sophia oblectat: adeo, ut vetustissima quadam juventa perpetuo repubescat. Quare Deo dignam Artem hanc putavit antiquitas. Xenophon medicum Cyro addit, cum quo de abditis rerum causis confabuletur, & de intimis penitissimarum causarum secretis sermones misceat, penetralia naturæ rimetur, & jucundos ejus recessus investiget. Laudata à laudatis viris, & ingentibus præmiis affecta Iulius Cæsar medicos omnes Romæ profitentes civitate donavit. Democides medicus à Dario in honore habitus fuit, mensaque regia dignatus; tantæ auctoritatis, ut Ægypti medicos damnatos, & unã Elienſem vatem servarit. Artaxerxes Hippocrate frustratus minabundus indoluit: cui Herculis honores Gracia dedit. Asclepiades Mithridatis legatos & promissa sprevit. Erasistratus centum talenta à Ptolemæo (vel ab Antiocho, ut alii narrant) accepit: hoc est sexaginta millia aureorum. Q. Stertinius principibus imputavit quod sestertiis quingentis annuis

Præmia. Suetonius in Iulio.

Plin. 26. Lib. 1.

contentus esset, cum pluris sibi ex urbis quæstu proveniret. & hujus fratri à Claudio Cæsare par merces data. Crinas Massiliensis centies sestertium reliquit murum patrius ædificandis. Quam chari illi regibus? Taceo Philippum Alexandri, & Musam Augusti. Omitto Aruncios, Albutios, Rubrios, Cassios, & Carpentanos, quibus Romæ stipendia annua ducenta & quinquaginta aurei erant. Thaddæus Florentinus cum peregre proficisceretur, aureos cottidie quinquaginta accipiebat: & cum Pontificem Honorium curasset, reportavit decem millia aureorum. Comitanus mira stipendia narrat medici Ludovici regis Galliæ. Hæc nonne plurimis optanda? sed, ut dixi, difficilia, & ad quæ rara ingenia pervadant, ni recte ducantur: multa enim naufragium faciunt, & in ipso etiam hujus artis portu, & se suaque fidei commissa præcipitant. Quare ut in re militari insignes duces atq; imperatores, priusquam militem in aciem educant, rationem aliquam sibi comparant qua prudenter exercitum instruere ac fœliciter in hostẽ ducere possint, (ne in re tam periculosa se cum milite, totamque rempublicam perdant;) Ita qui huic pulcherrimæ ac difficili arti novi mystæ vela pandunt, cynosuræ cujusdam certæ ad legem

colli

collineare debent; ne fluctuantes cœco ductu, huc atque illuc per medicinæ vastum pelagus errabundi ferantur, dum haud bene juncta ac formata præcepta susq; deque hauriunt, falsumque pro vero animis admittunt, tandemque vano labore delusi, se his in pomœriis sine fructu tota ætate deluſos querantur. Hoc passim evenit his, qui non certo filo se duci patiuntur ad artem hanc, sed qui temere omnes auctores volvunt. quibus usu venit quod his qui in dubia cœna miscent assa elixis, atque conchylia turdis: unde tandem lenta pituita illis stomacho cum sit, cuncta alimenta simul evomunt, non sine totius nutricatus iniuria. Quo itaque hanc maleam vitent, rationem certam, quantum in me est, præscribam; cuius ductu (nisi auguria mea me fallant) ad certa trophæa hanc militiam provehant. Dicam quæ abesse, quæ adesse, debent. In primis sanum adferat studiosus ingenium ad hanc artem velim, nec insanum à φιλαυτία. Credite mihi, nihil æque in diversum abripere solet optima ingenia ab eruditionis pulpito, ac κακοδοξία & φιλαυτία. illa, quod nescit, discere præ pudore renuit, ne insciti am cum rubore prodat: hæc, iam eo perveniſſe se persuadet sibi, quo pergendum erat. hinc fœda illa ingeniorum in ignavum robur adole-

Morbi studiosorum.

scentium ignorantia. Quare Heraclitus
a persuasione esse impedimentum profectus. Physicus dicere solebat * τῷ εἰπεῖν, ἰγκοπὴν τῷ ἐκμαθεῖν. Nullum profecto ferarum genus assentatione est perniciosius, nullum quoad facilius in præcipitia juventutem trahat, ac omnis eruditionis sementem radicitus obtriverit. Quid ergo his eveniet quæso, qui hunc gurgulionem in præcordiis perpetuo apud se gerunt, ac sibi nescientes palpum obtrudunt? Recte de palponibus illis Timon apud Athenæum. * ἀιξ ἔπω τέτοκεν, ἕτερος δ' ὅτι δάσεται παίζει. Alii juvenili quadam audacia ad suum nutum doctrinam duci petunt, aliorum contemptores ac risores: his iam magister uti Saturnus quidam delirat ætate, iamque capularis est dæmon, subselliis efferatur. Has fastidiosas propellite iuvenes pecudes, si instrui rite velitis; fugite has, quæ mansuetissimas etiam naturas in sua contagia trahere possunt. ἔρριπτε λαβυρίνθους, ἐλεγχίνες. Hæc absint: aliæ adferantur situlæ ad has merces. Quæ? natura proba, studium indefessum, & perennis exercitatio.

* Nondum enixa capra, ac iam ludit in ædibus hædus.

CA

CAPUT II.

De his quibus opus est ut adsint studiosis, quo artis difficultatem superent.

OPUS *est ad cunctas ingenuas artes natura, studio, & exercitatione. Cæca est sine studio & doctrina natura; & absq; natura plane titubat disciplina: imo utaque hæc ni adsint, frustra inibitur exercitatio. In primis vero potens est natura. Pythagoras dicebat, cibos in scaphio non esse ponendos; hoc est, in improbum animũ doctos sermones non esse immittendos: nam sermo, cogitationis cibus est, quẽ animus, ni probus sit, sordidũ reddit. Vt enim agricultura in primis soli probitatem quærit, ac deinde hoc parandi peritum agricolam, mox selecta semina: quæ cuncta ni recte comparata sint ad fruges, nunquam in fœcundam maturitatem illæ adolescent: Ita studiosis, qui se in gloriam literatam erigent, amice aspirare debent tria omnium artium & scientiarum comparandarum præsidia, φύσιν, σοφίαν, & τὸ χρεὼν, ut loquitur Hippocrates, hoc est natura, doctrina studium, & exercitatio ususque. Sed hæc nulli eximia sine Deo: cuius numen, ut hæc afflet, perenni nisu sollicitandũ Prin-*

Lib. περὶ ἀρχῆς.

Natura. ceps inter hæc natura est, quæ habitat in corpore & animo. Corpore sit robusto, nervoso mox dicam. animo autem & ingenio acuto ad investigandum, judicandum, discendum: de quo postea. Natura si fractiosa fuerit, erigatur arte, & castigetur diligentia & labore. Videnne ut gutta cavant lapides? utque fertile solum incuria damnatum squaleat? & asper ager cultu fœcundetur? Quæ adeo prostrata animi corporisve natura, quæ non se erigat cura & Studium. dicta? Studium ergo accedat indefessum: magna enim hic præmia eruditionis, perennis fama, jucundissimaque vita: namque vitæ regula est ipsa eruditio & pietas. Cætera bona pusilla, & indigna tantis studiis. Pulchra quidem est nobilitas; at illa non nostra, sed majorum. amabiles sanæ divitiæ; verum non tuæ, sed fortunæ: quæ habentibus has aufert, & minime sperantibus adfert. Sed sint tibi hæ firmæ; an non cum sceleratis communes? an multis non aliquando funestæ? Gloria venusta adblanditur? at illa vaga & inconstans, nconstantem eruditionem agnoscat. Forma? caduca. Sola immota ac divina eruditio pia. Hæc nullum metuet fortunæ incursum, nec calumniæ ludibria, aut annorum senium; vetustate ipsa repubescens. Demetrius cum Megarensium urbem vastasset

staſſet, ejusque civem Stilbonem rogaſſet, num quid ſuarum amiſiſſet? haud equidem inquit: bellum enim nulla ex eruditione & virtute ſpolia ducit. Socrates rogatus num Perſarum regem fœlicem putaret: neſcio, reſpondit, quantum habeat eruditionis & virtutis. ubi ille ſapientiſſimi illud regis expreſſiſſe videtur, cum ait, * ὃν ἔστιν ἀνταλλαγμα ἀνδρὶ πεπαιδευμένης ψυχῆς. *Democritus dicebat,* * τὰς μὲν πόλεις ἀναθέμασι, τὰς δ' ψυχὰς μαθήμασι δεῖ κοσμεῖν. *Socrates interrogatus quodnam eſſet animal pulcherrimum, homo, dicebat, ornatus doctrina. Exercitatio & conſuetudo naturæ & doctrinæ accedat: aſſuſcat bonis, fugiat voluptuariorum hominum conſuetudinem. (Pythagoras dicebat, quæ nigricantes habent caudas, guſtari non oportet. quod eſt, fugiendi, quos morum inveneuſtas denigrat: his dextram non injicitote.) ſed cum eruditis & bonis ſe exerceat. Opus itaque eſt natura corporis & animi ſtudio, & exercitatione. Quo itaq; modo natura corporis & animi flecti debeat ad artem medicam, doctrina ſtudiumque ut habendum ſit, & quo modo exercitatione hæc excolenda & formanda ſint, jam dicam.*

* Prover. 6.

* id eſt, nihil tâ precioſum, quo permutari poſsit animus eruditus.

* hoc eſt, civitates ornant anathemata, animas vero mathemata.

CAPUT III.

De Genio, & natura corporis, qua studiosi valere debent.

NATURA *tantum an studio perfectos efficiantur medici, sæpe quæsitum fuit. Vbi non hoc investigatur, num natura humana apta sit discendis scientiis, cum nullum aliud animal artes capessat & iis utatur. natura enim cæteris animantibus dotes quasdam insevit nativas, ut aranea texendi, avibus nidificandi: hæc, natura ratione sine ratione agunt, ac callent; quasi Epimethei dono (quod ratione posterius sit) hoc est naturæ ducuntur ac opus ineunt: cogitatione autem & mentis discursu nihil possunt. Inde est quod perpetuo eodem filo sua munera peragant, & singula singula tantum exerceant. Sed homines Promethei munere artes sibi concessas & è ratione natas habent, domini illarum facti. Sed alius aliis artibus est magis aptus, alius juri, alius medicinæ: quamvis cuncti homines fere medici. id fit, quod ad beneficentiam nati sunt cuncti. Hæc itaque ad medicinam promptitudo in animo habitat: qui cum sine corpore apud homines*

non

non sit, corporis etiam petitur dexteritas quædam. A corpore petitur, ut id sit firmum, ætate integrum, quo labori studiorum par sit. hic enim labore opus: crede Epicharmo, φόρτου πωλοῦσιν ἡμῖν φασὶ ἀγαθὰ οἱ θεοί: *Laboribus vendunt nobis cuncta bona divi. & ut Euripides,* φόνος γὰρ, ὡς λέγουσι, δυκλείας φαλὸν ἐξεῖς ἔπαινον ἀδόναις ἐκτήσατο. *quod est; labor, ut aiunt, gloriæ pater est. nemo sibi laudem comparavit ex voluptatibus. Nihil gloria dignum absque assiduis laboribus effici potest. ut merito De legibus scripserit Plato:* * ὑγιαίνειν μὲν ἄριστον τὸ δ' εὖ πεφυκὸς καλὸν γιγνόμενον, τί μὴν οὐ πλουτεῖν ἀδόλως. *Corpus enim animi instrumentum est: quod alius fœlicius obtigit, aliis minus ad obsequia honesta tractabile. Quibus obtigit fœlix, his enitendum est ut alios labore præcurrant: quibus incommodius, cura addendum est quod natura deest. Artifices norunt instrumenta sua non solum ad suum quaque officium accommodare, verum etiam corrigere, & ad usum adaptare: quo turpius est non idem facere animum nostrum corpori suo. Quam quisque habet sanitatem, tueatur, fractam labefactatamque revocet. Plato dicit,* * τὰ ὑγιεινὰ ὑγίειαν ἐμποιεῖ τὰ δ' ὑγιεινὰ ὑγίειαν. *Virgilius continentem equum vult, quem generosum petit,*

Corpus quale sit studiosi.

Citatur à Xenophonte, in dictis & factis Socratis.

* optimũ, sanitate frui, hinc prima natura excellere, tertio innoxie ditescere.

* quod est, Salubria sanitatem inducunt; insalubria morbum.

3. Georg. Lib. 2. De officiis.

ubi ait: Nulla magis animi vires indu-
stria firmat, Quam venerem, & cæci-
stimulos avertere amoris. Cicero scri-
bit, Sustentari cujusque valetudinem
notitia sui corporis, & observatione ea-
rum rerum quæ prodesse soleant aut obs
esse, & abstinentia in omni cultu atqu
victu, corporis tuendi causa: & præter
mittendu voluptatibus. Plutarchus scri
bit, corpus foveri, cibus cum non satiatur
verum seminis substantiam cum tuetur
ac labori cum indulget. nam, ut ait Hip
pocrates, ἄσκησις ὑγείας, ἀπορείη τροφῆς, κα
ἀσκρίη πόνων. illud, dicit, sanitatis est stu
dium, non repleri cibo & potu, & impi
grum ad labores esse. Nam libro prim
De diæta scripserat, * ὁ δωίκτας ἰδίων ἀν
θρωπος ὑγιάφειν, ἂν μὴ κὴ πονίη. Nunc mul
corrumpunt corpus suum; & quod De
dedit aptum, faciunt ineptum, idque lu
befactant ocio, somnolentia, vino, vigili
venereis, ac immodica libidine. Altera
naturæ partem ad animi genium spectan
dixi: qui ita sit factus, ut facile disceno
percipiat, acriter de illis judicet, & m
moriæ illa fideli committat. Sed quia n
non finximus nosipsos, ut ex arbitrio m
stro his decoremur, Summi tamen D
benignitate ita comparatum est in natu
ra, ut hæc cura cultuque firmari expo
riq

* Hoc est, haud pote est homi-nem genio indulgen-tem sani-tate frui, si labor ab-sit, corpo-risque ex-ercitatio. Animus qualis.

rique possint. Cum enim animi mores ex contagio corporis fingantur: certe cujusmodi id fuerit, tales etiam vires redolebit animus. Cumque corpoream hanc molem facile in quamcumque temperiem traducamus, nostro etiam marte has animi dotes, annuente S. Deo, ex arbitrio effingemus. Præsertim quisque à seipso quærat, ex quo luto Prometheus eum finxerit; hoc est, quibus artibus aptior. his enim cum cultus à disciplina accedit, ad gloriam fit via sine vi. Quemadmodum enim non ex quovis ligno Mercurius fingi potest, sed aliud, ut buxeum, aptissimum fuerit, ficulneum ineptissimum: sic neque quivis medicina idoneus. Quare, sicut implantatio & φυτουργία non promiscue, sed magno judicio ab hortulanis facienda est, qui intelligunt quos surculos aut malleolos sibi insitos, veluti materno gremio complectantur, foveant ac nutriant; quæ rursus germina novercali odio aversentur: ita quique suum genium exploret, num eo ferveſcente ad medicas res feratur. Alius enim aliis artibus natus; ut canit eleganter Pindarus, * τίχται δ' ἐτέροισι τέχνα· καὶ δ' ἐν εὐθείαις ὁδοῖς στείχοντα μάστακα φυᾷ. Eligit libenter quisque hanc, quæ sibi pulcherrima videtur. & in qua præcellentia laudem expectat. Cuncti enim homi-

Nem. 1. * hoc est, artes aliorum aliæ: oportet in viis rectis ambulantem, annitã naturæ viribus.

homines, dicit Aristoteles, gloriæ ducimur laude; & ubi se quisque excellere posse existimat, eo se lubenter convertit. Hinc est quod quidam minus nobiles artes lubentius tractent: ἐκ γὰρ πάντα πᾶσι καλὰ, οὐδὲ ἄξια δοκεῖ πᾶσι πάντα, *ut ait* Ia procem. Sedar. *Ælianus. Ab omni autem secta genere alienus esse debet, qui excellere in hac arte velit, nec jurare in alicujus auctoris sententiam, sed nudam tantum veritatem sectari, eique subscribere. Ita se quisque metiatur, priusquam in hunc campum exiliat;* * σοφία γὰρ κέρδος ἀνθρώποις μέγα, *dicit Sophocles.*

* prudentia mortalibus magnũ lucrũ.

CAPUT IV.

De studio quo ordine duci debeat. Quę Sociæ artes medicinæ, & quantum illis studii dandum.

HACTENUS *de natura; jam ad secundum, quo opus esse studiosis diximus, venio: nimirum ad studium ipsum. Quia variæ ætates ad varia studia aptæ sunt, & quique anni suos habent genios, quibus fœlicius alias artes discunt, quas tanquam socias & confederatas medicinæ jungimus: quis ordo in his sit, dicemus. Ordinis enim in his accurata ratio*

tenen-

tenenda: ordinem consecuta domus uti lis est; ataxiam habens, inutilis. Ordinis tanta est pulchritudo & divinitas, ut nihil sine eo rectum & à reprehensione liberum invenias. In primis studendum, ut prima ætas, principia studiorum recte ponat: vetus id proverbium jubet, ἀρχὴ δὲ πεντήκοντος παντός: addit Plato, ἀρχὴν, παιδὸς τὸ ἔργον μέγιστον εἶναι. alii, ut testatur Galenus, dicebant, principium esse τὸ παιδαγωγεῖν. In prima ætate flexanima, ut Ennius ait, atque omnium regina (cujus non mortalem vis sapit naturam) colatur oratio: oratoribus dico & poëtis operam suam conferat. Præcipue vero familiares habeat Terentium, Plautum, Virgilium, Horatium: & Ciceronianum id fusum dicendi genus in primis amplectatur. Mox ætate firmiore, luxuriem illam in accisum & sententiosum robur contrahat: facile circumfluentem copiam attenuare. Alioqui si ab ineunte ætate se acciderit, eveniet illi quod his, qui longo tempore in vincula stricti, si postea solvantur, ob perpetuam vinculorum consuetudinem, crura pandere nec ambulare possunt, sed claudis titubant pedibus. Ita qui omni ætate sermonis benignam strinxere venam, cum opus fuerit, fluxum etiam tunc negabit. Amœna ubique varietas, tum in vocibus

Ordo.

Platonis dictum. 9. Δογμ. 1.

Ætatis primæ studium.

Bonarum literarum studium.

bus atque ſpectaculis: hanc ſectemini. Varii præterea ſunt auctores literati, qui ſplendorem quendam medico ſtudio afflare poſſunt. & quamvis medicos non faciunt, attamen, inquit Celſus, majores, ac magis ſuſpiciendos illos reddunt. Imo cum in gravibus poſtea occupabimur ſtudiis, ad hoc receptus interdum erit jucundiſſimus. Vt in cœnis grandioribus fit, cum optimis ſatiati ſumus, varietas tamen ex novis grata eſt. Inter hos erit Homerus, Muſarum pater, & poëtarum rex: Theocritus, qui blanda fiſtula inimitabilem ſpirat ſuavitatem: Pindarus, ſi quem ſocia majeſtas delectat: Heſiodus: & maxime Georgica Virgilii. Lucretius: Nicander, quem Gorræus parvo libello commentariorum docte ornavit: Oppianus: Iuvenalis: Martialis: Vitruvius: Herodotus: Strabo: Pauſanias: Athenæus: Plutarchi Sympoſia, quæ Macrobius eleganter in Latinum transfudit ſermonem. Quin Hippocrates & Galenus interdum poëtarum meminere. Sed hæc cautio adſit, dum hos evolvitis, ut referatis ea quæ commoda in illis videntur, ad medicinam veſtram ornandam ac locupletandam: cætera prætereatis. Ita ergo adoleſcentes in poëtis & oratoribus ſe exerceant, ut etiam viri ad hæc refugia

fugia ſuarum moleſtiarum habeant. Deinde encyclopædiam percurrant, hoc eſt, totum diſciplinarum orbem: ſed in tranſcurſu, & guſtus gratia: fieri enim nequit ut in cunctis excellas. Ante omnia philoſophiam colant. Nam ut pulchrum eſt plures peregrinando urbes perluſtraſſe, ita in inclyta habitaſſe pulcherrimum. Recte Biantes, ut illi Homerici proci, cum Penelopes conſuetudinem habere nequibant, ejus ancillis ſe miſcebant: ita hi qui philoſophiam conſequi nequeunt, cæteris diſciplinis aridi ac tenues intabeſcunt. Vtramque linguam poſtquam didicerit, Logicen ac Phyſicen deguſtet. Dialecticis non leviter tingatur: nam ubique rationis ductus locum habet. Sic tamen his inhiandum, ut ſciamus hæc pro viatico eſſe, non metam: nihil infœlicius ſene dialectico. Decerpantur dialecticæ fructus ſine magno ſudore; ſudore ſatis erit demonſtrandi artem rebus inquirendis & examinandis emiſſe, certamque inde diſcendi ac docendi methodum bibiſſe, & ut recte poſſimus τοῦ λαβυρίνθου διεξελθεῖν, ἢ τὰς τῷ λόγῳ ἄγκυρας διαφυγεῖν, *ut Nazianzenus loquitur: ut nimirum captioſas argutias, & paralogiſmorum inſidioſos laqueos fugiamus. Hanc itaque potius diſcat, quam perdiſcat, ne nimium adlubeſcat. Quæ*

Philoſophiæ Rudium.

Dialectica.

bona

bona ingenia torquet difficultatibus & gryphis, generosa illa à se deterret: & ut vere dicam, sagacissimam & optimam ætatem terit, qua meliora licuisset didicisse. Et aliter in his se exerceant qui se scholæ parant, aliter qui medicinæ faciendæ: his, vel levis velitatio in hac militia suffecerit; illis, uberior scientia perfectionem quandam aspirat. Sed semper hæreat illud Alphei Mitylenæi, * τὸ μηθὲν λῶν ἄγαν, ἄγαν μὲ τέρπει. Scripsit Ariston in Similibus, * οἱ δὲ διαλεκτικῇ καθιῶντες, ὁμοίως εἰσὶ τοῖς κριθίνοις μᾶσῶμένοις· οἱ δ' ὀλίγῳ τρόφιμοι, περὶ πολλὰ ὄντα ἀσχολοῦνται). Sit itaque dialectica sobria. Ita De vita Apollonii Tyanæi scribit Philostratus, Vespasianum Imperatorem jucunde disputationes audivisse: contentiones pertinaces odisse. Huic jungat oratoriam artem, qua in sententiam suam abducat ægros: κρείττους enim medici ut sint, jubet Hippocrates. & Plato vult ut primum doceat medicus & persuadeat quid sit ægro agendum, & non prius imperandum: hoc modo facilius parebit. unde Aristoteles æger dicebat, Medice parebo, si vera hæc quæ dicis demonstraveris. Facile hac arte persuadebit medicus, ob comitem auctoritatem quam secum ducit ad ægros. Phocion & Cato sæpius persuasere quam Cicero & Demosthe-

nes,

* hoc est, nihil nimis, nimis mihi placet.

*quod est, qui dialecticæ studium profunde rimantur, cancros edentibus similes sunt; qui propter exiguum alimentum, circa crustas plurimas occupantur.

Rhetorica.

nes, ob auctoritatem. Et vere artem ornant comitas, affabilitas, urbanitas, mundities. Quibusdam ipsa natura peculiarem quandam & morum & orationis jucunditatem addidit. Sed ex remoris his revocandi adolescentes ad veram philosophiam. Argutorem nimium non amo adolescentem, hoc est nimium dialecticum: sed philosophum volo in ea re, in qua nunquam nimium est. Sed & hic fugenda λεπτολογία: pure & caste philosophandum. Ad omnem vitæ partem tum plurimum delectamenti tum fructus adfert rerum naturalium cognitio. Sed hic etiam peccant qui ad magiam & vanam algemisticam τερατολογίαν. nec minus hi, qui per universam ætatem de materia prima, de principiis, de infinito, de mundi generatione disputant: cum interim ignorent quod animal sit cicada, aut quæ sit arbor sorbus. Sint sane hæc subtilissima; sed quid hæc ad medicos? Aristoteles jam omnium teritur manibus: sed natatore Delio opus est, ut ille capiatur. Velim professores hunc interpretarentur sine diverticulis & quæstiunculis, ut res tota quam ille docet, sua nativa facie ac colore visenda præbeatur. Dum enim quæstiunculis inhærent, abripiunt alio ingenia, quam quo ea duci Aristoteles volebat. Rejiciat audi-

physica.

Aristotelis lectio.

auditor commentarios, perditissima ple-
rumque opera; sola Aristotelis lectione
& praceptore contentus. nec se inducat in
nodos commentariographorum, ad quo
semper titubet. Detrimenta itaque ha
fuge, adolescens; & summos digitos in fon
tem recta pande, ne in transversum ab
eas: donec firmior, divagari extra lineam
ac solus redire in viam possis. Habes nostri
hoc tempore in recepta consuetudine consi
lium. Alioqui familiam Peripateticam
adeundam quidem putarem; salutando
Stoici. etiam Stoicos, & castra Academicorum
exploranda & frequentanda. Stoicorum
scripta fere mundo excidere; & quoa
illa ab hominum sententia & humani
tate alieniora essent, quasi communibus
hominum votis exposa; forte redivivo
post millia annorum, cum Pythagore
una reviviscent. Extant quadam hujus
secta, sane perquam docta: Arriani De
vita Epicteti; & Seneca. Hi de mixtione
rerum, & de animi principatu, ejusque
Academi- affectibus, aliter opinabantur. Academi
ci. ci, hoc est Platonici, olim, ante Averrhoi
tempora, in censu erant eo, quo nunc Pe
ripatetici, quos Aristotelicos jam appel
lamus. existimabantque illi, in Platone
non minus certitudinis aut roboris esse
Certe persuasionis plus Plato habet: illi
usqu

usque philosophandi mos amœnus & placidus: nec tot intricatis quæstionibus, quæ ad minima quæque abeunt, artus nostræ ultra septa exilit. Abit ab Hippocrate & Aristoteles, & à cunctis medicis in diversa flectit: imo adversarii sunt Galenus & Aristoteles. Qui libri Aristotelis usui medicis? hi solum unde gradus est à philosophia ad medicinam. ut ubi De animi facultatibus, De sentiendi vi, ac sensoriis instrumentis, De animalium partibus, harumque usu & generatione. Hos tamen committe cum Galeni De usibus partium, & De Hippocratis Platonisque dogmatibus; dicas conjuratas phalangas concurrere: nam ubique salebræ controversiarum. At Plato convenit de elementis, temperamentis, humoribus, locis, regionibus, de rerum differentiis internoscendis, de animi principatu, & de semine. Quin totus Platonis Timæus eadem cum Hippocrate sentit, ac ducit nos in nostræ artis penetralia; plusque opum medicarum ibi fundit, quam reliquæ cunctæ philosophorum scholæ, si in unum adigantur. Vtinam Galeni ille liber esse non desiisset, in quo fatetur se hujus Timæi medica examinasse! pulchre combinatam medicinam philosophiæ spectaremus. Et ingenue Hippocratem nominat Plato,

ut Ga-

Platonis lectio.

ut Galenus Platonem. at plurima in Ar
ristotele, ex quibus subtegmen texend
medicinæ telæ Hippocraticæ tendi non pos
sit. Nihil non remedii cordi admoveas
cum caput laborat ex Aristotelis philoso
phia; qui tamen multa mutuatus est ta
cite ab Hippocrate. Fateor, exacta est Ar
ristotelis, & serie certa constans disciplii
na; pressumque id ac nervosum succiqu
plenum dicendi & docendi genus jam
prælatum est Platoni: Latinobarbari ar
gutiis assueti hoc effecere. Sed à Ciceron
magnusque olim viris, Platonis philoso
phandi genus excellentius & genuinius
magisque legitimum habitum fuit: cert
extricatum est, nec polydædalis ambagi
bus tortuosum. Platonis scripta barba
riem effugere semper: nefas fuisset, sua
delam illam linguæque delicias mellea
illamque ambrosiam ori ejus inhabitan
tem, inquinatam illis sordibus fuisse. Ne
jam ejus scripta alienis pedicis impedita
libere pedem ibi figas, facilique promotio
ne veharis. Quod non sperandum in Pe
ripatetica familia; ut in qua, non alite
ac in famulitio numeroso, eoque diversa
rum gentium, advenarum, convenarum
inquilinarum, barbarorum, plus sempe
dissidii sit. hic, liberi omnes, patrimi, ma
trimi; os, lingua omnibus una. Plato no

bi

bis ergo affinis sit & familiaris. Aristoteli etiam vacabimus sæpe cum vacabit, ut Galenus fecit. hic enim omnes ante se ordine, acumine ac certitudine superat. sed diu ventilari ac cribrari ejus aurum à pulvere debet. nec longe ab eo recedemus, ingeniumque in eo exercebimus, ob ejus acumen cum summa doctrina. Vbi pugnat Hippocrati, excute: alioqui frequenti ejus lectione multa usui nobis futura investigemus. Accedat his Theophrastus, qui relicta à suo præceptore excoluit. Hoc triumviratu comitati, medicinam accedemus. Si cui neoterici placent, perlustret Subtiles exercitationes Iulii Scaligeri: cui merito inter hujus ævi philosophos palmam damus. Eclogas physicas Stobæi, ubi antiquissimorum Philosophorum sententiæ, interdum inspiciat. Inter veteres Plato & Theophrastus nudi tenentur, nec elabuntur: fusi sunt, & se aperiunt in arduis etiam rebus: si qua remora: materiæ est, non dictionis. Aristoteles studiose obscurat, ut perpetuo illi hæreamus: idque prolixitate nonnunquam, ubi admonitione opus erat, quæ sententia sit potior. Tunc consule veteres interpretes Græcos; illi enim vim orationis ejus optime percepere. vel sæpius (quod ipse voluit) repetatur ejus lectio; ita alte lati-

Theophrastus.

Modus hor legendi.

latitantes sententiæ erumpent: nam sibi auctores facem præferunt, suique ita interpretes fiunt fidelissimi. Reliquos relinquemus eis versandos, qui tota vita de hiis dicturi sunt. Nos à quæstiunculis aversi ad usum medendi hæc symbola adferemus, & dum in media medicina versamur, sæpe recurremus ad amœnos illos philosophicos hortos, ubi pure & caste philosophabimur. Qui ita fecerit, huic nunquam inopia erit tanta, quin probabiliter de quaque re disserat. nec opus est, ut qui sibi tantum citharæ pulsat, tam docte id agat, ut qui alios docet. Non pudet te, acclamabat Alexandro pater Philippus, tam elegan-ter pulsare? Aliud architecti munus, qui domum fabricatur, & quo alios facit architectos: in altero enim est artis exercitatio, documentum in altero. ita grammaticam qui profitetur, optime regulas callet; non æque is qui polite alioqui dicit. Amplectimini, satis erit, castam puramque philosophiam; in qua una cum pietate verboque divino, decursa tandem ætate consenescatis. Pulcherrimum sane est, rerum intelligere causas. ob id divinus vates Homerus homines ἀλητὰς nuncupat, quod est, indagatores inventoresque rerum, idque animi quadam divinitate. ut non immerito Pythagoras pu-

tave

taverit, hominem esse divinam quandam mentem, terrenis vinculis alligatam. Dum philosophia adolescens occupatur, una anatomica & botanica discat: nam sensu solo & imaginatione perdiscuntur hæc: historiam dico, non usum. Ita per strages & cadavera ad amœnos medicinæ hortos imus: & * ἑκόντες, ἄϰοντι γνώμῃ spectamus sectiones. Campos adeat, amœnissimos invisat hortos, prata & viridaria, ac tot pictas nativus suus variisque coloribus planicies. colles subeat, conscendat montes, ac sylvarum latebras quærat: ubique hujus studii materia, & non absque voluptate lucrum. Ita metalla & animalia noscat tantum. Philosophicis studiis consocict astrologiam: hæc enim medicis decori & ornamento est, &, ut ille dicebat, ejusmodi, ut si desit, non sane requiramus in medico; si sit, non aspernemur. ut picta ædium superficies structuræ elegantiam affiat. Et quia Hippocrates tempora anni describit, & astrorum ortui & occasui, ac illorum effectibus plurima tribuit, sphæræ saltem rationem discat: dein libellum Gemmæ Phrisii De globo. postea, quod facile fit, Ephemerides ut intelligat operam conferat: hoc facile perdiscet ex Cypriani Leovicii ephemeridibus: quo motibus planetarum

Anatomica.

* invita voluntate Herbaria.

Astrologia

Lib. De Aëre, & aquis & lib. De diæta.

perceptis, eorum effectus rimetur ex Tetrabiblio Ptolemæi, quod Cardanus commentariis illustravit: aut si quid brevius velit, legat Nabodi commentarios ad Alkabitium. Sed, quod male hodie fit, his causis remotis non ita standum, quin primam efficaciam proximis, nobisque sensu compertis asscribamus: quod etiam ipse * Ptolemæus admonet & jubet: Stet sua cuique dies quam vitare nequeat, dent vitam & necem astra, adsit fatum, quod μοῖρα illa κραταιὴ Homerica ἐπόρσαι λίπῃ ὅτε μιν τέκε μήτηρ: sed hoc nunquam nisi interventu signorum causarumque medicis compertarum. Quin ita proxima amplexabimur superiorum forte effecta, ut in lethali morbo virium prostratio, morbi vehementia, causæque morbificæ pravitas. Ita ex plurimis delibatis nihil tamen medicinam redolentibus, medicus suum decus induet. ut apes ex variis floribus, quos cum delectu attingunt, quibus tamen nihil inesse nectaris illius mellei videatur, ipsa mellificant.

* initio Tetrabiblii.

CAPUT

CAPUT V.

Quibus præceptoribus utendum ad medicinam, & quibus auctoribus incumbendum.

UT *recte formentur studia, doctum contubernium plurimum valet: optimique viri illud Reipublicæ debent, ut sua consuetudine juvenum animos recte ad artes effingant. Propterea Herculespræclaris splendens virtutibus,* (χαλκοκάρδιος *ob animi fortitudinem dictus*) *diligentiam in educatione Hylæ summam adhibuit: qui tamen patre Theodamante paupere,* ἀρυτόμῳ *natus fertur. Plato, Aristoteles, & Plutarchus sæpe accinunt,** Ἐ'σθλῶν μὲν γὰρ ἀπ' ἐσθλὰ μαθήσεαι· ἢν δὲ κακοῖσι Συμμιγῇς, ἀπολεῖς καὶ ἃ ἔσθ' ταὐτὸν νόον. *Præceptores non ascriptitia quadam benevolentia, sed ex unguibus ament discipulos: & ut coloni sepes arbusculis circumponunt, ita præceptores curam habeant, ut rectissima eruditionis germina pullulent. Hos juvenes sæpe accedant; nam sodalitium ad benevolentiam & amorem excitat. Peleus Achilli Phœnicem junxerat, ut ei dicendi & agendi ductor foret atque magister, ut canit Homerus. Horum imita-*

* à bonis quidē bona discēs; sī vero malis conversare, pristinā quoque mentem perdes.

Præceptores.

tione præceptores eligatis medicinæ peritos, & benevolos, ac tales qui ad amicitiam proni sunt, & ante omnia doctos: nam difficilis hæc ars. Ita Apollo, ut cecinit Pindarus, voluit à Chirone singulari doctrina splendente filium suum Æsculapium doceri, ubi ait:

* illum Magnesio adducens commisit Centauro ad docendum multinocuos hominibus sanare morbos.

* κῆρά μιν Μάγνητι φέρων
πόρεν Κενταύρῳ, διδάξαι
πολυπήμονας ἀν-
θρώποισιν ἰᾶσθαι νόσους.

Cum electi fuerint, eos sequere; ac citra pertinaciam concertationes cum illis moveto, ut tuis rationibus in re dubia, cum illorum judiciis collatis, quantum à vero absis intelligas, & memoriæ altius hoc modo rem immittas. Hinc veteres Palladem non sine opera operosi dei Vulcani (cujus etiam organa αὐτόματα in opus) ex cerebro Iovis armatam prodiisse fingunt, oculis torve unum in scopum collimantem: quod concertatione artes optime insculpantur ac retineantur. Non moveant graves quæstiones, antequam totam medicinæ formam animo complexi fuerint: alioqui hippocentauros profiterent, ac inaniter ut implumes ciconiæ subsultantes, alas vibrabunt. legant & relegant primum medicinæ auctores. Cedant libenter rationibus: non solum enim

Palladis natæ mythologia.

vincere

vincere, sed etiam vinci scire, pulchrum eis, in quibus victoria detrimentum adfert. Vinci non vis? pulcherrimum est inter differendum à nulla vinci pertinacia aut iracundia. Domi libris opus est, Libri. non ut illos possideas, sed ut exercitatio & usus in illis sit. Sed quibus? Quemadmodum ζωγράφοι, cum imaginem ab imagine pingunt, identidem exemplaria spectantes, illorum characteres ad suum φιλοτέχνημα transferre student; sic, qui se studet omnibus doctrinæ partibus excolere, conari debet, ut quasi ad simulachra eruditionis (hominum doctissimorum scripta dico) studium convertat, & quod in illis præclarum est, proprium sibi reddat per imitationem. Quapropter in medicina non susque deque cuncti auctores sunt eligendi, sed probatissimi, & qui longus seculorum ætatibus interire non potuere. Nullus pictor non malit Apellu, aut Parrhasii Zeuxisve vel Leucippi exemplar, quam quid hujus ævi ἀι γὰρ ἀοιδαὶ εἰς ἔπος ἐξ ἔπος γλυκερώτεραι ὦσιν ἀοιδῆς. Est enim tempus probatæ doctrinæ index; cunctorum quæ vana nec magni sunt momenti, vastator. Plurimi hoc ævo magna auctoritate scribunt; verum tempus judicium feret, num quid perpetuitate dignum gerant: profecto inter mille scriptores, vix

unus ſaculum agnoſcit. Sint itaque veſtri auctores doctorum manibus triti, & eorum applauſu probati: ni enim probi fuiſſent, jam diu manibus excuſſi contabuiſſent. Veteres ſane dexterius de rebus judicarunt; quam nos ἀνυβὸς ἀπόγονοι extrema fax & amurca mundi, ut in Platone in Philœbo dicitur. Vere dixit Baſilius, * πᾶν ἀρχαιότητι διαφέρον ἀξίσπμον. Si enim neotericus quis ſtare vellet, cum infiniti fere ſint, & cuncti ex Hippocrate & Galeno hauriant, illud incommode illi eveniet, quod gregarii illi infinitum tempus poſtulant, cum interim duos hos brevi tempore perlegere poſſit, cumque vetuſtatem illam cæteri non tranſeant cinctam auctoritate, eo loco ſemper ſtabit hinc hauſta doctrina, unde facile dimoveri poſſit. Longa temporum ſeries plurimos celebrat Græcos, quoſdam Latinos, nonnullosque Arabas. Græci medicinam pepererunt, diviteque ſupellectile locupletarunt, ac ſplendido ornatu noſtræ artis famam toto terrarum orbe fudere runt. Quare nuſquam minus violatam hanc reperiemus, quam apud ſuos parentes: hic patrima, & matrima. Hanc itaque ex materno gremio pudicam virginem vobis proferet divinus ſenex Hippocrates, & ejus enarrator Galenus. Hippocra-

* "quod vetuſtate excellit, honore majori dignũ eſt.

Græci.

Hippocrates.

pocrates verus medendi dictator habitus semper. hujus scripta tanquam oracula, & non humanæ linguæ verba, tota amplectitur antiquitas, tanquam ducem & auctorem omnium disciplinarum. qui, ut ait Celsus, vir fuit arte & facundia clarus: quique, ut scribit Macrobius, tam fallere quam falli nescit. In hoc, verborum pressa proprietas, sententiarum concisa subtilitas, sermonis veneranda antiquitas, artificii commendabilis dignitas: in cujus scriptis nihil superfluum, ociosum nihil; sed arguta brevitate rotunda omnia, & significantia. ita ut ubertas & amplitudo rerum, verborum numerum longe vincat: Hæc genuina & propria sunt Hippocrati. cujus tanta fuit benignitas, ut nihil sciverit quod nos nescire voluerit: tanta autem solertia & sapientia, ut nemo post eum sciverit, quod ipse ignoraverit. In eo enim cuncta medicinæ semina animadvertas: quæ tamen in facienda medicina melius, quam ex commentariis ad eum scriptis animadvertes. Hujus enarrator fidissimus est Galenus; qui scribitur à quibusdam vixisse annos centum & quadraginta. Hic cunctis philosophis & philologis utilis. loquitur ubique puro, eleganti, simplici, & numquam affectato sermone, non sine

Galenus. Vide Cæl. Rhodig. 16. Lib. 1^a.

magna vocum & sententiarum supelle-
ctile: adeo, ut nulla satietate lectorem of-
fendat; sed ubique progrediendi cupidum,
rhetorico artificio demulceat; homo ad
eloquentiam factus. In hoc precepta qua-
dam philosophica rara & eximia, magis-
que illustria quam apud ullum aliumn
scriptorem invenias. Nihil obtrudit le-
ctori, quod non firmis rationibus demon-
stret, ac ejus contrarium refutet. quinn
moralia habet perpulchra, affectibus mo-
derandis. Ambitionem & avaritiam pre-
cipue insectatur. & de qualibet re docte
& elegantor disserit. Nullis non ad inge-
nii cultum ejus lectio utilis. Sunt alii mi-
Alii Graci. nores gentis; Aretæus, Aëtius, Paulus,
Trallianus, Oribasius, Cassius; Diosco-
rides De materia medica, & ejus Euporis-
sta, & ex recentioribus Actuarius, Da-
mascenus, Theophilus De urinis, Phila-
retus De pulsibus, Simeon Sethi, Nonus
Animi causa inspicias etiam interdum
Geoponicos, Hippiatros. Geoponica scri-
psit Dionysius Cassius Grace; Latine vere
Cato, Columella, Palladius, Constanti-
nus. Sextus scripsit medicinas ex anima-
Latini. libus. Latinos inter medicos primus est
Cornelius Celsus: sed prudenter legen-
dus; nam in multis Asclepiadem metho-
dicum sectatur, ut fatetur ipse, hujus cor-
stylum

stylum subigemus, & pluris Latinitatem ejus, quam medicinam faciemus. Plinius etiam perlustrandus, qui Græciam & Latium uno volumine concluſit. Accedat his Scribonius Largus, Q. Serenus, & Cælius Aurelianus. ſed hic cum magno judicio legendus: nam is ſcripta Sorani Epheſii Latina fecit, qui Methodicæ ſectæ addictus fuit. Marcellus Empiricus politæ dictionis ſcriptor etiam inſpiciatur. & inter hos Theodorus Priſcianus, cujus ſcripta Quinti Horatiani titulo circumferuntur. Scripſit ad Timotheum fratrem Phænomenon euporiſton librum unum, cum Logico ejus, & Gynæcius. apparet eum methodicæ ſectæ ſtudioſum fuiſſe. Extant etiam ejus ſcripta De acutis & Chronicis, & De occultis phyſicis remediis. His addo Conſtantinum Aphrum. Inter Arabas præcipui ſunt Avicenna, Arabes. *Rhazes, Averrhoës, Avenzoar, Meſue, Serapio, & Alſaharavius. Qui delectantur fuſa & polydædala varietate remediorum, Avicennam amplectantur: cuncta enim hujus avi remedia ex eo manant. At Razes utilis illis, qui efficacem & contractam medicinam amant. hic centum annos medicinam fecit. hunc Veſalius paraphraſi eleganter decoravit. Hi utiles ſunt ex quibus excerpas remedia*

quadam Græcis olim ignota: nam scribendi illorum ratio, cum sine demonstratione fluctuet, à doctis improbatur. quare his non inhærendum. Vnum ex hujus temporis scriptoribus his addo, doctissimum Fernelium: qui Arabum ductum non sine Græcorum demonstrationibus secutus fuit. Ejus lectionem laudo, modo cum jam dictis auctoribus conferatur, locaque annotentur ex quibus suos rivulos traxerit: optima enim ex cunctis selegit. sed stare ejus auctoritati non potis es, nisi ubi firma demonstratione sua stabilivit. Quare in antiquos suos fontes si refundi possit, sane limpidissimam firmamque scientiam pareret. Sed totus eo abduci nequit. ut qui sponte interdum declinat & abit. Quid tunc agas? litem dirimet antiquorum demonstratio, collata cum hujus rationibus; & usus. hæc si vicerint, excutiantur nova tanquam amentata hastæ: sin Fernelius quid melius, retineatur, & gratiæ illi ascribantur, ut qui pomœria medica auxerit. Sed gravis hic est auctor, nec in primo Medicinæ limine ponendus: sed à Galeno hoc potius utendum. Qui tamen compendiosam medicinam nimium amat, hunc legat cum iudicio: is enim, ut verum fatear, Græcam & Barbaram medicinam fere uno in volumine

Fernelius.

lumine concluſit, & propriis locis philoſophiam medicinæ intulit: ut non ſit neceſſe aliam phyſicam uſibus medicis quærere, cum ex latiſſimo naturæ ambitu fœcunde medicum campum rigarit. Hos ſequuntur myriades pragmaticorum intermediorum, & nuper natorum: qui volumina per ſingula hominis membra digeſta fabricarunt, mira remediorum varietate. Inter hos medios maxime excellit Arculanus, qui Razis nonum ad Almanſorem, & Avicennæ ad librum De febribus commentatus eſt. in hoc remedia certa & efficacia. Aliis placet Gradius, qui pro Nicolai breviario eſt. quidam conſilia malunt (& non ſine ratione) qualia Montagnana tunc edidit. Gattinaria nonnullis arridet, nam placida & uſitata remedia ſuggerit. Nonnulli Varignanam conſulunt, quod euporiſta & uſu comperta pharmaca adferat. Sunt qui Guainerium cæteris his præferant. Quidam ſe addicunt Savonarolæ, quo aſtantibus mulierculis ſatisfaciant. Sed nulli ſe mancipare præſtat; verum quoſdam in his inſpicere, dum inter medica verſamur opera. Et qui unum pragmaticum perluſtravit, mille, imo omnes legerit. nam unam tantum aut alteram indicationem medendi proſequuntur cuncti, ductam ac Pragtici.

evocatam à causa morbifica, & parte afflicta: cæteras susque deque habere videntur. Sine cæteris tamen indicationibus curatio rite non absolvitur: nam nullus morbus omnium est idem; nec ullum remedii genus eandem vim habet in omnibus: diversæ enim sunt morborum ideæ: & iidem modo dextri, modo sinistrii judicii; concoctu ac excretu difficiles, aut faciles. Et quantum in hominibus temperierum discrimen! quam variæ partium temperies! modo prostratæ jacent in eodem morbo vires, & aër aut flagrante Sole torretur, vel algore riget: quin ætatis vis quid non remedii everti aut perfert? omitto jam consuetudinem, peculiarem cujusque naturam, sexus discrimen, vitæ genus in quo ager enutritus morbi motum. Quare ut in tanto fluctuum ac scriptorum remediorum Oceano portum facili cursu collimarent medici, quæ medicamenta prolixe profuderant pragmatici in tam numerosa morborum turba, in unam Methodum ad praxin redegi: ut inde, accedente methodo medendi vera, uno veluti intuitu, maxima remediorum varietas per cunctos morbos complecti possit, & cuique propria ex his pomœriis Methodo decerpere ut liceat.

CA

CAPUT VI.

Qua ratione cum certa utilitate dicti jam auctores sint legendi.

NON *satis fuerit compertum habere, quinam legendi sint, sed etiam quomodo non citra utilitatem in iis versandum sit, explorandum. In omnium auctorum lectione semper hæreat animo quod apud Platonem dicitur,* ἀριστὴ ἀδίωτος: *ut nos hoc ad* ἀλήθειαν. *Moneo itaque ut ab eorum scriptis abstineatis, qui ab antiquorum sententia temere abeunt.* 10. De Repubi.

Plato in Epinomide plebeios quosdam deos cum referret, ἀνορμάτους *hos appellabat. nescio an eo nomine quid aptius adaptari his innovatoribus possit. Vtinam ea mente omnes scriberemus jam, qua olim Hippocrates, & post eum Galenus! studio nimirum juvandi. Nunc neque hoc facimus plerique; & bene à veteribus etiam excogitata & scripta demoliri, ac rebus claris tenebras affundere conamur; receptissimorumque auctorum auctoritatem elevamus, ut reponamus nostram, dubiam ac titubantem pro existimatissima. Si quis reclamet, ilico nos inter nos (qui conspirare contra externos debebamus)* Innovatores.

mus) domesticum bellum depugnamus: ac * χαλεποὶ πόλεμοι ἀδελφῶν. Novus medicinæ mysta in primis perlegat Institutiones medicinæ. Illæ enim ideam quandam totius medicinæ animo immittent: & ex illis ordinem totius studii medici, & subtegmen firmum cui intexi omnium auctorum scripta possint, perspiciet. Sunt enim Institutiones medicæ nihil aliud, quam ex omnium scriptorum medicorum deliciis ac medullis condita placenta: aut, ut melius dicam, ex electissimis quibusque floseulis compositum mellificium. In lectione auctorum cura adsit, ut eorum percipiatur sententia: dein, ut retineatur. Percipietur sententia auctoris, si perspectus fuerit ejus dicendi modus, & peculiares significantesque ejus dictiones si intellexeris. Maxime in Hippocratis lectione ad hæc collineandum. Vt enim ἀναστομίνωσιν illam nemo perficere potuit, & obliteratos in ea colores aliquot deteriore purpurisso reconcinnarunt; ita nullus eo acumine scribendi medicinam ab Hippocrate productam absolvere potuit. Est sane is, inter homines, maximus medicinæ auctor: in quo sparsa medicinæ totius semina animadvertas. Sed ex succo solo excepta hæc non germinant, vel tenuissime enascuntur, aut non in frugem surgunt.

* Funesta bella fraterna.

Institutiones medicinæ.

Modus legendi.

animi

animi sensa sua divina ob concisam brevitatem latitant, ni verba ejus significantia & dicendi modus fuerit cognitus. Quare (quia huic immoriendum) lexica comparanda. erunt Erotiani & Galeni, Iulii Pollucis, Rufi Ephesii, Suidæ, Hesychii, Gorræi, sed ante omnia Oeconomia Hippocratis Anutii Foësii. Auctorem quem evolvis; intenta mentis acie, non raptim (ne quid fugiat) perleges. Si salebris difficilibus impliceris; ne hæreas, enarratores aut præceptores consule. Si nec explicent hi, notandus locus, & pergendum, dum tempus & lectio emolliant hanc difficultatem. Nec turpe quædam ignorare. Aut si mora impatiens fueris, ad aliorum auctorum judicia hæc examina. si idem cuncti, ratum sit: sin abeant in diversum, vide num in gratiam redire possint: vel illi qui potissima ratione utitur subscribe. Indices loca auctorum dicent. Commentariographos prolixos fugite; discendi enim libidinem extinguunt: sed ubi involvimur difficultatum salebris, id solum agendum, ne nimis ingenium fatigetur, & tandem expugnetur. Galeno maxime utemur pro Hippocratis enarratore, quo ille recte intelligatur, utque memoriam exerceamus cum fœcunda quadam utilitate: nam rerum, qua discuntur per

causas, demonstratio apud eum luxuriat: quibus ad eruditionem nullus fœlicior campus aperiri potest. nam scire, est per causas cognoscere. His opibus illi fraudantur, qui apotelesmata solum amplectuntur: tenues semper eruditione, præ inopia rerum ac argumentorum. Sed hæc omnia frustra, ni Musarum matri memoriæ tanquam penuariæ cellæ doctrinarum inferantur. Sæpius itaque lecta repetantur: ac ut cibos mansos ac prope liquefactos dimittimus, quo facilius digerantur; ita lectio non cruda, sed multa iteratione mollita, ac velut confecta, sæpiusque perpensa memoriæ tradatur. Sed an non naturæ, hoc est, summi Dei beneficium memoriæ vis est? Fateor. & cuncti à summo numine ea afflati sumus. non aque? cultu effingatur: consuescat exercitiis; hoc oblivioſos memores reddet. Sit animus cæteris solutus curis, ac earum ideis vacuus: affectus fileant, qui in suam factionem totam mentem rapiunt. ita nullam characterum impressionem renuet mens. Et sæpe, menti immissa ad phantasiam revocentur, ac cum voluptate hæc tunc memoriæ redde: ita jucunde ejus usu fruetur, ac lætitia quadam se laxans, simulachra rerum fidelius imbibet. Ad memoriam stabiliendam, nonnihil opi

Memoria.

polli

pollicetur ipsa medicina & medici, ac secundum hos Marsilius Ficinus. Aristoteles libro De memoria, ostendit ob varias causas illam labefactari: vel quia species rerum non suscipiuntur; vel quia non detinentur: utroque enim opus est. Propterea mollem & stabilem à Summo Deo substantiam obtinuit cerebrum, ut mollitie rerum characteres admitteret, utque eos stabilitate retineret. Inde est quod aiunt memoriam firmari calido & sicco temperamento: calor enim modestus mollit cerebri substantiam; & siccitas eam stabilem reddit: nam ex madido fluxoque cerebro, simulachra rerum effluunt. his querelis remediantur medicina. Sed inter cuncta confert perpetua vitæ sobrietas: nam crapula & ebrietas, ut ingenium hebetant, ita memoriam prorsus eluunt. Officit etiam tumultuaria diversorum voluminum lectio: ita in senibus multitudine rerum memoria extinguitur. Præterea ordo in discendis rebus plurimum ad memoriam facit: imo Plato ordinem, memoriæ animam appellat. Quare in auctorum lectione, semper de ordinis filo quod trahunt, solliciti situs: cuncta enim quæ ordinem habent, μνημόνικα sunt. Cum ad Galenum ventum est, ejus scripta pedetentim, non saltuatim legantur: con- Ordo.

stan-

Galeni libri quo ordine legendi.

stanter, non fastidiose: ordine, non transsultorio modo. In primis sese offert Galenii liber, inscriptus Exhortatio ad artes; deinn Quod medicus philosophus, & De sectis add novicios, de optima secta, de constitutione medicinæ. Tunc Anatome; dein De venarum, arteriarum, nervorum, matricis sectione. Postea libri de usibus partium, de naturalibus facultatibus, de placitis Hippocratis & Platonis, quod animi mores corporis temperiem sequuntur, de affectibus animi castigandis, an sanguis in arteriis, de odoratus instrumentis, de motu musculorum, de causis respirationis, de semine, de fœtuum formatione. De elementis, de temperamentis, de medicamentorum facultatibus, de optima corporis constitutione, de optima habitudine, de inæquali intemperie: hi tres libelli legantur inter secundum & tertium librum De temperamentis: κ τόπε & κ τότε: vel legat hos postremo De antidotis, Euporista; de purgantium vi, quæ, & quando: de ptisana. De Theriaca ad Pisonem & ad Pamphilianum sed hos doctissimus Iulius Alexandrinus (quem hic sequimur) adulterinos falsoq Galeno ascriptos demonstravit. Dein sunt libri De sanitatis natura, De morborum differentiis, de morborum causis

de sym

de symptomatum differentiis, deque horum causis, De plenitudine, de tumoribus præter naturam, de atra bile, de tremore & palpitatione, de tabe, de locis affectis, de febrium differentiis, de pulsibus, de spirandi difficultate, de pulsuum usu, de spirandi usu causisque: de morbi totius temporibus, de temporibus morborum, de crisibus, de diebus judiciariis, de typis, de prænotione, de dignotione ex insomniis, quo modo deprehendantur simulantes se ægrotare. Ars medica, de sanitate tuenda, methodus medendi, de facultatibus alimentorum, de cibis boni & mali succi, de attenuante diæta, de parva pila, de curatione per venæ sectionem, & contra Erasistratum, de comitiali pueri affectu, Glauconi scripta, ad Thrasybulum. Quantum ad commentaria Galeni ad Hippocratem, Signis adnumerari poterunt Prognostica & Prorrhetica: Curationi vero, De victus ratione acutorum, de articulis, de fracturis. Reliqui ejus Commentarii ad Hippocratem, veluti suorum scriptorum epitome sunt. Pragmatici cæteri, quos ante recensui, nonnunquam tangendi, ubi jam Hippocratis scriptis assueviſti, exacuendi palati gratia, cibi nimia bonitate languentis: sed id saltuatim & frustulatim. Ita nec totum

Pragmatici.

totum perlegemus Paulum, Aëtium, nec Trallianum, aut Oribasium, vel Rasem, neque Mesuem, nec Haliabbatem, Avenzoarem, vel Alsaharavium. Et ita cum cæteris agemus: nam eadem cuncta apud Græcos fœlicius invenias. Actuarius fere totus legi poterit; & Avicenna, si restitutus esset; & Averrois scripta medica, modo id fiat cum judicio. Sed dices, Arabes fœlici plenaque manu remedia jucunda ac facilia fundunt. Ita est: sed ea pauca, quæ non apud Græcos. At esto; sint ab illis instrumenta aucta, sed non in cithara bene pulsandi ars est, quamvis sine ea non ludat citharœdus. Arabes ex Græcia colonias duxere: sed frustra quæras apud hos, quod non apud Hippocratem & ejus enarratorem Galenum invenias. Laudo supellectilem remediorum promptam paratamque; & utinam ut Dædalo sua, & Vulcano tripodes cæteraque animata omnia, jussa abessent, vel potius per se ipsa, quamprimum sui opus esse scirent, ad opus accurrerent, ac id (quod jam φλυαρία quorundam sibi persuadet) conficerent ultro, quod nos cum delectu. Delectu magis militum quam innumeris copiis, & iis veteranis potius quam tironibus ingentia bella conficiuntur: Ita nos seligemus ex cunctis opti-

Medicamentis ut studendū.

optima, & usu firmata; hus stabimus. Veteres illi pictores nobilissimi, quatuor tantum coloribus tam eleganter pinxere. nec excludimus seram ætatem, quæ coloribus quid adjecit. Ita veterana remedia extollimus, non relegamus nova, quæ fœlicia in opus: quin pomœria agri medici lubenter proferemus. Commoditas hinc fiet major: sed artem non variat instrumentum. Ars perpetuo possedit tantum roboris & venustatis, quantum satis cultui est. Hoc semper artis fuit, artis modum loco adhibuisse. Mutandorum remediorum nunquam meta erit: sed ni ars finem suum accipiat, desinet esse ars: nam perfecte facere promittit. sed illa habitum habet in intellectu, faciendarum cum ratione rerum. Hæc facili, attamen efficaci, remediorum copia instructa, tanquam Macedonica phalange, audacter cum morbis concurrit. tum quæ remedia nomina nondum dederunt usui, nec sacramento adhuc huic militiæ sacra, excludit de cohorte; nisi præclaris editis facinoribus gloria splendeant, suumque genus certis notis aperuerint. Non alenda copia imers: paucitati operosæ præstat confidere. Sit tamen justus exercitus, & bene notus tibi beneque instructus. Excute ergo lascivientem varietatem, tanquam inutilem

& im-

& imbellem. copia, quantam usus capit, ... suffecerit. Contende tu potius ad artis penetralia, ubi arcana rerum cognitio, ut... his paucis & fortibus paratisque, καὶ καιρὸν loco & tempore utaris. Verum cum tam... multiplici rerum varietati memoria par... esse nequeat, arte eam juvabimus, locos... que communes fabricabimur; quibus, ut... certis thecis, memoriæ egregie digna infe... ramus: ut, cum opus fuerit, tamquam... ex divite penu, ilico promere has opes pos... sitis. Age cum Lucretio, Floriferis ut apes... in saltibus omnia libant, omnia nos iti... dem decerpimus aurea dicta. Poterunt... loci hac idea effingi: Accipiat pagina fron... quoque trium locorum titulos, juxta po... sitos. tergus vero folii, nudum sit ab in... scriptione, quo nova charta semper addi... possit. Volumen hoc chartaceum conti... neat septem vel octo libros charta. Cun... cta itaque varietates his locis inferantur... & difficiles decisiones: nam perenni in... scriptione memoria firmabitur; &, ... quid exciderit, facili via revocabitur... cum sit ad manus & in mente is locu... unde petas. Sed non cuncta quæ legitis lo... cis importabitis, sed ea quæ maxime me... moratu digna, & raro obvia, de quibu... videberis periclitari, ne tibi extidant... Et totarum historiarum capita, tribus...

Loci communes.

at aiunt, verbis tantum, cum numeris annotentur in locis, ut scias à quo auctore, cum usus erit, repetas. & in ipso auctore, puncto nota te id in locos retulisse: ut si postea locum petas, ilico adsit oculus: & ne iterum, si evolvatur denuo à te auctor, is locus inscribatur. Sed nonnunquam quadam ancipiti significatione sese offerunt, ut nescias, in locos si referas, unde recte repetas: propterea consulo, ut etiam Alphabetarii loci struantur, quo, inde facilius quæ peti posse videntur, eo reponantur. Sed priores etiam jam dicti loci indice egent. Sed cautio adsit ne nimium his locis fidatis, indeque memoria incultu perdatur, non enim satis est in scriptis rem habere, sed memoriæ una inscribi debet. Hac serie inscriptiones vel tituli locorum poni poterunt. DEUS *re-* Locorum communiũ series. *mediorum, curationis, & sanationis auctor. Per quos homines usibus humanis medicina illata fuerit, de auctoribus medicis, & de medicinæ origine. Clinice & iatraleiptice; & quando primum. Vitia medicinæ & medicorum. Secta medicæ: dogmatica, methodica, empirica & Paracelsica; Sophistica & sophistæ. Dignitas medicinæ, laus ejus, & præmia medicorum. Quales medici esse debeant corpore & animo, ministri, finis medicinæ, objectum*

ctum medicinæ, ejus partes, officium me-
dici. De natura, quæ ad medicinam at-
tinet. discrimen physici & medici. De
elementis. Quid elementum, & quo mo-
do differat à principio: ejus materia &
forma. Quot elementa. ignis, aër, aqua,
terra. formalis differentia elementorum.
Mistione elementorum ut fiant corpora
formarum in mistione origo. Proprieta-
tes, & effectus elementorum. Qualitates
ex elementis ortæ. elementorum situs.
Quid mixtio, & ejus causa. in misto ele-
mentorum substantia. An elementa in
mixtis secundum suas formas, an secun-
dum potentiam suam. Elementorum con-
templatio quam utilitatem adferat me-
dico. De temperamentis & iis quæ à tem-
peramentis fiunt. Quod sit Temperamen-
tum. quid differat à calido innato. Tem-
peramentorum origo. Homo omnium a
nimalium temperatissimus. partium si
milarium & dissimilarium vis. Tempe
ramentorum differentiæ quot & quales.
Ad pondus, & de Pulchritudine: adjun
ctitiam. Signa temperamentorum. Par
tium singularum temperies. Calidum
frigidum, humidum, siccum quot mo
aliquid dicatur. An calidum elementa
re in omni vivente excedat. Ætatum
temperamenta & differentiæ: infantiæ
pube

pubertas, adoleſcentia, juventus, virilis ætas, ſenium duplex. An juvenum & puerorum idem ſit calor. Anni temporum temperies. ver an temperatum. æſtas. hyems. autumnus. Regionum temperies. An ſub æquatore temperatiſſima regio. Qualitates ſecundæ. Color quid, & ejus differentiæ, & cauſæ. Odor, & ejus differentiæ, cauſæque. Sapor, inſipidus, acidus, acerbus, auſterus, aſtringens, dulcis, amarus, ſalſus, acris. Tactiles qualitates; molle, denſum, grave. Vtilitas quæ ex notitia temperamentorum. Cutis temperata. Partes calidæ, frigidæ, humidæ, ſiccæ. De Humoribus: Quid humor, quot, quales, primi, ſecundarii, excrementitii, alimentarii: quo modo & unde fiant: duo excrementa humorum: Sanguis: Pituita, dulcis, ſalſa, acida, vitrea, gypſea, tenuis, craſſa; ſigna ejus. De bile, vitellina, porracea, æruginoſa, glaſtea, flava. De melancholia, & ejus differentiis; ſigna atræ bilis. Vſus humorum: fibræ ſanguinis, copia humorum, mutatio humorum. Ichor humorum; & ſignæ cujusvis. Motus humorum. Vtilitas doctrinæ humorum. De ſemine; & quid ſemen: utriuſque ſexus ſemen. An ſemen ut opifex, an ut materia fœtui ſerviat. Semen mulierum. Cauſæ & origo ſe-

minus. Testium vis. Sanguis menstruus quid, & ejus origo. Conceptio, instrumenta procreationis, gestatio & motus fœtus, membranæ fœtus: hepar num ante cor procreetur: signa maris & fœminæ: Partus, superfœtatio, fœtus tempora, septimestris &c. abortus, fœtus mortuus. Similitudo filiorum cum parentibus, & physiognomonica: Monstra, mola, androgyni: fœminarum in mares mutatio. Vtilitas cognitionis seminis & materni sanguinis: sterilitatis causa. Anatome: an unum tantum princeps membrum: cur seminales partes secta non regignantur. Caput, cerebrum, frons, partes caput vestientes, partes in capite contentæ: partes à cerebro ortæ, partes cerebro assistentes, oculi: quo modo fiat visio: lachrymæ; aures, nares, os, musculi, ligamenta. Thoracis costæ, sternon, musculi, mammæ, lactis procreatio, diaphragma, tunica costas cingens. Partes quæ in thorace continentur, cor &c. asperæ arteria, lingua: sermo ut fiat. Ventris inferioris, umbilicus, & continentes partes: contentæ, ventriculus &c. mesenterium, hepar, fel, lien. Partes ab hepate ortæ: partes serum attrahentes & suscipientes, renes, vesica &c. Partes procreationi dicatæ, testes, parastatæ &c. uterus.

Con-

sensus uteri & mammarum. De manus partibus & structura, de crure, ossium structura. Calidum innatum, & spiritus quid sit, & causa ejus, & affectus; praestantia: quotuplex: mutatio ejus. Spiritus quid, & quot: naturalis, vitalis, animalis: humidum primigenium. De anima facultatibus, & earum actionibus. quid anima, & quot: quid facultas animae, procreatrix, nutrix, attractrix, retentrix, excretrix, nutritio, auctio, coctio: fames, excrementa. Sentientis animae facultates, visus, auditus, olfactus, gustus, tactus, sensus communis, phantasia, cogitatio, memoria. motus, appetitus. vitalis vis. De sanitate tuenda. Quid sanitas. signa temperierum totius: signa cerebri temperati, & intemperati: pilorum causa variorum: oculorum temperatorum varie signa: pulmonis temperaturae notae; hepatis, ventriculi, testium. Aëris qualitas varia, regionum varietas, ventorum vis: anni tempora. Cibi boni vel mali, medicamentosi: victus puerperarum, victus melancholicorum &c. Quantitas cibi; modus utendi. Consuetudo: canandum an prandendum liberalius: occasio cibandi. Potus, aqua, vinum, cerevisia, mulsa, quantitas potus, ebrietas. Balnea, dulcia,

thermarum, modus eorum, aëreum. Alvi dejectio, urina, sudor, vomitus, mensium & hæmorrhoïdum profluvium, venus. motus & quies: frictiones. animi motus. Semina cerealia, triticum, siligo &c. Panis & placenta, pultes & polenta, legumina, fructus, alimenta ex herbis. Quadrupedes, lacticinia. Aves, pisces, succi, condimenta. Differentiæ & causæ morborum. quid morbus, genera morborum, intemperies: manifesti, occulti, venenati, contagiosi: organici; solutio continui: primarii, per sympathiam, simplices, compositi; acuti, longi &c. Causæ morborum, annatæ, antecedens, continens, externa. Fascinum, philtra, incantationes. Signa morborum; & quid signum, pathognomonicum, epigenomenon, & epiphænomenon. In excrementis, actione læsa, qualitate mutata. doloris idea, situs. Differentiæ & causæ symptomatum: quid symptoma. In motu: tremor, rigor, horror, tussis, sternutamentum, oscitatio, pandiculatio, palpitatio, ructus, singultus. vomitus, nausea: stridor dentium. Læsio actionis principis cerebri; ut phantasiæ, cogitationis, memoriæ. Vigiliæ, somnus. Naturalis facultatis, ut attractio &c. Qualitatis mutatæ, visilis &c. dolor. Excremento-

rum

rum ſymptomata, in ſubſtantia, qualitate, copia, tempore, & excernendi modo. Prognoſtica. Quid ſignum prognoſticum. Signa cruditatis & coctionis. ſigna mortis vel ſalutis, & quæ ad melius & deterius: ſigna quæ ad ſpeciem & ad tempus criſis apparent. Tempus morbi: quid principium, augmentum, vigor, declinatio. Paroxyſmus, periodus. Prognoſes in urina, dejectione, ſudore, expectorato, menſtruis, vomitu, hæmorrhagia, pure. Criſis quid: criſis bona, mala, fida: & quando futura. Dierum decretoriorum naturæ & cauſæ. unde certus naturæ in his ordo. Luna cauſa adjuvans. Qui dies decretorii: dies ſextus: & ſingulorum dierum vires. Criſes ſingulorum morborum. Septimanarum ratio. Abſceſſus. Dies & hora mortis. Quo affectu quiſque peribit. De pulſuum ſignificatione. quid pulſus. Diaſtole, ſyſtole. duplex in pulſu quies. differentiæ pulſuum. De reſpiratione, quid ſit, unde fiat: inſpiratio, exſpiratio, uſus eius: differentiæ variæ. Vrina quid ſignificet quid ſit: ut fiat urina. eius colores, ſubſtantia, quantitas. contenta urinarum, enæorema, hypoſtaſis, ſpumæ, pinguedo, innatantia corporæ, &c. Qualitas urinæ, odor. unde varia urina; ut ex ætate, ſomno, cibo, &c. De

febribus hecticis, ephemeris, synochis, putridis, continuis, intermittentibus, quartana, &c. Morbi partium, capitis, thoracis, ventris, artuum. Victus ratio in morbis servanda. De natura medicamentorum. Quid pharmacum: unde eorum vires: ut in actum ducantur à nostro calore. prima eorum qualitates, & secundæ: sapores, &c. Purgantia, vomitoria, sudorifica, urinalia: partibus peculiaria, antipharmaca, venena. Delectus remediorum, quando quæque colligenda radices, flores, semina, succi, lachrymæ. Præparantia, corrigentia, menses ducentia, obstruentia, aperientia &c. Externa, repellentia, emplastica, anodyna narcotica, emollientia, attenuantia, trahentia, discutientia; maturantia, pustulas & vesicas concitantia. De compositione medicamentorum: de eius utilitate & necessitate: basis. Coctio remediorum, lavatio, ustio, tritura, infusio, nutritio, mollitio: metallica remedia, & Alchimica. Adiuvantia remedia. Pondera & mensuræ: Sirupi &c. Methodus medendi. De chirurgo; eiusque officio. Venenorum natura: ab iis præcautio. Vita num prorogari queat medicina. cur alii aliis longioris vitæ. Mors, eius causa & necessitas. Senes cur facile morian-

riantur. Mortis hora an prædici possit. Ægri deplorati sæpe servantur. Semina amplissimum ad medicum campum habetis; vos in messem excolite. Qui velit hæc latius ex Institutionibus medicis & methodo medendi (nam inde profecta sunt) pandere poterit: aut (ut varia ingenia sunt) arctius contrahere. Sunt qui brevissimos velint locos, ad Praxin. Hi serie hac transigant: In primis ponant morborum definitiones, dein causas cuiusque morbi: signa unde noscatur quod sit talis morbus. Signa differentium causarum eius mali, hoc est, differentiæ propriæ causarum ut noscantur: differentiæ etiam communes. Indicationes curativæ: prognosis: num liceat satisfacere Indicationibus. Præservatio, curatio, chirurgia. Pharmacia, lenientia, præparantia, purgantia universalia, & peculiaria: topica: diæta: empirica.

CAPUT VII.

Quantum ſtudiis tribuendum: & Quando maxime iis indulgendum.

DE *ſpacio præſcribendo cuique quo perſeveret in ſtudiis, idem dico quod Galenus de cujusque idioſyncraſia: me nulla ratione id aſſequi poſſe: quiſque ſuas vires conſulat. Hoc moneo, firmet ut quisque, quantum licet, ſuum corpus ad laborem: ſtudeatque ut habitudo corporis ſit bona, quantum natalis genius admittit. Temperantia vitæ, & juvenilis adſit modeſtia: inde enim ſanitas, robur, fœlixque ſenectus adoleſcet. Cum animum ſtudiis fatigari ſentis, ad corpori gratum exercitium te vertes: nam (ut ait Iſocrates,) * πλησμονὴ ἁπάντων. Ita inſtar organi muſici dum intenſione & remiſſione ſibi concinna redduntur ſtudia. ſuaviora evadunt. Et Plato dicebat, hoſtes diſciplinarum eſſe labores & ſomnos. Nimiis ſtudiorum laboribus defeſſa ingenia corruunt, pondere moleſtiarum oppreſſa. Plantæ ſane modicis rigatæ aquis ſurgunt, quam multis tabeſcunt: ita animus mediocri vegetatur*

* omnium rerum eſt ſatietas.

tatur labore; nimio opprimitur. Respirent ergo studiosi à valido labore: nam vita est labor & remissio. Somnum & vigiliam dedit Deus, hyemem & æstatem, festos & nefastos dies; tu etiam arcum remitte, ut habeas quem tendere possis. Pythagoras dicebat, cor non manducabis; hoc est, nimis studiorum curis id non exedes. Quidam omnia scire volunt, at * ὁ χρήσιμα εἰδὼς, ἢ χ ὁ πολλ' εἰδὼς σοφός, dicit Æschylus. Nec ergo animus anxio studio corpus, nec corpus animum nimio labore fatiget: sed grata vicissitudine alterum alterius laborem excipiat. Scripsit Hippocrates, ab exercitio fatigationem, alterius generis exercitio recreari: nam, ut ait Plutarchus, * ἡ ποικιλία τερπνόν. Vt enim cultrum uno latere si perpetuo acuas, hebescit: ita ingenium uni semper rei inhians, torpescit. Attamen hæc ingeniorum laxamenta, non tales illecebras aspergant, ut his, quasi Sirenibus, ex nave evocati, Vlyssem, hoc est animum, ejusque studium, negligamus. sint itaque cuncta moderata: * πᾶν γὰρ τὸ πολὺ, πολέμιον τῇ φύσει. Satis sit his jocis & lusibus animi defatigationem excussisse. Nec in toto vitæ cursu studia unquam sistenda puto: perpetuo quin philosophandum;

* qui utilia, non qui plurima novit, est sapiens.

* varietas omnis grata est.

* omne nimiū, bellicosum (aut repugnās) est naturæ.

dum ; & cum ſuaviſſimis nutriculis muſis, imo etiam in ſenio, confabulandum. Diogenes jam ſenex admonitus ut laboribus ſuperſederet, rettulit. In ſtadio currentem, non oportet jam metæ vicinum remittere curſum : nam pulchrum eſt ſenem ſapientiæ ſtudere. Sed quando ſtudiis maxime indulgendum ?? Philoſtratus, De vita Apollonii Tyanæi, prodidit, Apollonium dicere ſolere diſcipulus, oportere eum qui recte philoſophatur, veniente aurora cum diis verſari : procedente autem die, de diis loqui : reliquum vero tempus humanis rebus & ſermonibus impendere. Dea quædam apud Virgilium ita dormientem compellat Æneam :

Quando ſtudendū.

Surge, age, nate dea, primisque cadentibus aſtris
Junoni fer rite ſacra.

Etenim

Tunc vigor intus agit major, tunc pectora cœlo
Ingeniis prima luce favente calent.
Inde fluunt ſacri latices, ſtudioque perennes.
Fons matutino fundit apertus aquas.

Letichius.

Hinc Pegaſum fabulantur recluſiſſe Muſarum

De Pegaſo mythologia.

sarum fontem; quod id cum oritur sydus, socio Sole (hoc fit in Aprili & Majo) matutinis horis, aptissime tractentur studia; & pleno fonte quod tunc se effundant ingenii vires. Et nos in aurorâ horis, sacra faciemus Musis: nam hæ Musis sunt sacræ. etenim divina illa mentis nostræ aura, spiritusque Palladii (hoc est cerebri) cuncti, ab omni fœdo vaporum incursu, his horis sunt liberrimi, nec ullo madore polluuntur. Commodæ sunt & horæ ante cœnam. Italis admodum ad studia expetitæ, jam soluto ab officio stomacho. Ea summa cautio adsit, ne studium ineatis, dum in ciborum mitigatione stomachus fatigatur: expirat enim ita in mentem vapor, qui illam caligine obnubilat, quem sæpe bibens mens, hebetata, splendorem pristinum exuit, indeque ingenia tandem in stuporem flaccescunt. Cautio.

Hoc filo, Medicinæ sanctissimi mystæ, vestra trahite studia in gloriam; quam (ut voveo & spero) nulla unquam oblivio obscurare poterit. Quid quæso homine dignius, ac, justo officio, nomina sua immortalitati dare? Is faveat vestris conatibus, qui vitam nobis, & literarum amorem, & remedia medica de

largo suo sinu effudit; propitiusque hæc
nobis felicitet: nam

Ni Deus affuerit, viresque infuderit
herbis,
Quid rogo dictamnus, quid panacea
juvent?

FINIS.

INDEX

INDEX
RERUM MEMORABILIUM
QUÆ
hoc libro continentur.

A.

ABSCESSVS. 474
Abstergentia remedia, qualia? 489
Academici. 596
Acerbi & Acidi saporis vis. 492
Ἀκμὴ morborum. 438
Acris sapor quis. 491
Acron Agrigentinus. 3
Actiones, quid? 65
Acutorum morborum causæ. 256 quinam illi. 257.406
Adolescentia, unde dicta? & eius partes. 61
Adriani Imp. mors, & morbus. 6
AEgyptiorum medendi mos. 2
Aër. 221, calidioris noxa. 222
Aër unde contaminetur. 224, palustris noxa. 225
ab Aëre ducta Indicatio. 528
Aëris frigidi vis, & humidi, impuri, puri. 223
Aëris mutatio ex anni tempore. 223
Aëris natura, & num frigidus, vel calidus. 14
AEtas mutat temperiem corporis. 56. 57
AEtatis indicatio. 545
Affectus impliciti, ut methodo tractandi? 508
Agglutinatio ut fiat? 91
Alantoides membrana. 144.146
Alexipharmaca. 502
Alimentum, quid? 218 vide, Cibus.
Alphus triplex. 288
Almansor. 7
Alteratio causæ antecedentis. 436, 513, 533
Alteratrix vis. 93
Alvus unde ignavescat. 304.307
Amari saporis vis. 491
Amnios tunica 146
Amuleta & Appensa. 502
Analogia in morbis. 433
Anatomica. 527
Anima 65, 66. eius forma una. 67 non tradux rationalis. 83
Animales facultates. 101
Animalis spiritus. 103
Animi accidentia, morborum causæ. 244
Animi affectus, & vis animosa. 98
Animo quali debeat esse studiosus. 586
Aperientia remedia. 488
Apertio quid, & unde fiat. 436
Appetentia unde aboleatur. 277 278
Appetitus. 115
Appositio ut differat ab agglutinatione. 92
Aquarum differentiæ. 233.234
Aquæ natura. 16, & mira eius vis. 17
Arabes auctores, qui legendi 609
Arabes quando floruerint in medicina. 7
Aristotelis lectio. 595.596
Arteria unde dicta. 355
Asiatici cur molles. 98
Assa num elixis humidiora. 231
Assimilatio. 92, eius symptomata. 287
Astrologia. 601
Athletæ ridentur. 241
Attenuantia remedia. 489
Attractio est duplex. 88, eius in ventriculo symptomata. 282
Attractrix vis. 81. & quid quæque partes attrahant. 87 88
Auctrix vis & eius ministræ. 81.93

Audi-

Auditus. 104
Auditus symptomata. 271,293
Averroës. 7
Aversio seu Revulsio. 511
Avicennas. 7
Austeri saporis vis. 492
Autores, qui legendi. 603,606
Autores, quo modo sint legendi. 599,613

B.

BECHICA remedia. 498
Bestiolæ parvæ aeri innascuntur. 225
Beta cur fabrorum prandium. 306
Bilis. 121, atra. 130

C.

CAECI cur cæcos gignant. 157
Calculi fraga remedia. 497
Calidum nativum quid. 61,66 cuique parti suum. 69, eius officia. 70. tempora. 94
Caligo unde. 271
Callum inducentia. 496
Calor duplex. 32
Calor nativus. 61,66,72
Calor & frigus mutant res. 12,13
Caloris elementarii & divini actiones. 82,83
Caloris interitus ex quibus. 99
Caloris sensus uti fiat. 268
Causa antecedens & continens. 220,246,247.252
Causa calidorum morborum. 248 frigidorum morborum. 249 compositæ intemperiei. 250
Causa morbi, ut deprehendatur 564, antecedenti causæ ut medicandum. 511,513,514,522
Causa morbifica, quotuplex. 219
Causa morbi conservatrix, præservatrix, sine qua non, adiutrix. 246
Causæ continenti ut medendum. 530
Causæ morbi abditæ. 246
Causæ morborum diuturnorũ. 324
Causæ morborum organicorum. 250
Cauteria. 534
Cerebri notæ temperati, calidi. 37 frigidi. 38, sicci, humidi, calidi & sicci. 39, calidi & humidi. 39, sicci & frigidi, frigidi & humidi. 400
Characteris & molis symptomata. 292
Charadrii aviculæ vis mira. 1121
Choroides membrana. 1455
Χεγιν quid. 1788
Ciborum vis ad tuendam sanitatem, frugalitas. 231.232
Cibus. 228
Cibus ut præscribendus. 540.541
Cicatricem inducentia remedia qualia. 496
Circulus in urina. 344
Circumstantiæ animadvertendæ. 520, 526
Civitatum situs salubris, & insalubris. 226.227
Coctio quid. 89. hanc Empedocles putredine celebrari existimabat 89, quid à nutritione differat. 90
Coctiones & cruditatis exemplum. 398,403
Coctricis in ventriculo symptomata. & venarum. 284
Cogitatio. 113
Coindicatio. 504
Color quid. 105, pallidus triplex. 126. urinæ, unde. 316
Coloris in corpore mutati symptomata. 290
Conceptio quid. & quo modo fiat. 158, quibus opus sit ad conceptum. 161, signa. 163,164
Conformatio partium in quibus constat. 250
Consilia medica ut sint inunda. 553, & ut breviter. 570
Constringentia remedia qualia. 488
Consueti cibi. 231
Consuetudinis indicatio. 543
Consultandi brevis ratio. 528.529

Contagiosi morbi, & quid contagium. 214
Continens causa morborum: & unde medicina invecta. 252
Continui soluti causæ. 252
Continui soluti varii morbi. 207
Continuorum morborum causæ. 256
Contraindicatio. 504
Convulsionis quæ causæ: & quid. 269
Coquentia remedia. 495
Cordis temperies. 44,45,46
Corona in urina. 344
Corporum variæ proprietates unde. 27
Corpus studiosorum quale esse debeat. 588
Crassities temperiem denunciat. 33
Crateri famuli morbus. 246
Crisima signa. 261
Crisis imperfecta præsens & futura. 475
Crisis mala duplex. 476
Crisis quid. 424, quando futura. 443,444
Crisis species ut recte discatur: & ut præsentis eventus noscatur. 454 Num fiet 455, Bonæ crisis signa. 456. Quid eveniet 459. Modus eventus. 460, crisis ut intelligatur ex specie morbi 461. Species crisis ex epiphænomenis. 462,463, per abscessum, 463, viæ crisis 464, diuturnorum morborum crises 464, num ultro evenient vel arte. 465 copia qua eveniet excretio critica. 465, Fida & perfida. 467
Crisis tempus ut deprehendatur. 446. axiomata critica. 448, 449
Crisis præsentis signa 451. Ad crisim quibus opus. 451
Crisium particularis exercitatio, ut speciem eius, & eius bonitatem noscamus. 471
Critici dies. 452, & indices dies. 453
Criticus morbus quis. 257
Cruditatis exemplum. 398
Curatio solitaria. 571
Curationis ductus. 562
Cutis in acinis digitorum iudex temperiei. 28

D.

DECLINATIO in morborum temporibus. 439
Decubitus qualis esse debeat. 238 quid præsagiat. 414
Dejectiones alvi. 304
Dejectionum alvinarum prognostica. 400, signa, eo inclinare crisin. 471,472
Densantia remedia. 488
Derivatio, & ut differat à revulsione 532
Deuteropathia. 208
Diabete raro fit. 308
Diadosis 212
Diaphanum. 318
Diastole quid. 355
Dietæ instituendæ ratio. 540
Dietetica, prima medicinæ pars. 3
Dialectica 593
Dies critici, & indices. 453
Digestio quid, & quibus fiat. 534
Dissimilitudinis in liberis causæ. 157
Distributionis symptomata. 286
Divinum in aere, & in morbis. 227,228
Diuretica. 496
Dogmatica unde nata. 4, eius auctores. 4,5, eorum placita. 6,7.
Dolor & voluptas in cunctis sensibus. 274, & causæ. 274,275
Dolorem placantia remedia qualia 490
Dolorifica, quæ. 490
Dulcis saporis vis. 493
Dura non omnia ficca. 29
Δυσκολία, aut δυσκοιλία. 307

E.

Ἐπιπνοικὰ. 488
Elementa; quid, & quod simplicia. 10, quid differant à principiis 11, quot ea sint. 12, quot contraria. 13, eorum formæ. 13, quo modo constituant res mixtas. 14, 17, eorum formæ, num pereant in miſtione 17, eorum partes non sese pervadunt. 18, 19, quæ elementis insint. 317, utilitas cognitionis elementorum. 115
Elixa num assatis humidiora. 231
Emollitio quid, & quomodo fiat. 534
Empirica unde nata. 2, & quos habuerit auctores 3, eorum placita. 6, eius pericula. 8
Emplastica remedia. 489 494
Epicuri de Venere sententia. 243
Ἐπιγένεσις, quid. 209. 396
Epiphænomena. 160, 397. eorum dignitas. 469
Evacuatio solemnis. 242
Εὐκρασία temperamentum, unde noscatur. 24, 25
Europæi cur fortes. 98
Excrementa, morborum causæ. 240. 486
Excrementorum symptomata. 295 alvi. 304
Exercitia, & exerceri. 239
Expectoratorum præsensio. 403
Expultrix quid. 90 eius in ventriculo symptomata. 286
Expurgantia remedia qualia. 489

F.

FACIEI Hippocraticæ descriptio. 292. 407
Facultas quid. 74, 75, triplex. 78
Facultates remediorum. 482
Facultatum cognitio quam utilitatem adferat. 115
Fascinatio num fiat imaginatione. 108, 109
Femella cur gignatur. 154, & unde noscatur eam conceptam esse. 167
Fernelius qualis auctor. 6100
Fibrarum genera. 933
Figuræ vitiatæ causæ 2581
Flatus & spiritus diversis motibus feruntur. 1477
Flatus, morborum causæ. 242, unde. 3011
Fluxuum causæ. 90, 1500
Fœcunditatis signa. 1655
Fœtus formatio. 144, membranæ. 145, nutritio. 1522
Fœtus perfectio, & eius typosis. 187
Fœtus ut formetur. 82, 83. quatuor eius tempora. 148, num mas vel fœmina 151, & cur. 154, similes & dissimiles parentibus. 153. 155
Formæ elementorum. 13, num pereant in miſtione. 177
Functiones omnes ab una sunt anima. 777

G.

GALENVS qualis. 5666
Gaudium funestum. 2444
Gemellorum procreatio & sexus. 156, & signa. 1688
Generatrix vis. 811
Genitalium partium temperaturæ. 48
Genio quali studiosus esse debeat. 546
Geometria unde nata. 1
Glutinantia remedia. 496
Gracilitas temperiem indicat. 245
Gradus remediorum ut noscantur. 486
Græci auctores qui legendi. 605, 606
Gustus quid. 106, eius symptomata. 2733
Gustus voluptas & dolor unde. 266

H.

HAbitationis situs salubris. 215 227
Habitus totius corporis temperies. 52. 520
Hæmorrhagiæ criticæ notæ 473
Hepar an sit venarum principium. 96
Hepatis calidi, & cæterarum eius temperierum notæ. 47,48
Hepatis constitutio bona, utero morem gerit. 278
Herbaria experientia. 560, vetustissima. 3
Hermaphroditus cur gignatur. 155
Hippocrates optimus prædicendi magister 434, qualis. 606
Hippocrates quando vixerit, & quid fecerit. 4
Hominis procreatio. 136, ut fiat ex semine. 142
Homo an capite vituli nascatur. 193
Horror quid, & eius causæ. 264
Humores quid, quot, & qui, ubi & unde; & quales. 120, officia propria cuique humori. 132, digitis demonstrantur. 133, utilitas à cognitis humoribus. 134
Humores congenerantes, & geniti, qui dicantur. 23
Humores unde labefactentur 220
Humorum inter se proportio. 241
Humoris dominatus. 431
Hypostasis urinarum. 316, 319, 335

I.

ICHOR humorum. 127. 313
Icteri triplices causæ. 290
Idiopathia. 208
Idiosyncrasiæ indicatio. 545
Idola, seu spectra. 270
Ignis natura, 14, ignis triplex Platoni. 318
Ileos morbus, seu volvulus. 283
Imaginatio, Imaginatrix, miracula, & fascinatio. 108, 109
Incrassantia remedia. 410
Indicationes. 504
Indurantia remedia. 488
Inediæ mirandæ. 177
Ingravidationis indicatio 528
Innovatores medici. 613
Insipidi saporis vis. 595
Institutiones Medicinæ. 613
Intemperiei morbi. 205
Iræ effectus. 244
Isaac quando floruerit. 7
Iudicii difficultas. 8
Iuventus, secunda ætas. 62

L.

LAC est fucatus sanguis. 174
Lac generantia. 499
Lac nutricum unde fœdetur. 185
Lachrymæ unde. 303. 304
Latini auctores qui legendi. 608
Lethalium morborum causæ. 238
Leuce, unde dicatur. 288
Liberorum cum parentibus unde similitudo. 155
Libris opus. 590, 591, &c.
Literarum bonarum studium. 592
Lithontriptica quæ. 497
Lochia. 150, eorum fusio. 184, 185
Loci affecti indicatio. 538
Loci communes. 622, eorum series. 623
Lumbrici. 298
Lumen, unde? 317, 318

M.

MAHOMED, rex Arabum. 7
Magnitudinis vitiosæ causa. 251
Μελαγχολικά. 487
Mammæ cur & quando turgeant. 165
Mas, an fœmina gestetur 151, 154 167, cur in dextris gestetur 155
Materiæ morbi, an sint. 206. 207
Maturantia remedia. 495
Maturatio quid, & quibus fiat. 534

Me-

Meatuum vitia. 251
Medicamenti quantitas, unde sumatur. 509
Medicamentorum facultates. 484 gradus, 485, Primæ facultatis, 484 Secundæ facultatis, 486, Tertiæ facultatis, 495, Quartæ facultatis. 501
Medicamentum simplex ut noscatur experientia. 501
Medicamentis ut studendum. 620
Medici officium. 503
Medicinæ difficultas, & pulchritudo, 578, præmia 579
Medicinæ natalitia; de ejus sectis, earumque placitis: Vnde medicinæ nomen. 1, Origo ejus, 2, quando ad nos venerit, 7, ejus definitio: & quod sit ars, 8, 9, ejus divisio, & subjectum. 10
Melampus. 4
Melancholia alimentaria, 129, supervacanea, 130, non fit ex pituita. 131
Memoria. 113
Memoria ut firmanda. 616
Mens, non est tradux. 85
Menses evocantia. 498
Menstruus sanguis, 169, Vide, Sanguis.
Meridiari quando bonum 237, 238
Μετάπτωσις. 208, 210, 397
Methodicæ sectæ auctores, & placita. 5
Methodus medendi quid. 504
Metastasis. 210
Ministerii Indicatio. 545
Miracula num fiant imaginatione. 108, 109
Mixtio quid, & qualia petat, 17, 18
Modus legendi auctores. 599
Mola quid. 195
Mollia non omnia humida. 29, 30
Μόλυνσις quid, 196
Monstra, 188, & eorum causæ. 189 192, quo tempore in utero fiant, 194
Morbi à longitudine, & à quatuor temporibus indicatio. 544
Morbi causæ, 218, vide Causa.
Morbi mos, 428, motus. 429, 45
Morbi vigor. 444
Morbi ab autoribus dicti: 216, ut compositi, impliciti, 217, diuturni, varii, 216, intemperiei, materiæ, formæ, 205, organicarum partiũ conformationis, numeri, magnitudinis, situs, 206, unionis 207, extremi, magni, acuti, 213 periculosi, contagiosi, 214, novi. 211
Morbi plurimi ex animo. 244
Morbi ut curandi. 535
Morborum calamitosorum causa duplex. 222
Morborum magnitudo. 213, 422
Morborum periculosorum & lethalium causa, 246, diuturnorum, 324, recidivorum. 258
Morborum differentiæ. 204, 212
Morborum signa. 509
Morborum tempora. 446
Morbus mirabilis, abditus, divinus. 246, 247
Morbus quando finiendus. 443
Morbus quid. 202
Morbus ut deprehendendus. 555
Mors. 476
Mortis causæ, 432, 477, præsensio 476, tempus & hora ut noscatur 451, 475
Motrix vis. 114
Motus. 85
Motus perit integro tactu. 274
Motus symptomata. 266
Muliebritas est in mensibus. 177
Mulier an sit fœcunda. 16
Mulier habet sanguinem calidiorem viro; & tamen est frigidior. 172
Mulieres variæ, viragines, mediocres, molliſsimæ. 175
ὑδατοειδέα. 176
Mutili cur integros pueros gignant. 134

N.

NATVRA quali ſtudioſus ſit. 583,584
Natura quid. 66,68
Naturæ peculiaris Indicatio. 545
à naturæ functionibus Indic. 548
Naturalis actionis ſymptomata. 282
Naturalis facultas num in corde, vel hepate. 97
Naturalis ſpiritus, 78, facultas. 80
Naturalium facultatum diviſio. 80
illis famulantes. 81,84,85,86
Nervus ictus ut curandus. 529
Numeri læſi cauſæ. 251
Nutrimentum quid. 229
Nutrix pueri quid cavere debeat. 185 186
Nutrix vis, & eius miniſtræ. 81, quid ea ſit. 86

O.

OBSTETRICES, imperitæ. 183
Obſtruentia remedia. 490
Octimeſtris fœtus cur non vivat. 181,187
Occultæ proprietates unde. 317
Oculi temperati, & cæteræ eorum temperies, 42, unde glauci vel nigri. 42,43
Odor ut fiat. 105
Odor num monſtret facultates remediorum. 494
Odoratus, 104, eius ſymptomata unde 272, qualitas mutata eo animadvertitur. 294
Opacum quid. 318
Opera, quid? 65
Ordo in diſciplinis. 590,617
Ordo medendi. 504
Organicorum morborum cauſæ. 250
Oſcitatio, unde. 267
Oξὺ in morbis. 227,432

P.

PALINDROME quid. 211
Palladis natæ mythologia. 604
Paluſtria loca inſalubria. 225
Pandiculatio, unde. 267
Paracelſus humores non bene accipit. 133
Παραλυμή. 439
Παρέγχυμα viſcerum, unde. 178
Parotis. 475
Paroxyſmi indicatio. 547
Paroxyſmorum cauſæ. 256,257
Paroxyſmus quid, 439, & ejus tempora, 440, & vigor, 441, ut deprehendatur. 445,446
Pars ægra ut deprehendatur. 430 506, inde indicatio. 538
Partes quæque unde fabricatæ. 147
non ſimul cunctæ creentur, & quæ primo. 147,148
Partium temperies, & ſeries. 30,31, diviſio. 85
Partus quid ſit. 179, cur hujus tempus incertum. 180, cur octimeſtris non vivat. 181, quomodo fiat, & quibus ſubſidiis. 182, 183, tempeſtivus. 186, naturalis; & ſigna vicini partus. 187, 188
Pathognomonica ſigna. 260,396
Pathologia. 208
Pepaſmi difficultas. 517
Pepaſmus, &
Pepſis, Coctio. 89,90
Periculoſi morbi cauſæ. 258
Perſea arbor, venenum ubi. 288
Peſtis ſine putrefactione. 214
Phantaſia quid. 107
Philoſophiæ ſtudium. 593
Philoteſiæ pocula. 236
Phlebotomia, & ejus tota tecmarſis. 523
Phyſica. 595
Pica, morbus unde. 87
Pili in urina. 345
Pituita. 123
Platonis lectio. 598
Plethora duplex. 241,242

Plen-

Pleuritis peſtifera. 228
Pocula ſalutaria quotnam. 256
Polypus. 272
Potus. 232, noctu & ab exercitio non potandum. 236
Potus deſiderium ſymptomaticum. 279
Potus ut præſcribendus. 543
Practici quinam & quomodo legendi. 620
Præceptores. 603
Præmia medicorum. 579
Præparatio in morbis. 518
Praxis facilis ratio. 552
Principia, quæ. 11
Procreatrix vis. 82, qua ſerie fiat procreatio. 84
Prognoſis utilitas. 393, ut ineunda, 395, axiomata eo ſpectantia 421, quæ advertenda ad prædicendum. 435, caute inſtituenda. 469
Proprietates rerum variæ, unde. 28
Προσθεσις, appoſitio. 92
Προσθουσις, aſſimilatio. 92
Pueri humidi & calidi. 60
Puerperæ 176, 184
Puerperia. 150
Pulmonis temperies. 42
Pulſum effectio. 100, exercitatio. 376
Pulſus criticus. 473, febrium, 377 phlegmones, ſoporoſus, doloris, amoris. 378
Pulſus nomen 351, eum novit Hippocrates. 352, utilitas eius 353. Quid ſit. 354, Inſtrumentum eorum 355, Quies in pulſu. 356, à facultate 357
Pulſus uſus & neceſſitas, 258, quænam perpendenda, & unde noſcantur varii pulſus. 359
Purgatio particularis. 533
Purgatio quid, 514, & an purgandum & quæ notanda in eius uſu 515, 516, an initio purgandum. 517
Purifica remedia. 487
Pus in urina. 348
Putredo, unde. 248

Q.

QVADRAGENARII tres peſſimi. 288
Qualitates quæ maxime agant. 11
non ſunt formæ. 14, 11
Qualitatum ſymptomata. 28

R.

RAREFACIENTIA. 482
Recidivorum cauſæ. 25
Refluxus. 211
Regio ſalubris. 225
Remedii indicatio. 549, rectus uſus 521, quantitas, & copia. 50
Remediorum facultates. 48
Repercutientia remedia qualia 489
Repulſio quid, & quo modo fiat 531
Res præter naturam tres. 20
Reſolventia remedia. 488
Reſpiratio & pulſus 379, quid. 380 eius utilitas. 381, 382, differentiæ. 382, ſymmetria. 383, frequens, & parva. 384, 385, magna & rara. 386, magna & frequens: frigida 387, calida 388 inæqualis 388, duplex intro revocatio. 389, facilitas. 390
Reſpirationis cauſa. 100
Retentrix vis 89, eius in ventriculo ſymptomata. 288
Revulſio. 511, 51
Rhetorica. 590
Rigor. 264, 265, 266

S.

SALSI ſaporis vis. 49
Sanguinis vox homonyma. 121 frigidus Ariſtoteli. 122, ſigna copioſi ſanguinis. 12
Sanguis auctor caloris. 30, 3
Sanguis ex alvo varie fertur. 304 305
Sanguis in urina. 34
Sanguis fucatus, lac 17
Sanguis menſtruus 169, an veneno ſus

fus. 170, 171, cur viri hoc non tententur. 172, quibus fluat, vel non fluat. item tempus & copia eius. 174, 175, 176, in hoc muliebritas. 177, cur ad uterum feratur. 178

Sanguis menstruus ut sit in vitio. 297, 298

Sanguis quot causis excernatur. 295

Sapores monstrant remediorum vires. 490

Sarcotica remedia. 495

Scropha vetus auctor. 226

Sectæ. 590

Sectarum medicarum placita. 6

Semen concurrit active & passive. 143, muliebris seminis usus. 143, 144. semen maris fœminam potest gignere: & contra. 156, 157, semen fœcundum. 160, habet vegetabile principium. 160

Semen ut ornatum sit viribus. 83, 136, quid sit. 83, 136, cur spumescat. 137, à toto deciditur. 137 à testibus allicitur. 140, ut utero excipiatur, & quomodo ex eo fiat homo, 142, quo modo concurrat. 143

Sensuum symptomata: ut fiat sensus. 268, 269

Sensus, & motus, 87, Sensus, & sentiendi vis communis. 103

Sensus interni. 106

Septica remedia 490

Septimestris partus etiam interdum calamitosus. 187, 188

Sexus indicatio. 546

Serapion. 7

Serum humorum. 220

Siderum indicatio. 551

Signum, quid. 395

Signa quibus morbus, eius causa, & pars affecta deprehenduntur. 305

Signa crisima. 261, epiphænomena. 260, 397, 405, 424, pathognomonica. 260, 396, epigenom. 396 coctionis & cruditatis, 397, salutis & mortis. 405, ad melius vel deterius quæ apparent. 422, ad speciem & tempus crisis. 425

Signa tantum. 424

Signa & causæ. 424

Signorum dignitas. 399

Similitudo liberorum cum parentibus unde. 157

Singultus unde. 267

Sitis quosdam necavit, & unde ea. 286, foci eius tres. 50

Situs violati causæ. 252

Situs urbium salubris. 225

Sobrietatis vis ad sanitatem. 231, 232

Solitaria curatio. 571

Somnus, causa morbi, & eius bona; tempus, nox: 237, septem horarum. 238, decubitus ad somnum. 238

Somnus quid, eius causa, & finis. 114, 115

Soni. 301

Sonorum symptomata. 293

Spiritus quid. 68, & eius vis. 68, 70, ortus 71, functio triplex. 73, naturalis. 79, vitalis. 79, 97, animalis. 79, 102

Spirituũ & flatuum contrarius est motus. 147

Spuma in urinis. 544

Status morbi ut noscatur. 438

Sternutatio quid. 266, cur salutentur sternutantes. 267

Stoici. 292

Stomachi symptomata. 277, & ut trahat in sympathian suam alias partes. 280

Studendi modus. 577, 583

Studiosorum morbi. 581, & quibus opus sit studiosis. 583

Studiis quantum tribuendum. 632 quando iis maxime indulgendum. 634, 635

Studium. 584, ut ducatur. 590, primæ ætatis. 591

Suavia nutriunt. 231

Sudor. 301, sanguineus, &c. 302, criticus futurus ut noscatur. 472

Superstitio, 551

Suppurantia remedia. 495
Surdi cur surdos gignant. 157
Surditas in morbis. 271
Sympathia. 209
Symptoma quid, & quotuplex, 261 quomodo sibi succedant, 308, illi non debetur curatio. 309
Symptomatum curatio. 536, 538
Symptomatum & signorum differentia. 259
Systole & diastole. 355

T.

TACTVS, 106, eius symptomata. 273, 194
Tactus iudex est qualitatum, 29, 30 506
Taprobanæ insulæ habitatores longævi 226
Temperamentum quid. 20, & temperies unde dignoscatur. 34, ut partium temperies examinanda. 36, 37
Temperiei indicatio. 537
Tempora morborum universalia ut deprehendantur. 440
Terræ natura. 16
Testes faciunt semen. 140
Testium temperies. 49
Θεῖον in morbis. 227, 432
Theophrastus. 599
Θυμὸς quid. 267
Timoris effectus. 244
Τόνος quid vere. 187
Trahentia remedia. 489
Tremor quid. 263
Tussim excitantia & sedantia. 498
Tussis quid. 247

V.

VENAE sectionis usus & administratio. 523
Venarum principium num hepar 96
Ventriculi quæque temperies quibus ex signis noscatur. 49, 5
Ventus quid, & quid possit. 22
Venus causa morborum. 244
Vigiliæ unde. 23
Vini cyathi quot potandi. 23
Vinum an sit humidum. 23
Vinum est causa morbi. 235, adolescentibus inimicum. 23
Viragines quæ. 177
Vires ut explorandæ. 419, 520, 52
Viri cur menstrua non habeant. 17
Viscerum παρέγχυμα. 177
Visio ut fiat. 100
Visus symptomata. 26
Vitæ tria genera. 57
Vitales spiritus. 5
Vitalis facultas. 79, 95, 9
Vitalium actionum symptomata 281
Vivacitatis causa. 5
Vnctuosus sapor. 49
Voluptas & dolor in omnibus sensibus. 27
Volvulus. 28
Vomitus critici futuri signa. 47
Vomitus symptomata. 30
Vrbium situs quis salubris. 22
Vrentia quæ. 53
Vrinæ circulus, & corona: spuma 344, pili, pus. 345, sanguis. 34 hypostases. 316, 319, 335, 34 cautiones in urinarum inspection. 34
Vrinæ quid in morbis significen 311, & seqq.
Vrinalia quæ. 49
Vteri mira mutatio in gravidi 166
Vteri prærogativa & vis in fœtu fabrica. 158, 1
Vtero inest fundamentum natur muliebris: & quod hepar uter morem gerat. 17

FINIS.

